BIBLIA·SACRA
PRIMÆ·EDITIO
·1462·

TOM·2·

ACRA
DITIO

Epistola sancti ieronimi presbiteri ad chromatiū et eliodoꝛū epos de libris salomonis.

Iungat epistola quos iungit sacerdotium:
immo carta nō diuidat: quos xpi nectit
amoꝛ. Cōmentarios ī osée. amos ⁊ zacha-
riā. malachiā quoq; poscitis. Scripsissē:
si licuisset pre valitudine. Mittitis solacia
sumptuū: notarios nostros et liberarios
sustentatis: ut uobis potissimū nostrum
desudet ingeniū. Et ecce ex latere frequēs
turba diuersa poscentiū: quasi aūt equū
sit me vobis esurientibus alijs laboꝛare:
aut in racōne dati ⁊ accepti. cuiq; preter
vos obnoxius sim. Itaque lōga egrota-
cōne fractus. ne penitus hoc āno reticerē.
⁊ apud uos mutus essem. tridui opus no-
mini vestro cōsecraui: intpretacionē uide-
licet trium salomonis voluminū: masloth
quod hebrei parabolas. vulgata edicio
pꝛouerbia vocat: coeleth. quem grece ec-
clesiasten. latine cōcionatoꝛē possumus di
cere: sirasirim. quod in linguā nostram ver
titur canticū canticoꝝ. Fertur ⁊ panare-
tos. ihesu filij sirach liber: et alius pseudo-
graph9: qui sapientia salomonis inscribi
tur. Quoꝝ prioꝛem hebraicū reperi. non
ecclesiasticū ut apud latinos: sed parabo-
las prenotatū. Cui iuncti erant ecclīastes.
⁊ canticū canticoꝛum: ut similitudinē salo-
monis. non solū numero libroꝝ: sed etiā
materiaꝝ genere coequaret. Secundus
apud hebreos nusquā est: q2 et ipse stilus
grecā eloquentiā redolet: ⁊ nonnulli scp-
toꝝ ueteꝝ. hūc esse iudei filonis affirmāt
Sicut ergo iudith ⁊ thobie et machabe-
oꝝ libros. legit quidem eos ecclesia. sed
inter canonicas scripturas non recipit: sic
et hec duo volumina legat ad edificacio-
nē plebis: nō ad auctoꝛitatem ecclesiasti-
coꝝ dogmatū ꝯfirmādā. Si cui sane sep-
tuaginta interpretum magis edicio pla-
cet: habet eam a nobis olim emendatā.
Neq; enim noua sic cudimus: vt vetera
destruam9: Et tamen cum diligentissime
legerit. sciat magis nostra scpta intelligi:
que nō in terciū uas transfusa coacuerint:
sed statim de prelo purissime ꝯmendata
teste. suum sapoꝛem seruauerint.

Explicit epistola. Incipit liber puerbioꝝ.



P

Arabole salomonis
filij dauid regis isra-
hel: ad scien daꝫ sapi-
entiaꝫ et disciplinaꝫ:
ad intelligēdaꝫ ūba
prudentie et suscipi-
endam erudicōnem
doctrine: iusticiaꝫ ⁊
iudiciū ⁊ equitatē: Vt det puulis astucia
⁊ adolescenti scientia ⁊ intellectus. Audi-
ens sapiens sapientioꝛ erit: ⁊ intelligens
gubernacula possidebit. Aīaduertet pa-
bolam ⁊ intpretacōeꝫ: ūba sapientum ⁊
enigmata eoꝝ. Timoꝛ dn̄i principiū sa-
pientie. Sapientiam atq; doctrinā stulti
despiciūt. Audi fili mi disciplinā patris tui
⁊ ne dimittas legeꝫ matris tue: Vt adda-
tur gratia capiti tuo: ⁊ toꝛques collo tuo.
Fili mi si te lactauerint peccatoꝛes: ne ac-
quiescas eis. Si dixerint veni nobiscū insi-
diemūr sanguini. abscondam9 tendiculas
contra insontē frustra. degluciam9 eū sic
infernus viuenteꝫ ⁊ integrū. quasi descen-
dentē in lacū: omeꝫ pciosam sbaꝫ reperiē9
implebim9 domos nostras spolijs. sorteꝫ
mitte nobiscū. marsupium sit vnū omnium
nostꝝ: fili mi ne ambules cū eis. Prohibe
pedeꝫ tuū a semitis eoꝝ. Pedes eni illoꝝ
ad maluꝫ currūt: ⁊ festināt vt effundant
sanguinem. Frustra autem iacitur rete ante
oculos pennatoꝝ. Ipi q; cōtra sanguinem
suū insidiant: ⁊ moliunt fraudes contra
animas suas. Sic semite oīs auari. aīas
possidētiū rapiūt. Sapiētia foris pdicat:
in plateis dat uocē suā. In capite turbarū
clamitat: in foribꝫ portaꝝ vrbis pfert uer-
ba sua dicēs. Vsquequo paruuli diligitis
infantiā et stulti ea q sibi sūt noxia cupiēt:
⁊ imprudētes odibūt scientiā: Conuertimi
ad correpcionē meā. En proferā vobis spi-
ritū meum: et ostēdam uobis uerba mea.
Quia vocaui et renuistis: extēdi manum
meā et nō fuit q aspicēt. Despexistis omne
cōsiliū meū: et increpacōnes meas negle-
xistis. Ego q; in interitu u̅ro ridebo: ⁊ sbsan
nabo cū uob id quod timebatis aduenerit
Cū irruerit repentina calamitas: ⁊ interit9

II

III

q̄si tēpestas ingruerit: qñ venerit sup uos tribulacō & āgustia. Tūc inuocabūt me et nō exaudiā: mane ɔsurgēt et nō inuenient me: eo q exosam habuerint disciplinā & timorem dñi non susceperint: nec acquieuerint cōsilio meo: & detraxerint vniuerse correptioni mee. Comedēt igitur fructus uie sue: suisq ɔsilijs saturabūtur. Auersio paruulorū interficiet eos: & ꝓsperitas stultorū perdet eos. Qui aūt me audierit: absq terrore requiescet: & abūdantia pfruetur: timore malorum sublato. II

S IIII

Fili mi si susceperis ſmoes meos: & mādata mea abscōderis penes te: ut audiat sapiētiā auris tua: inclina cor tuū ad cognoscendā prudētiā. Si enī sapientiam inuocaueris & inclinaueris cor tuū prudentie: si quesieris eam quasi pecuniam & sicut thesauros effoderis illā: tūc intelliges timorē dñi et sciēciā dei inuenies: q̄a dñs dat sapientiā: & ex ore eius prudentia et sciētia. Custodiet rectorū salutē: & ꝓteget gradientes simpliciter. seruans semitas iusticie: et vias sanctorū custodiēs. Tunc intelliges iusticiā & iudiciū et equitatē: & omnē semitā bonā. Si intrauerit sapiētia cor tuū et sciēntia anime tue placuerit: consiliū custodiet te. et prudētia seruabit te: ut eruaris a via mala & ab homine qui peruēsa loquitur. Qui relinquūt iter rectū: & ambulant per vias tenebrosas. Qui letātur cū male fecerint: & exultāt in rebꝰ pessimis. Quorū uie peruerse sūt: & infames gressus eorum. Vt eruaris a muliere alienā & ab extranea que mollit ſmones suos: & relinquit ducē pubertatis sue: et pacti dei sui oblita est. Inclinata est enī ad mortē domꝰ eiꝰ: & ad inferos semite ipius. Omnes qui ingrediūtur ad eā nō reuertētur: nec aꝑhendēt semitas vite. Vt ambules in uia bona: et calles iustorū custodias. Qui enī recti sūt habitabūt in terra: et simplices pmanebunt in ea. Impij vero de terra pdentur: & qui inique agunt auferentur ex ea. III

V

Fili mi ne obliuiscaris legis mee: & precepta mea cor tuū custodiat. Lōgitudinē enim dierū & ānos vite & pacē apponent tibi. Misericordia & ueritas te nō deserāt. Circūda eas gutturi tuo: & describe in tabulis cordis tui: & inuenies graciā & disciplinā bonam corā deo et hominibus. Habe fiduciā in dño ex toto corde tuo: et ne innitaris prudētie tue. In omnibꝰ vijs tuis cogita illū: & ipe diriget gressus tuos. Ne sis sapiens apud temetipm. Time deū: et recede a malo. Sanitas quippe erit umbilico tuo: & irrigatio ossiū tuorū. Honora dñm de tua substācia et de primitijs oim frugū tuarū da pauperibꝰ: et implebūtur horrea tua saturitate: et vino torcularia redundabūt. Disciplinā dñi fili mi ne abicias nec deficias cū ab eo corriperis. Quem enim diligit dñs corripit: et quasi patr in filio cōplacet sibi. Beatꝰ homo qui inuenit sapientiā: & qui affluit prudētia. Melior est acquisicio eius negociacōne auri et argēti: primi & purissimi fructus eiꝰ. Preciosior est cūctis opibꝰ sapiētia: & omnia que desiderātur. huic nō ualēt cōpari. Longitudo dierū in dextera eius: et in sinistra illius diuitie & gloria. Vie eiꝰ uie pulcre: et omnes semite eius pacifice. Lignū uite est hijs qui aꝑhenderint eam: et q̄ tenuerint eā beati. Dñs sapiētiā fundauit terrā: stabiliuit celos prudētia. Sapiētia illius eruperūt abissi: et nubes rore cōcrescūt. Fili mi ne effluāt hec ab oculis tuis. Custodi legē meā atq ɔsiliū meū: & erit uita anime tue: & gracia faucibꝰ tuis. Tūc āblabis fiducialiter in uia tua: & pes tuꝰ nō impinget. Si dormieris nō timebis: q̄esces: & suauis erit somnus tuus. Ne paueas repentino terrore: et irruētes tibi potētias impiorū. Dñs enī erit in latē tuo: & custodiet pedē tuū ne capiaris. Noli ꝓhibere bñfacē eū qui potēst: si vales & ipe bñfac. Ne dicas amico tuo vade & reuertēre cras dabo tibi: cū statim possis dare. Ne moliaris amico tuo malū: cū ille in te habeat fiduciā. Nō ɔtendas aduersus homines frustra: cum ipse tibi nichil mali fecerit. Ne emuleris hominē iniustum nec imiteris vias eius: q̄ abhominacio ē dñi omnis illusor: & cū simplicibꝰ sermocinatio eius. Egestas a dño in domo impij: habitacula autē iustorum benedicentur. Ipse deludet illusores:

VI

VII

et mansuetis dabit graciā. Gloriā sapiētes possidebūt: stultoꝝ exaltatio ignominia. IIII

Audite filij disciplinā patris: et attēdite ut sciatis prudētiā. Donū bonū tribuā vobis: legē meā ne derelinquatis. Nā et ego filius fui pr̄is mei tenellꝰ et unigenitus corā matre mea: et docebat me atqꝫ dicebat. Suscipiat uerba mea cor tuū: custodi p̄cepta mea et vives. Posside sapientiā: posside prudētiam. Ne obliuiscaris: neqꝫ declines a verbis oris mei. Ne dimittas eā et custodiet te: dilige eā et cōseruabit te. Principiū sapiētie posside sapiētiā: et in omni possessione tua acq̄re prudētiā. Arripe illā et exaltabit te: glorificaberis ab ea cū eā fueris amplexatꝰ. Dabit capiti tuo augmēta graciaꝝ: et corona inclita proteget te. Audi fili mi et suscipe verba mea: vt multiplicent̄ tibi anni vite. Viā sapientie mōstrabo tibi: et ducā te p semitas equitatis: q̄s cum ingressus fueris nō artabūtur gressus tui: et currens nō habebis offendiculū. Tene disciplinā: ne dimittas eā. Custodi illā: q̄a illa est vita tua. Ne delecteris in semitis impioꝝ: nec tibi placeat maloꝝ via. Fuge ab ea nec trāseas per illā: declina et desere eā. Nō enī dormiūt nisi cū male fecerint: et non rapitur somnus ab eis nisi supplātauerint. Comedūt panē impietatis: et vinū iniq̄tatis bibūt. Iustoꝝ aūt semita quasi lux splendēs procedit: et crescit usqꝫ ad pfectā diē. Via impioꝝ tenebrosa: nesciūt ubi corruant. Fili mi ausculta s̄mones meos: et ad eloquia mea inclina aurē tuā. Ne recedāt ab oclis tuis: custodi ea in medio cordis tui. Vita enī sūt inueniētibꝫ ea: et vniuse carni sanitas. Omni custodia serua cor tuū: quia ex ipo vita p̄cedit. Remouē a te os prauum: et detrahētia labia sint pcul a te. Oculi tui recta videant: et palpebre tue precedant gressus tuos. Dirige semitas pedibꝫ tuis: et omnes vie tue stabilient̄. Ne declines ad dexterā neqꝫ ad sinistrā. Auerte pedem tuū a malo. Vias enim que a dextris sunt nouit dominus: peruse vero sunt que sunt a sinistris. Ipse enim rectos faciet gressus tuos: itinēa aūt tua in pace producet. V

VIII

P

Fili mi attēde sapiā meā et prudēcie mee inclina aurē tuā: vt custodias cogitaciones: et disciplinam labia tua cōseruent. Ne intēderis fallacie mulieris. Fauus enī distillans labia meretricis: et nitidius oleo guttur eius. Nouissima autem illiꝰ amara q̄si absinthiū: et lingua eiꝰ acuta quasi gladius biceps. Pedes eius descendūt in mortem: et ad inferos gressus eiꝰ penetrāt. Per semitā uite nō ambulāt: vagi sunt gressus eius et inuestigabiles. Nunc ergo fili mi audi me: et ne recedas a verbis oris mei. Longe fac ab ea viam tuā: et ne appropiques foribꝫ domꝰ eius. Ne des alienis honore tuū: et annos tuos crudeli. Ne forte impleant̄ extranei viribꝫ tuis et labores tui sint in domo aliena: et gemas in nouissimis quādo cōsūseris carnes tuas et corpus tuū: et dicas. Cur detestatꝰ sū disciplinā: et increpacōnibꝫ non acq̄euit cor meū: Nec audiui vocē docentiū me: et magistris nō inclinaui aurē meā. Pene fui in omni malo: in medio ecclie et sinagoge. Bibe aquā de cisterna tua: et fluēta putei tui. Deriuent̄ fontes tui foras: et in plateis aquas tuas diuide. Habeto eas solus: nec sint alieni participes tui. Sit uena tua benedicta: et letare cū muliere adolescētie tue. Cerua carissima: et gratissimꝰ hinulus. Vbera eiꝰ inebriēt te omi t̄pe: et in amore eius delectare iugiter. Quare seduceris fili mi ab aliena: et foueris in sinu alterius? Respicit dn̄s viā hominis: et omnes gressus eius cōsiderat. Iniquitates sue capiunt impiū: et funibꝫ peccatoꝝ suoꝝ cōstringit̄. Ipse morietur quia nō habuit disciplinam: et in multitudie stulticie sue decipiet̄. VI

Fili mi si spopōderis pro amico tuo: defixisti apud extraneū manū tuā. Illaqueatus es verbis oris tui: et captꝰ p̄prijs sermonibus. Fac ergo qd̄ dico fili mi et temetipm libera: quia incidisti in manū p̄ximi tui. Discurre festina: suscita amicū tuū. Ne dederis somnū oclis tuis: nec dormitēt palpebre tue. Eruere quasi damula de manu: et quasi auis de insidijs aucupis. Vade ad formicā o piger: et cōsidera vias eiꝰ: et disce sapiā. Que cū nō habeat ducē

II

III S

nec preceptorē nec principē parat ī esta-
te cibū sibi: et cōgregat in messe qđ come-
dat. Vsquequo piger dormies? Quādo
cōsurges e somno tuo? Paululū dormies
paululū dormitabis: paululū cōseres ma-
nus tuas ut dormias. et veniet tibi quasi
viator egestās: et pauperies quasi uir ar-
matus. Si uero impiger fueris: ueniet vt
fons messis tua: et egestas longe fugiet
a te. Homo apostata vir inutilis gradit᷑
ore puso: ānuit oculis. terit pede digito lo-
quitur. prauo corde machinatur malum:
et omī tempore iurgia seminat. Huic ex-
templo veniet pditio sua: ⁊ subito cōteret᷑:
nec habebit ultra medicinā. Sex sūt que

IIII

odit dn̄s: ⁊ septimū detestatur anima eius.
Oculos sublimes. linguā mendacē. manus
effundētes innoxiū sanguinē: cor machināſ
cogitacōnes pessimas. pedes veloces ad
currendū in malū. proferentē mēdacia te-
stem fallacem: et eū qui seminat inter fra-
tres discordias. Conserua fili mi precepta
patris tui et ne dimittas legem mr̄is tue:
liga eam in corde tuo iugiter: ⁊ circunda
gutturi tuo. Cū ambulaueris gradiāter
tecū: cū dormieris custodiant te: et euigi-
lans loquē cū eis. Quia mādatū lucerna
est et lex lux: et via vite increpatio disci-
pline. Vt custodiant te a muliere mala: ⁊
a blanda lingua extranee. Nō cōcupiscat

V

pulcritudinem eius cor tuū: ne capiaris
nutibꝰ illius. Preciū enim scorti vix ē uni⁹
panis: mulier aūt. viri p̄ciosam animam
capit. Nunquit potest homo abscōdere
ignem in sinu suo ut uestimenta illius nō
ardeant: aut ambulare sup prunas. Vt
nō cōburatur plante eius? Sic qui ingre-
ditur ad mulierē pximi sui: nō erit mūdus
cū tetigerit eā. Nō grādis est culpa cum
quis furatus fuerit. Furatur enī: vt esuri-
entē impleat animā. Dephensus q̄qꝫ red-
det septuplū: ⁊ omnē substantiam domus
sue tradet: ⁊ liberabit se. Qui aūt adulter
est: ꝓpter cordis inopiā pdet animā suaꝫ.
Turpitudinē ⁊ ignominiā cōgregat sibi:
et opprobriū illius nō delebit᷑. Quia zel⁹
et furor viri nō parcet in die uindicte: nec
acquiescet cuiusq̄ precibꝰ: nec suscipiet p
redemptione dona plurima.

VII

Fili mi custodi sermones meos: ⁊ p̄-
cepta mea reconde tibi. Fili honora
dn̄m et valebis: pter eū uero ne timueris
alienū. Serua mādata mea ⁊ viuēs: et
legem meā q̄si pupillā oculi tui. Liga eā
in digitis tuis: scribe illā in tabulis cordis
tui. Dic sapiētie soror mea es: ⁊ prudētiaꝫ
uoca amicā tuā. Vt custodiat te a mlr̄ere
extranea ⁊ ab aliena: que verba sua dul-
cia facit. De fenestra enim dom⁹ mee per
cancellos pspexi iuuenē: ⁊ video puulos.
Considero uecordē iuuenē qui trāsit p pla-
teas iuxta āgulum: ⁊ ꝓpe viā domus illi⁹
gradit᷑. in obscuro aduesperascēte die: in
noctis tenebris ⁊ caligine. Et ecce occur-
rit illi mulier in ornatu meretricō: p̄parata
ad decipiēdas animas. Garrula ⁊ vaga
quietis impatiens: nec valens ī domo cōsi-
stere pedibꝰ suis. Nūc foris nūc in plateis:
nūc iuxta āgulos insidiāſ. Apphensūqꝫ deos-
culat᷑ iuuenē: et procaci vultu blādit᷑ di-
cens. Victimas pro salute deuoui: hodie
reddidi vota mea. Idcircā egressa sū in

VII

occursum desiderās te videre: ⁊ reperi. In-
textui funibꝰ lectulū meū: straui tapetibus
pictis ex egipto: aspsi cubile meū mirra
et aloe ⁊ cinamomo. Veni inebriemᷣ ube-
ribꝰ: ⁊ fruamur cupitis amplexibꝰ donec
illucescat dies. Non est enim vir in domo
sua: abiit via longissimā. Sacculū pecu-
nie secū tulit. in die plene lune reuersurus
est ī domū suā. Irretiuit eū multis ſmoibꝰ:
et blanditiis labiorꝫ protraxit illū. Sta-
tim eam sequitur q̄si bos ductus ad victi-
mam ⁊ q̄si agnus lasciuiens ⁊ ignorās: et
nescit q̄ ad vincula stultus trahat᷑: donec
trāsfigat sagitta iecor eius. Velut si auis
festinet ad laqueū: ⁊ nescit q̄ de periculo
anime illius agitur. Nunc ergo fili mi au-

VII

di me: et attēde ūbis oris mei. Ne abstra
hat᷑ in uiis illi⁹ mēs tua: neqꝫ decipiaris se-
mitis ei⁹. Multos enī uulnēatos deiecit: ⁊ for-
tissimi q̄qꝫ interfecti sunt ab ea. Vie inferi
dom⁹ ei⁹: penetrātes iteriora mortis.

VIII

Nunquit non sapiā clamitat: et pru-
dentia dat vocē suam? In summis ex-
celsisqꝫ verticibus. supra viam in mediis

semitis stās: iuxta portas ciuitatis · in ipis
foribȝ loquit̄ dicens. O viri ad vos cla-
mito: ⁊ vox mea ad filios hominū. Intel-
ligite puuli astutiā: ⁊ insipiētes animadū-
tite. Audite qm̄ de rebȝ magnis locutura
sū: et aperietur labia mea vt recta pdicēt.
Veritatē meditabitur gutt̄ meū: et labia
mea detestabunt̄ impiū. Iusti sunt omēs
sermones mei: nō est in eis prauū q̄d neqȝ
peruūsum. Recti sunt intelligētibȝ: et equi i-
uenientibȝ scientiā. Accipite disciplinam
meā et non pecuniam: doctrinā magis q̄
aurū eligite. Melior est enim sapiētia cu-
ctis opibȝ p̄ciosissimis: ⁊ omne desiderabi-
le ei non potest cōparari. Ego sapiā habi-
to in cōsilio: et eruditis intersū cogitatio-
nibus. Timor dn̄i odit malū: arrogātiā
et supbiam ⁊ viā prauam et os bilingue
detestor. Meū est cōsiliū ⁊ equitas. Mea
est prudētia: mea ē fortitudo. Per me reges
regnant: ⁊ legū cōditores iusta decernunt.
Per me principes imperāt: ⁊ potētes decer-
nunt iusticiā. Ego diligētes me diligo: et
q̄ mane vigilauerint ad me inuenient me.
Mecū sūt diuicie ⁊ gloria: opes supbe et
iusticia. Melior ē fructus meus auro et
lapide p̄cioso: ⁊ genimina mea argento e-
lecto. In viis iusticie ambulo · in medio
semitarū iudicii: vt ditem diligētes me:
et thesauros eorū repleā. Dn̄s possedit
me in inicio uiarū suarū. anteq̄ q̄cq̄ faceret
a pn̄cipio: ab eterno ordinata sū et ex an-
tiquis: anteq̄ terra fieret. Nōdum erant
abissi: ⁊ ego iam cōcepta erā. Necdū fon-
tes aq̄rū eruperāt: necdū mōtes graui mo-
le cōstiterāt. Ante omēs colles ego partu-
riebar. Adhuc terrā nō fecerat: ⁊ flumina
et cardines orbis terre. Quādo p̄parabat
celos aderam: quādo certa lege ⁊ giro val-
labat abissos. Quādo ethera firmabat sur-
sum: ⁊ librabat fontes aquarū. Quādo cir-
cundabat mari terminū suū: ⁊ legē pone-
bat aquis · ne trāsirent fines suos. Qn̄ ap-
pēdebat fundamēta terre: cum eo erā cun-
cta componens. Et delectabar p singulos
dies ludēs coram eo omni tēpore: ⁊ ludēs
in orbe terrarū: ⁊ delicie mee esse cū filiis ho-
minū. Nūc ergo filii audite me. Beati q̄

custodiunt vias meas. Audite disciplinā
et estote sapientes: ⁊ nolite abicere eam.
Beat⁹ hō qui audit me: et q̄ vigilat ad
fores meas q̄tidie: et obseruat ad postes
hostii mei. Qui me inuenerit inueniet vitā: ⁊
hauriet salutē a dn̄o. Qui autē in me pec-
cauerit: ledet animā suā. Omnes qui me
oderunt diligunt mortem. IX

Sapientia edificauit sibi domū: ex-
cidit colunas septē. Immolauit vi-
ctimas suas: miscuit vinū: ⁊ p̄posuit mēsā
suā. Misit ancillas suas vt uocarent ad ar-
cem: ⁊ ad menia ciuitatis. Si quis ē par-
uulus veniat ad me. Et insipientibȝ locu-
ta est. Venite comedite panē meū: et bi-
bite vinū quod miscui vob. Relinq̄te in-
fantiā ⁊ venite: et ambulate p vias pru-
dentie. Qui erudit derisorē ipē iniuriā sibi
facit: ⁊ qui arguit impiū sibi maculā ge-
nerat. Noli arguē derisorem: ne oderit te.
Argue sapientē: ⁊ diliget te. Da sapiēti
occasionem: ⁊ addet̄ ei sapiā. Doce iustū:
et festinabit accipe. Principiū sapiētie
timor dn̄i: et scientia sanctorū prudentia.
Per me enim mltiplicabūtur dies tui: et
addētur tibi anni vite. Si sapiens fueris
tibimetipsi eris: si autē illusor: solus porta-
bis malū. Mulier stulta et clamosa · plēa
qȝ illicebris et nichil omnino sciens · sedet
in foribȝ domus sue sup sellam · in excelso
vrbis loco: vt vocaret trāseuntes p viā:
et p gentes itinere suo. Quis est puulus:
declinet ad me. Et vecordi locuta ē. Aq̄
furtiue dulciores sūt: ⁊ panis abscōditus
suauior. Et ignorauit q̄ ibi sint gigātes:
et in pfundis inferni cōuiue eius. Qui eni
applicabitur illi descendet ad inferos: nā
q̄ abcesserit ab ea saluabit̄. X

Filius sapiens letificat patrē: filius
vero stultus mesticia est mr̄is sue. Nil p-
derunt thesauri impietatis: iusticia vero
liberabit a morte. Non affliget dn̄s fame
animam iusti: et insidias impiorū subūtet.
Egestatē operata ē man⁹ remissa: manus
autem fortium diuicias parat. Qui nititur
mendatiis hic pascit ventos: idem autē
ipē sequitur aues volātes. Qui cōgregat
in messe filius sapiēs est: qui autē stertit

estate. filius confusionis. Benedictio dn̄i sup caput iusti: os autē impiorū operit iniquitatem. Memoria iusti cum laudibꝫ: et nomē impiorū putrescet. Sapiens corde ꝑcepta suscipiet: stultus cedit labijs. Qui ambulat simpliciter ambulat ꝯfidenter: q̄ aūt deprauat vias suas manifestus erit. Qui ānuit oculo dabit dolorē: ⁊ stultus labijs verberabit. Vena vite os iusti: ⁊ os impiorū opit iniq̄tatem. Odiū suscitat rixas: ⁊ vniūsa delicta opit caritas. In labijs sapientis inuenit sapientia: et virga in dorso eius qui indiget corde.

T vii

Sapiētes abscondūt sciētiā: os aūt stulti ꝯfusioni ꝓximum ē. Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius: pauor pauperum egestas eorum. Opus iusti ad vitā: fructus autē impij ad peccatum. Via vite custodienti disciplinam: qui autē increpacōnes relinquit errat. Abscondūt odiū labia mēdacia: qui ꝓfert ꝯtumeliam insipiens est. In multiloquio nō deerit peccatum: qui autē moderatur labia sua prudentissimus est. Argentū electū lingua iusti: cor aūt impiorū ꝓ nichilo. Labia iusti erudiūt plimos: q̄ aūt indocti sunt in cordis egestate morientur. Benedictō dn̄i diuites facit: nec sociabit eis afflictō. Quasi ꝑ risū stultus operat scelus: sapīa aūt ē viro prudētia. Quod timet impius veniet sup eum: desideriū suū iustis dabit. Quasi tempestas trāsiens non erit impius: iustus aūt quasi fundamētū sempiternū. Sicut acetū dētibꝫ ⁊ fumꝰ oculis: sic piger hijs q̄ miserūt eū. Timor dn̄i apponet dies: ⁊ āni impiorum bruiabūt.

VIII

Expectacō iustorū leticia: spes aūt impiorū ꝑibit. Fortitudo simplicis via dn̄i: ⁊ pauor hijs q̄ opant malum. Iustꝰ in eternū nō ꝯmouebit: impij autem non habitabūt sup terrā. Os iusti ꝑturiet sapīam: lingua prauorū ꝑibit. Labia iusti ꝯsiderant placita: ⁊ os impiorum ꝑuersa.

XI

Statera dolosa abominacō est apud deum: ⁊ pondus equum voluntas eius. Vbi fuerit supbia ibi erit ⁊ ꝯtumelia: vbi autē ē humilitas ibi ⁊ sapīa. Simplicitas iustorum diriget eos: ⁊ supplātacō ꝑuersorum vastabit illos. Nō ꝓderūt diuicie in die vltōnis: iusticia aūt liberabit a morte. Iusticia simplicis diriget viam eius: ⁊ in impietate sua corruet impius. Iusticia rectorū liberabit eos: ⁊ in insidijs suis capient iniqui. Mortuo homine impio nulla erit vltra spes: et expectacō sollicitorū ꝑibit. Iustus de āgustia liberatus ē: ⁊ tradet impius ꝓ eo. Simulator ore decipit amicum suum: iusti autē liberabūtur sciētiā. In bonis iustorum exaltabit ciuitas: ⁊ in ꝑdicōne impiorū erit laudacio. Bn̄dictōe iustorū exaltabitur ciuitas: ⁊ ore impiorum subuertetur. Qui despicit amicum suum indigens corde ē: vir aūt prudens tacebit. Qui ambulat fraudulenter reuelat archana: qui autē fidelis est celat amici ꝯmissum. Vbi non est gubnator populus corruet: salus aūt ubi multa ꝯsilia. Affligetur malo qui fidē facit ꝓ extraneo: qui aūt cauet laqueos securus erit. Mulier ḡtiosa inueniet gl̄am: ⁊ robusti habebūt diuicias. Bn̄facit aīe sue vir mīsicors: q̄ aūt crudelis est etiā ꝓpinquos abicit. Impius facit opus instabile: seminanti aūt iusticiā merces fidelis. Clementia ꝑparat vitam: ⁊ sectatio malorum mortem.

II

Abominabile dn̄o cor prauū: ⁊ uoluntas eius in hijs qui simpliciter ambulant. Manus in manu nō erit innocens malus: semen autem iustorum saluabit. Circulus aureus in naribꝫ suis: mulier pulcra ⁊ fatua. Desiderium iustorū omne bonū est: p̄stolacio impiorum furor. Alij diuidunt ꝓpria ⁊ ditiores fiūt: alij rapiūt nō sua ⁊ semp in egestate sūt. Anima q̄ bn̄dicit inpinguabit: ⁊ q̄ inebriat ipse quoq̄ inebriabit. Qui abscōdit frumēta maledicet in populis: bn̄dictō autē super caput vendentiū. Bene ꝯsurgit diluculo q̄ querit bona: q̄ aūt inuestigator malorū est opprimetur ab eis. Qui ꝯfidit in diuicijs suis corruet: iusti aūt quasi virens folium germinabūt.

III

Qui ꝯturbat domū suā possidebit ventos: ⁊ q̄ stultus est seruiet sapienti. Fructus iusti lignum vite: ⁊ qui suscipit animas sapiēs ē. Si iustus in tērra recipit: quanto magis impius ⁊ peccator.

XII

Qui diligit disciplinā diligit sciām: qui autem odit increpationes insipiens est. Qui bonus est hauriet sibi graciam a dño: qui autē confidit in cogitaconibus suis impie agit. Non roborabitur homo ex impietate: et radix iustorū nō commouebitur. Mulier diligēs corona ē uiro suo: et putredo in ossibus eius que cōfusione res dignas gerit. Cogitationes iustorū iudicia: et consilia impiorū fraudulenta. Verba impiorū insidiantur sanguini: os iustorum liberabit eos. Verte impios et nō erunt: domus aūt iustorū permanebit. Doctrina sua noscitur vir: qui autē vanus et excors est patebit contemptui. Melior est pauper et sufficiens sibi: quam gloriosus et indigens pane. Nouit iustus iumētorū suorū aīas: uiscera autē impiorū crudelia. Qui operatur terrā suā saciabitur panibus: qui autē sectatur ociū stultissimus est. Qui suauis ē in vini moderationibus: in suis municionibus relinquit cōtumeliam. Desideriū impij monimētum ē pessimorū. radix aūt iustorū proficiet. Propter pecca labiorū ruina proximat malo: effugiet aūt iustus de angustia. De fructu oris sui vnusquisqz replebitur bonis: et iuxta opera manuū suarū retribuetur ei. Via stulti recta in oculis eius: qui aūt sapiēs ē audit cōsilia. Fatuus statim indicat irā suam: qui aūt dissimulat iniuriā callidus ē. Qui quod nouit loquitur index iusticie est: qui autem mentitur testis est fraudulētus. Est qui promittit et quasi gladio pungitur consciencie: lingua autē sapientiū sanitas. Labiū veritatis firmū erit in perpetuū: qui autē testis est repentinus concinnat linguam mendacij. Dolus in corde cogitātiū mala: qui aūt pacis ineūt consilia. sequitur eos gaudiū. Nō contristabit iustum quicquid ei acciderit: impij autem replebuntur malo. Abominatio est dño labia mēdatia: qui aūt fideliter agūt placent ei. Homo uersutus celat sciētiā: et cor insipientiū prouocat stulticiā. Manus fortium dñabitur: que aūt remissa est tributis seruiet. Meror in corde viri humiliabit illū: et sermone bono letificabitur. Qui negligit damnū propter amicū iustus est: iter aūt impiorum decipiet eos. Nō inueniet fraudulentus lucrū: et substātia hominis erit auri preciū. In semita iusticie vita: iter aūt deuiū ducit ad mortem.

XIII

Filius sapiens doctrina patris: qui autē illusor est nō audit cū arguitur. De fructu oris sui homo saciabitur bonis: aīa autem impiorū iniqua. Qui custodit os suū custodit aīam suā: qui aūt incōsideratus ē ad loquēdū sentiet mala. Vult et nō vult piger: anima autem operātium impinguabitur. Verbū mendax iustus detestabitur: impius aūt confundit et confundetur. Iusticia custodit innocētis viam: impietas aūt peccatorē supplantat. Est quasi diues cū nichil habeat: et ē quasi pauper cū in multis diuitijs sit. Redemptio anime viri diuitie sue: qui autem pauper est increpationē nō sustinet. Lux iustorū letificat: lucerna autē impiorū extinguetur. Inter superbos semper iurgia sūt: qui aūt agunt omnia cū consilio. reguntur sapientia. Substātia festinata minuetur: que aūt paulatim colligitur manu. multiplicabitur. Spes que differtur affligit aīam: lignū vite desideriū veniens. Qui detrahit alicui rei. ipse se in futurū obligat: qui autem timet preceptū in pace versabitur. Anime dolose errāt in peccatis. iusti aūt misericordes sūt et miserantur. Lex sapientis fons vite: vt declinet a ruina mortis. Doctrina bona dabit gratiā: in itinere cōtemptorū vorago. Astutus omnia agit cū cōsilio: qui aūt fatuus est aperit stulticiā. Nuncius impij cadet in malū: legatus fidelis sanitas. Egestas et ignominia ei qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit arguenti glorificabitur. Desideriū si compleatur delectat animam: detestantur stulti eos qui fugiūt mala. Qui cū sapientibus graditur sapiens erit: amicus stultorū similis efficietur. Peccatores persequitur malum: et iustis retribuentur bona. Bonus relinquit heredes filios et nepotes: et custoditur iusto substantia peccatoris. Multi cibi in noualibus patrū: et alijs cōgregantur absqz iudicio. Qui parcit virge odit filiū suum: qui autem diligit illum instāter erudit. Iustus comedit et replet animā suam: venter autem impiorum insaturabilis.

XIIII

Sapiēs mulier edificat domū suā: insipiēs extructam q̄ȝ manibus destruet. Ambulās recto itinere ⁊ timens deū: despicit ab eo qui in famī ḡditur via. In ore stulti uirga sup̄bie: labia sapientū custodiūt eos. Ubi non sūt boues p̄sepe uacuū est: ubi aūt apparēt plime segetes ibi manifesta ē fortitudo bouis. Testis fidelis non mentiet̄: p̄fert aūt mēdaciū dolosus testis. Querit derisor sapiam ⁊ non inuenit: doctrina prudentiuȝ facilis. Uade ɔtra uirū stultū: et nescit labia prudentie. Sapīa callidi ē intelligere viam suā: et prudentia stultoꝝ errās. Stultus illudēt peccatū: et inter iustos morabit̄ grā. Cor qd̄ nouit amaritudineȝ anime sue: in gaudio eius nō miscebit̄ ext̄neus. Domus impiorū delebitur: tabnacula iustoꝝ germinabūt. Est uia que uidetur homī iusta: nouissima aūt eius deducūt ad mortē. Risus dolore miscebitur: et extrema gaudij luctus occupat. Uijs suis replebit̄ stult⁹: ⁊ super eū erit vir bonus. Innocēs credit omni v̄bo: astutus ɔsiderat gressus suos. Filio doloso nichil erit boni: seruo autēȝ sapienti p̄speri erunt actus: ⁊ dirigetur via eius. Sapiēs timet ⁊ declinat a malo: stultus transilit ⁊ ɔfidit. Impatiens operabit̄ stulticiā: ⁊ vir v̄sutus odiosus ē. Possidebunt puuli stulticiā: ⁊ exspectabūt astuti scientiā. Iacebūt mali ante bonos: ⁊ impij ante portas iustoꝝ. Etiā p̄ximo suo pauper odiosus ē: amici uēo diuitū multi. Qui despicit p̄ximū suū peccat: qui aūt miseret̄ paupi beatus erit. Qui credit in dn̄o misericordiam diligit: errāt qui opant̄ malū. Misericordia ⁊ veritas p̄parāt bona. In oī ope bono erit abundantia: vbi autē v̄ba sūt plima ibi frequēter egestas. Corona sapientū diuicie eoꝝ: fatuitas stultorum imprudētia. Liberat animas testis fidelis: ⁊ p̄fert mendacia versipellis. In timore dn̄i fiducia fortitudinis: ⁊ filijs eius erit spes. Timor dn̄i fons vite: ut declinet a ruina mortis. In multitudine p̄pli dignitas regis: ⁊ in pauptate pleb ignominia p̄ncipis. Qui patiēs ē multa gubnat̄ sapīa: q̄ autēȝ impatiens ē exaltat stulticiam suā. Uita carniū sanitas cordis: putredo ossiū inuidia. Qui calūniatur egentē exprobrat factori eius: honorat aūt eū qui miseretur paupis. In malicia sua repellet̄ impi⁹: sperat autēȝ iustus in morte sua. In corde prudentis requiescit sapīa: ⁊ indoctos quosq̄ȝ erudiet. Iusticia eleuat gentē: miseros aūt facit p̄plos pcc̄m. Accept⁹ ē regi minister intelligēs: iracūdiā ei⁹ inutilis sustinebit.

XV

Responsio mollis frangit irā: s̄mo dur⁹ suscitat furorē. Lingua sapientū ornat scientiā: os fatuoꝝ ebullit stulticiā. In omni loco oculi dn̄i ɔtemplāt̄ bonos ⁊ malos. Lingua placabilis lignū vite: que autē immoderata est ɔteret spm̄. Stult⁹ irridet disciplinā patris sui: q̄ autē custodit increpacōes astutior fiet. In abūdanti iusticia uirtus maxima ē: cogitacōes autē impiorū eradicabunt̄. Domus iusti plima fortitudo: ⁊ in fructib⁹ impij cōturbacō. Labia sapientū dissemiabūt sciaȝ: cor stultoꝝ dissile erit. Uictime impioruȝ abominabiles dn̄o: uota iustoꝝ placablia. Abominacō est dn̄o via impij: qui sequit̄ iusticiā diligit̄ ab eo. Doctrina mala deserentiū uiā vite: qui increpacōnes odit morietur. Infernus ⁊ p̄dicō coraȝ dn̄o: q̄nto magis corda filioꝝ hoīm. Nō amat pestilens eū qui se corripit: nec ad sapientes ḡditur. Cor gaudens exhilarat faciē: in merore animi deicitur spūs. Cor sapiētis q̄ret doctrinā: ⁊ os stultoꝝ pascitur imperīcia. Oīes dies paupis mali: secura mens q̄i iuge conuiuiū. Melius ē parum cū timore dn̄i: q̄ thesauri magni ⁊ insatiabiles. Melius est vocari ad olera cū caritate: q̄ ad vitulū saginatum cū odio. Uir iracundus p̄uocat rixas: qui paciens ē mitigat suscitatas. Iter pigroꝝ quasi sepes spinaꝝ: uia iustoꝝ absq̄ȝ offendiculo. Filius sapiēs letificat patrē: ⁊ stultus homo despicit m̄rem suā. Stulticia gaudiū stulto: ⁊ vir prudēs dirigit gressus suos. Dissipant̄ cogitaciōnes vbi non est ɔsiliū: ubi vēo sunt plures ɔsiliarij cōfirmant̄. Letatur homo in sn̄ia oris sui: ⁊ sermo oportun⁹ ē optim⁹. Semita uite sup eruditū: ut declinet de inferno nouissimo. Domū supboꝝ demolietur dn̄s:

et firmos faciet terminos vidue. Abhominatio dñi cogitacões male: et purus sermo pulcherrimus firmabit᷑ ab eo. Conturbat domũ suã qui sectat᷑ auariciã: qui aũt odit munera viuet. Per misericordiã et fidem purgãtur pcca: p timorẽ aũt dñi declinat omnis a malo. Mens iusti meditabit᷑ obedientiã: os impiorꝝ redundat malis. Longe est dñs ab impijs: et orões iustorum exaudiet. Lux oculorꝝ letificat aĩaꝫ: fama bona impinguat ossa. Auris que audit increpacões vite: in medio sapientũ cõmorabit᷑. Qui abicit disciplinã despicit aĩam suã: qui aũt acquiescit increpacõibꝫ possessor est cordis. Timor dñi disciplina sapiẽ: et gloriam pcedit humilitas.

XVI

Hominis ẽ animã pparare: et dñi gubnare linguã. Omnes vie hoĩm patẽt oculis eius: spirituũ ponderator est dñs. Reuela dño opera tua: et dirigentur cogitacões tue. Uniuersa pter semetipm operatus est dñs: impiũ qꝫ ad diẽ malũ. Abhominacõ dñi est omnis arrogans. etiam si manus ad manũ fuerit non ẽ innocẽs. Iniciũ vie bone facẽ iusticiã: accepta ẽ apud deum magisq̃ immolare hostias. Misericordia et veritate redimitur iniqtas: et in timore dñi declinat᷑ a malo. Cũ placuerit dño vie homĩs: inimicos qꝫ eius cõuertet ad pacẽ. Melius est parũ cũ iusticia: q̃ multi fructus cũ iniquitate. Cor homĩs disponit viam suã: sed dñi est dirigere gressus eiꝰ. Diuinacõ in labijs regis: in iudicõ non errabit os eiꝰ. Pondus et statera iudicia domini sũt: et opa eius omẽs lapides seculi. Abhominabiles regi qui agũt impie: qm̃ iusticia firmatur soliũ. Uoluntas regũ labia iusta: qui recta loquitur diriget᷑. Indignacio regis nũcij mortis: et vir sapiens placabit eã. In hilaritate vultꝰ regis vita: et clemẽtia eius q̃si imber serotinus. Posside sapiam q̃ auro melior ẽ: et acq̃re prudentiã q̃ pciosior est argento. Semita iustorꝝ declinat mala: custos anime sue seruat vitaꝫ suã. Contricõeꝫ pcedit supbia: et añ ruinã exaltabit᷑ spũs. Melius est humiliari cũ mitibus: q̃ diuidere spolia cũ supbis. Eruditꝰ in vbo reperiet bona: et q̃ sperat in dño beatus est. Qui sapiens est corde appellabit᷑ prudẽs: et qui dulcis eloquio maiora repiet. Fons vite erudicõ possidẽtis: doctrina stultorꝝ fatuitas. Cor sapientis erudiet os eiꝰ: et labijs eiꝰ addet gr̃aꝫ. Fauus mellis cõposita vba: dulcedo aĩe sanitas ossiũ. Est via que uidet᷑ homĩ recta: et nouissima eius ducũt ad mortẽ. Anima laborantis laborat sibi: q̃ cõpulit eũ os suũ. Uir insipiens fodit malũ: et in labijs eius ignis ardescit. Homo puersus suscitat lites: et vbosus separat principes. Uir iniquus lactat amicũ suũ: et ducit eũ p uiã nõ bonã. Qui attonitis oclis cogitat praua: mordẽs labia sua pficiet malũ. Corona dignitatis senectus: que in vijs iusticie repiet᷑. Melior est patiens viro forti: et qui dñatur aĩo suo expugnatore vrbium. Sortes mittũtur in sinũ: sꝫ a domino tempãt᷑.

XVII

Melior est buccella sicca cũ gaudio: q̃ domꝰ pleña victimis cũ iurgio. Seruus sapiens dñabitur stultis filijs: et inter frẽs hereditatem diuidet. Sicut igne pbatur argentũ et aurũ camino: ita corda probat dñs. Malus obedit lingue inique: et fallax obtempat labijs mendacibus. Qui despicit pauperẽ exprobrat factori eius: et qui in ruina letatur alterius. nõ erit impunitus. Corona senũ filij filiorꝝ: et glia filiorꝝ patres eorꝝ. Non decet stultũ verba cõposita: nec principeꝫ labiũ mentiens. Gemma gr̃tissima expectacõ pstolantis: quocunqꝫ se vertit prudẽter intelligit. Qui celat delictum querit amicicias: qui altero sermone repetit separat federatos. Plus pficit correctõ apud prudentẽ: q̃ centũ plage apd stultũ. Semper iurgia querit malꝰ: angelus aũt crudelis mittet᷑ contra eũ. Expedit magis vrse occurrere raptis fetibus: q̃ fatuo cõfidenti sibi in stulticia sua. Qui reddit mala p bonis: nõ recedet malũ de domo eiꝰ. Qui dimittit aquam caput est iurgiorꝝ: et anteq̃ paciatur cõtumeliã iudiciũ deserit. Et qui iustificat impiũ et q̃ cõdemnat iustũ: abhominabilis est vterqꝫ apud deũ. Quid pdest stulto habere diuicias: cũ sapientiã emere non possit? Qui altã facit domũ suã q̃rit ruinã: et q̃ euitat discẽ incidet in maluꝫ.

III Omni tpe diligit qui amicus est: ⁊ frater in angustiis comprobatur. Stultus homo plaudet manib9 suis: cū spoponderit pro amico suo. Qui meditatur discordias diligit rixas: ⁊ q̄ exaltat os suū querit ruinā. Qui peruersi cordis est non inueniet bonum: et qui vertit linguā incidet in malū. Nat9 est stult9 in ignominiā suā: ẜ nec pater in fatuo letabit. Anim9 gaudens etatē floridam facit: spūs tristis exsiccat ossa. Munera de sinu impius accipit: vt peruertat semitas iudicij. In facie prudentis lucet sapiā: oculi stultoꝝ in finib9 terre. Ira patris filius stultus ⁊ dolor matris que genuit eū. Non ē bonū dampnū inferre iusto: nec percutere principē qui recta iudicat. Qui moderatur ꝯmones suos doct9 ⁊ prudēs est: et p̄ciosi spiritus vir eruditus. Stult9 q̄s si tacuerit sapiēs reputabit: ⁊ si compsserit labia sua intelligens. XVIII

Occasiones querit q̄ vult recedē ab amico: omni tpe erit exprobrabilis. Nō recipit stult9 vba prudentie: nisi ea dixeris que v'santur in corde eius. IIII Impius cū in pfundū venerit peccatoꝝ ꝯtemnit: ẜ sequitur eū ignominia ⁊ opprobriū. Aqua pfunda ex ore viri: ⁊ torrens redundans fons sapientie. Accipere psonā impij in iudicio non est bonū: ut declines a ueritate iudicij. Labia stulti miscent se rixis: ⁊ os ei9 iurgia puocat. Os stulti ꝯtricō eius: ⁊ labia ipius ruina aīe eius. Verba bilinguis q̄i simplicia: ⁊ ipa puenit vsq ad interiora ventris. Pigrū deicit timor: aīe autē effeminatoꝝ esuriet. Qui mollis ⁊ dissolut9 est in ope suo: frater ē sua opera dissipātis. Turris fortissima nomē dn̄i: ad ipsam currit iustus et exaltabit. Substātia diuitis vrbs roboris ei9: ⁊ quasi murus validus circūdans eū. Anteq̄ ꝯterat exaltat cor hoīs: ⁊ anteq̄ glorificetur humiliat. Qui pri9 rn̄det q̄ audiat stultū se esse demrat: et ꝯfusione dignū. Spiritus viri sustētat imbecillitatē suam: spm uero ad irascendū facilem quis poterit sustinere? Cor prudētis possidebit sciaz: ⁊ auris sapientū querit doctrinā. Donū hoīs dilatat viaz eius: et ante principes spaciū ei facit. Iust9 prior est accusator sui: venit amicus eius ⁊ inuestigabit eū. Contradictōnes ꝯprimit sors: ⁊ inter potētes q̄s diiudicat. Frater qui adiuuatur a fratre q̄i ciuitas firma: ⁊ iudicia quasi vectes vrbiū. De fructu oris viri replebit venter eius: ⁊ genimina labioꝝ ipius saturabūt eū. Mors ⁊ vita in manibus lingue: q̄ diligūt eam comedet fruct9 eius. Qui inuenit mulierē bonā inuenit bonū: ⁊ hauriet iocunditatē a dn̄o. Qui expellit mulierē bonā expellit bonū: qui aūt tenz adulterā stult9 est et insipiens. Cū obsecrationib9 loquit paup: ⁊ diues effabitur rigide. Vir amicabilis ad societatem: magis amicus erit q̄ frater. XIX

Melior est paup q̄ ambulat in simplicitate sua: q̄ diues torquēs labia sua ⁊ insipiēs. VI Ubi non ē sciencia aīe non ē bonū: ⁊ qui festinus ē pedib9 offendet. Stulticia hoīs supplātat gressus eius: ⁊ cōtra deū feruet aīo suo. Diuicie addunt amicos plimos: a paupe aūt a hij q̄s habuit separant. Testis falsus nō erit impunitus: ⁊ q̄ mēdacia loquit nō effugiet. Multi colūt psonā potentis: ⁊ amici sūt dona tribuētis. Fratres hoīs paupis oderunt eū: insuper et amici pcul recesserūt ab eo. Qui tm̄ vba sectat nichil habebit: q̄ aūt possessor ē mētis diligit animā suā: et custos prudentie inueniet bona. Falsus testis nō erit impunitus: ⁊ q̄ loquit mēdacia pibit. Non decet stultū diuicie: nec seruū ꝯnari principibus. Doctrina viri p paciēntiā noscit: et gloria eius ē iniqua ptergredi. Sicut fremitus leonis ita ⁊ regis ira: ⁊ sicut ros sup herbā ita et hilaritas eius. Dolor patris fili9 stultus: et tecta iugit pstillantia litigiosa mulier. VII Domus ⁊ diuicie dant a parentib9: a dn̄o autē pprie vxor prudēs. Pigredo immittit soporē: et aīa dissoluta esuriet. Qui custodit mandatū custodit animā suā: qui aūt negligit viam suā mortificabit. Fenerat dn̄o q̄ miseret paupis: ⁊ vicissitudinē suā reddet ei. Erudi filiuz tuū ne desperes: ad interfectōnē aūt eius ne ponas aīam tuā. Qui eni impaciēs ē sustinebit dānū: et cū rapuerit aliud apponet. Audi cōsiliū et suscipe disciplinā: ut sis sapiēs in nouissimis

tuis. Multe cogitacões in corde viri: vo-
luntas autez dñi ineternū pmanebit. Hō
indigens misericors ē: ⁊ melior est paup
iustus q̄ vir mēdax. Timor dñi ad vitā:
⁊ in plenitudine ɔmorabit̄ absq3 visita-
cōne pessimi. Abscondit piger manū suaz
sub ascella: nec ad os suū applicat eā. Pe-
stilente flagellato stultus sapientior erit:
si aūt corripueris sapientē intelliget sapi-
entiā. Qui affligit prēm et fugit matrez:
ignominiosus erit ⁊ infelix. Nō cesses au-
dire fili doctrinā: nec ignores ꝑmones sci-
entie. Testis iniquus deridet iudiciū: ⁊ os
impiorum deuorat iniquitatē. Parata sūt
derisoribus iudicia: et mallei ꝑcucientes
stultorum corporibus. XX

Luxuriosa res vinū: ⁊ tumultuosa e-
brietas. Quicūq3 hijs delectat̄ non
erit sapiens. Sicut rugitus leonis ita et
terror regis: qui ꝓuocat eū peccat in aīaz
suā. Honor est homī qui sepat se a ɔtenti-
onib9: oīes aūt stulti miscent̄ ɔtumelijs.
Propter frigus piger arare noluit: mēdi-
cabit ergo estate ⁊ nō dabit̄ illi. Sicut a-
qua ꝓfunda sic ɔsiliū in corde viri: sed hō
sapiēs exhauriet illd̄. Multi homīes mise-
ricordes vocant̄: virū autez fidelē quis
inueniet? Iustus q̄ ambulat in simplicita-
te sua: beatos p9 se filios relinq̄t. Rex qui
sedet in solio iudicij: dissipat oīe malū in-
tuitu suo. Quis potest dicere mundū est
cor meū: purus sū a peccato? Pōdus ⁊ pō-
dus. mensura ⁊ mensura: utrūq3 abomīa-
bile ē apud deū. Ex studijs suis intelligi-
tur puer: si munda ⁊ recta sint opera eius.
Aurē audientē ⁊ oculū videntē: dñs fecit
vtrūq3. Noli diligē somnū: ne te egestas
opprimat. Aperi oclos tuos ⁊ saturare pa-
nib9. Malū est malū ē. dicit oīs emptor:
et cū recesserit tūc gloriabit̄. Est aurū ⁊
multitudo gemmarū: vas aūt ꝑciosū la-
bia scīe. Tolle vestimentū ei9 q̄ fideiussor
extitit alieni: ⁊ ꝓ extraneis aufer pignus
ab eo. Suauis est homī panis mendacij:
et postea implebit̄ os eius calculo. Cogi-
tacōes ɔsilijs roborant̄: ⁊ gubnaculis tra-
ctanda sunt bella. Ei qui reuelat misteria.
et ābulat fraudulent̄ ⁊ dilatat labia sua:
ne ɔmiscearis. Qui maledicit patri suo ⁊
matri: extinguet̄ lumē eius in medijs te-
nebris. Hereditas ad quā festinatur in
principio: in nouissimo bndictōe carebit.
Ne dicas reddā malū ꝓ malo: exspecta
dñm ⁊ liberabit te. Abominacō est apud
deū pondus ⁊ pondus: statera dolosa non
est bona. A dnō dirigunt̄ gressus viri.
Quis aūt hominū intelligere potest viaz
suā? Ruina ē homī deuotare sanctos: et p9
vota retractare. Dissipat impios rex sapi-
ens: ⁊ incuruat sup eos fornicē. Lucerna
dñi spiraculū homīs: que inuestigat oīa
secreta ventris. Misericordia ⁊ veritas
custodiunt regez: ⁊ roboratur clementia
thronus ei9. Exultacō iuuenū fortitudo
eorūz: et dignitas senum canicies. Liuor
vulneris absterget mala: ⁊ plage in ob-
secracionibus ventris. XXI

Sicut diuisiones aquarū ita cor regis
in manu dñi: quocūq3 voluerit incli-
nabit illud. Omnis via viri recta sibi vi-
detur: appendit autez corda dñs. Facere
misericordiā ⁊ iudiciū: magis placet dño
q̄ victime. Exaltacō oculorūz ē dilatacō
cordis: lucerna impiorū peccatū. Cogita-
cōnes robusti semp in abundātia: omnis
aūt piger in egestate ē. Qui ɔgregat the-
sauros lingua mendacij vanus ⁊ excors
est: ⁊ impinguet̄ ad laqueos mortis. Ra-
pine impiorū detrahent eos: q̄ noluerūt
facere iudiciū. Peruersa via viri aliena ē
a deo: qui aūt mundus ē rectū op9 eius.
Melius est sedere in angulo domatis: q̄
cū muliere litigiosa ⁊ in domo ɔmuni. Aīa
impij desiderat malū: non miserebit̄ ꝓximo
suo. Mulctato pestilente sapientior erit p-
uulus: ⁊ si sectetur sapientē sumet sciam.
Excogitat iustus de domo impij: ut detra-
hat impios a malo. Qui obturat aurē suā
ad clamorem paupis: ⁊ ipe clamabit ⁊ nō
exaudiet̄. Mun9 absconditū extinguit
iras: et donū in sinu indignationez maximā.
Gaudiū iusto ē facere iudiciūz: et pauor
opantibus iniquitatē. Vir qui errauerit
in via doctrine: in cetu gigantiū ɔmora-
bitur. Qui diligit epulas in egestate erit:
qui amat vinūz et pinguia non ditabitur.

Pro iusto dabit᷑ impius: ⁊ ꝓ recto iniqu⁹
Melius est habitaꝛ́ in terra deserta: q̄ᷓ cū
muliere rixosa ⁊ iracunda. Thesaurus desi-
derabilis et oleū in habitaculo iusti: ⁊ im-
prudens homo dissipabit illud. Qui seq̄t᷑
iusticiā ⁊ misericordiā: inueniet vitā iusti-
ciam et gloriā. Ciuitatem fortiū ascendit
sapiēs: destruxitq; robur fiducie ei⁹. Qui
custodit os suū ⁊ linguaꝫ suā: custodit ab
angustijs animā suā. VI Superbus ⁊ arrogāſ
vocat᷑ indoctus: q̄ in ira operat᷑ superbiaꝫ.
Desideria occidunt pigrū: noluerūt enim
quicq̄ᷓ manus eius operari. Tota die cōcu-
piscit ⁊ desiderat: q̄ autẽ iustus ē tribuet
et nō cessabit. Hostie impioꝝ abomina-
biles: que offerunt᷑ ex scelere. Testis mē-
dax peribit: uir obediēs loquet᷑ victoriā.
Vir impius ꝓcaciter obfirmat vultū suū:
qui aūt rectus est corrigit viam suā. T Nō
est sapientia. nō est prudentia: non ē cōsi-
liū ꝯtra dn̄m. Equus parat᷑ ad diem belli:
domin⁹ autem salutem tribuit. XXII

Melius ē nomē bonū q̄ᷓ diuicie mlte:
sup argentū enim ⁊ auruꝫ grā bona.
Diues ⁊ paup obuiauerunt sibi: vtrusq;
operator ē dn̄s. VII Callidus videt malū ⁊ ab-
scondit se: innocens ꝑtransijt ⁊ afflictus ē
damno. Finis modestie timor dn̄i: diuitie
et gloria et vita. Arma et gladij in via
superbi: custos aūt anime sue longe recedit
ab eis. Prouerbiū est adolescēs iuxta viaꝫ
suā: etiā cum senuerit nō recedet ab ea. Di-
ues pauperibus imperat: ⁊ q̄ accipit mutuū
seruus est fenerantis. Qui seminat iniq̄ta-
tem metet mala: ⁊ uirga ire sue ꝯsūmabit᷑.
Qui pronus est ad misericordiā bn̄dicetur:
de panibꝫ enim suis dedit pauperi. Victo-
riā ⁊ honorē acquiret q̄ dat munera: aīam
aūt aufert accipientiū. Eice derisorem et
exibit cū eo iurgiū: cessabitq; cause ⁊ cō-
tumelie. Qui diligit cordis mūdiciā: ꝓpt᷑
grām labioꝝ suoꝝ habebit amicū regē.
Oculi dn̄i custodiūt scientiā: ⁊ supplantā-
tur v̄ba iniqui. Dicit piger. leo est foris:
in medio plateaꝝ occidendus sū. VIII Fouea
ꝓfunda os aliene: cui iratus est dn̄s inci-
det in eam. Stulticia colligata ē in corde
pueri: ⁊ virga discipline fugabit eā. Qui

calumniat᷑ pauꝑem vt augeat diuicias
suas: dabit ip̄e ditiori ⁊ egebit. Fili mi in-
clina aurem tuā: et audi v̄ba sapientiuꝫ.
Appone autē cor ad doctrinam meā: que
pulcra erit tibi cū suaueris eā in ventre
tuo. Et redundabit in labijs tuis: vt sit
in dn̄o fiducia tua. Vnde ⁊ ostendaꝫ eā
tibi hodie. Ecce descr̄psi eam tibi tripliciter
in cogitacōnibus ⁊ sciā: vt ostēderem tibi
firmitateꝫ ⁊ eloquia veritatis: r̄ndere ex
eis illis. qui miserūt te. Non facias violē-
tiam pauperi quia pauper ē. neq; cōteras
egenū in porta: qr iudicabit dn̄s causam
eius: et ꝯfiget eos qui ꝯfixerūt aīam ei⁹.
Noli esse amic⁹ homī iracundo. neq; am-
bules cū viro furioso: ne forte discas semi-
tas ei⁹: ⁊ sumas scandalū anime tue. No-
li esse cū hijs qui defigūt manus suas: et
qui vades se offerūt ꝓ debitis. Si enim
non habes vnde restituas: quid cause est
vt tollat operimentuꝫ de cubili tuo? Ne
trāsgrediaris terminos antiquos: quos
posuerunt patres tui. Vidisti virū velo-
cem in opere suo: coram regibus stabit:
nec erit ante ignobiles. XXIII

Quando sederis ut cōmedas cū pn̄-
cipe. diligenter attende que sūt ap-
posita ante faciem tuā: ⁊ statue cultrū in
guttꝰre tuo: si tamen habes in potestate
animam tuā. Ne desideres de cibis eius:
in quo est panis mendacij. II Noli laboraꝛ́
vt diteris: sꝫ prudentie tue pone modū.
Ne erigas oclos tuos ad opes quas nō
potes habere: qr faciēt sibi pēnas quasi
aquile: ⁊ volabunt in celū. Ne cōmedas
cū homine inuido ⁊ ne desidēs cibos eius:
quoniā in similitudineꝫ arioli ⁊ coniectoris
estimat qd̉ ignorat. Commede ⁊ bibe di-
cet tibi: ⁊ mens eius non ē tecū. Cibos q̊s
ꝯmederas euomes: ⁊ perdes pulcros s̄-
mones tuos. In auribꝫ insipientiū ne loq̄-
ris: qr despicient doctrinā eloquij tui. Ne
attingas paruuloꝝ terminos: ⁊ agrū pu-
pilloꝝ ne introeas. Propinquus enim il-
loꝝ fortis est: ⁊ ip̄e iudicabit contra te
causam illoꝝ. III Ingrediat᷑ ad doctrinam
cor tuū: ⁊ aures tue ad v̄ba sciētie. Noli
subtrahē a puēo disciplinā: si enī ꝑcusseris

eū virga. non morietᵉ. Tu virga ꝑcuties eum: ⁊ animā eius de inferno liberabis. Fili mi si sapiēs fuerit animus tuus gaudebit tecū cor meū: et exultabūt renes mei cū locuta fuerint recta labia tua. Nō emuletur cor tuū peccatores. ſꝫ in timore dn̄i esto tō die: q2 habebis spem in nouissimo: ⁊ ꝑstulacō tua non auferetᵉ. Audi fili mi ⁊ esto sapiens: et dirige in via animū tuum. Noli esse in ꝯuiuijs potatoꝝ. nec in ꝯmessacōnibus eoꝝ qui carnes ad vescendū ꝯferūt: quia vacantes potibus ⁊ dantes simbola ꝯsumentᵉ: ⁊ vestietur pannis dormitacō. Audi patrem tuū qui genuit te: ⁊ ne ꝯtēnas cū senuerit mater tua. Veritatē eme: et noli vendē sapientiā ⁊ doctrinā et intelligentiā. Exultat gaudio pater iusti: qui sapientē genuit letabitᵉ in eo. Gaudeat pater tuus et mater tua: ⁊ exultet qui genuit te. Prebe fili mi cor tuū michi: ⁊ oculi tui vias meas custodiant. Fouea enim ꝓfunda est meretrix: ⁊ puteꝰ angustus aliena. Insidiatur in via quasi latro: et quos incautos inuenerit interficiet. Cui ve. cuiꝰ pr̄i ve. cui rixe. cui fouee. cui sine causa vulnera: cui suffossio oculoꝝ? Nonne hijs qui ꝯmoranᵉ in vino: ⁊ studēt calicibꝫ epotādis? Ne intuearis vinum quādo flauescit: cū splenduerit in vitro color eius. Ingreditur blande et in nouissimo mordebit vt coluber: ⁊ sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbūt extraneas: et cor tuum loquetur ꝑuersa. Et eris sicut dormiens in medio mari: ⁊ quasi sopitus gubernator amisso clauo: ⁊ dices. Verberauerūt me ſꝫ nō dolui: traxerᵗ me et ego nō sensi. Qn̄ euigilabo: ⁊ rursus vina reperiā? XXIIII

cupiscētia postulauerūt escas epulationis.
In allocutione eni desiderij ascēdit illis de
mari ortigometra: ꝛ vexacōes pecca torib;
superuenerūt nō sine illis que āte facta erāt
argumētis ꝑ vim fluminū. Iuste eni patie-
bant᷑ scd̄m suas neq̄cias. Eteni indetesta-
bilē hospitalitatē instituerūt. Alij quidem
ignotos nō recipiebāt aduenas: alij autē
bonos hospites in ſuitutē redigebant. Et
nō solū hoc: ſȝ ꝛ alius quidē respectus illoꝝ
erat: qm̄ inuiti recipiebant extraneos. Qui
autē cū leticia receperūt hos qui eisdem vsi
erāt institutis: seuissimis afflixerūt dolorib;
Percussi sūt autē cecitate. sicut illi in forib;
iusti: cum sbitaneis coopti essent tenebris.
Vnusquisq; transitum hostij sui querebat.
In se enim elemēta dum ꝯuertunt᷑ sicut in
organo q̄litatis sonus immutat᷑: et omnia
suū sonum custodiūt. Vnde estimari ex ip-
so visu certo potest. Agrestia eni in aquati-
ca conuertebantur: et quecūq; erant natā-
tia in terra transiebant. Ignis in aqua va-
lebat supra suā virtutem: et aqua extinguē-
tis nature obliuiscebatur. Flamme ecōtra-
rio corruptibilium animalium non vexaue-
runt carnes coambulantium: nec dissolue-
bant illam que facile dissoluebat᷑ sicut gla-
cies bonā escā. In omnibus eni magnifica-
sti populū tuū domine. et honorasti: et non
despexisti in omni tēpe et in omni loco assi-
stens eis. Explicit liber sapie. Incipit ꝓlo-
gus ihesu filij syrach in librū ecciasticū. c. i.

Multoꝝ nobis ⁊ magnoꝝ ꝑ
legez et ꝓphetas aliosq; qui
secuti sūt illos sapīa demon-
strata est: in quibꝫ oportet
laudare israhel doctrine ⁊ sa-
pientie causa: qꝛ nō solū ipsos loquentes
necēe ē esse peritos: ſʒ etiā extraneos posse
et discētes ⁊ scribētes doctissimos fieri. Auus
meus ihesus postq̄ se āplius dedit ad dili-
gentiā lectōis legis ⁊ ꝓphāꝝ et alioꝝ li-
broꝝ qui nobis a parētibꝫ nr̄is traditi sūt
voluit et ipe scribere aliquid hoꝝ que ad
doctrinā ⁊ sapiam ꝑtinent: vt desiderātes
discere ⁊ illoꝝ ꝑiti fieri magis magisq; at-
tendant animo: ⁊ ꝯfirment᷑ ad legittimaz
vitā. Hortor itaq; venīē vos cū beniuolē-
tia et attētiori studio lectōꝫ facere: ⁊ veniā
habere in illis in quibꝫ videmur sequētes
imaginē sapie: ⁊ deficere in v̄boꝝ ꝯposicō-
ne. Nam deficiūt v̄ba hebraica: qn̄ fuerunt
translata ad aliā linguā. Non aūt solū hec:
sed et ipa lex ⁊ ꝓphete ceteraq; alioꝝ libro-
rū nō paruā habent dr̄āz quando inter se
dicūt᷑. Nā in octauo ⁊ tricesimo āno tp̄ibꝫ
ptolomei euergetis regis postq̄ ꝑueni in
egiptū: et cū multū tp̄is ibi fuissem inueni
ibi libros relictos nō parue neq; ꝯtemnē-
de doctrine. Itaq; bonū ⁊ necessariū putaui
et ipe aliquā addere diligentiā ⁊ laborem
īꝑpretandi librū istuz: ⁊ multa vigilia at-
tuli doctrinā ī spacio tp̄is ad illa q̄ ad finez
ducūt librum istū dare: ⁊ illis qui volunt
animū intendere ⁊ discere quemadmodū
oporteat instituere mores qui secundum
legem domini ꝓposuerint vitam agere.

Explicit ꝓlogus. Incipit liber ecclīasticus.

Omnis sapīa a domino
deo ē: ⁊ cū illo fuit sp̄:
et ē ante euū. Arenā
maris ⁊ pluuie guttas
et dies seculi: q̄s dinu
merauit? Altitudinez
celi ⁊ latitudinē terre
et ꝓfundū abissi: quis dimensus est? Sa-
pientiā dei ꝑcedentē oīa: quis inuestiga-
uit? Prior oīm creata est sapīa: ⁊ intellect᷒
prudentie ab euo. Fons sapientie verbum
dei in excelsis: ⁊ ingressus illius mandata
eterna. Radix sapie cui reuelata est. ⁊ astu-
cias illius quis agnouit? Disciplina sapie
cui reuelata est ⁊ manifestata: et multiplica-
cōez ingressus illius quis intellexit? Un᷒

II

est altissimus creator oīm omnipotēs. ⁊ rex
potens. et metuendus nimis: sedēs super
thronū illius: ⁊ dominās deus. Ipe creauit
illam in sp̄ū sancto: ⁊ vidit et dinumerauit
et mensus ē. Et effudit illaz sup oīa opa
sua: et sup oēz carnē secundū datū suū: et
prebet illaz diligētibꝫ se. Timor dn̄i gloria
et gloriacō: ⁊ leticia et corona exultacōis.
Timor dn̄i delectabit cor: ⁊ dabit leticiam
et gaudiū in longitudinē dieꝝ. Timenti
deū bene erit in extremis: ⁊ in die defunctio-
nis sue bn̄dicet᷑. Dilectō dei honorabilis sa-

III

pientia: quibꝫ aūt apparuēt in visu. diligūt
eaz: in visione ⁊ in agnicōe magnaliū suoꝝ.
Iniciū sapientie timor dn̄i: ⁊ cū fidelibus in
vulua ꝯcreatus ē: ⁊ cū electis feminis gra-
dit᷑. et cū iustis et fidelibꝫ agnoscit᷑. Timor
dn̄i scientie religiositas. Religiositas custo-
diet ⁊ iustificabit cor: iocūditatē atq; gau-
diū dabit. Timenti deum bene erit in extre-
mis: et in diebꝫ ꝯsolacōis illius bn̄dicet᷑.
Plenitudo sapie timere deū: ⁊ plenitudo a
fructibꝫ illius. Oēz domū illius implebit
a gn̄ationibꝫ: ⁊ recepta cula a thesauris illi᷒.

IIII

Corona sapie timor dn̄i: replens pacē ⁊ sa-
lutis fructum: ⁊ vidit et dinumerauit eam.
Utraq; aūt sūt dona dei. Scientiā ⁊ intelle-
ctum prudētie. sapīa ꝯpartiet᷑: ⁊ gloriaz te-
nentiū se exaltat. Radix sapie est timē deū:
rami enim illius longeui. In thesauris sapie
intellectus ⁊ scie religiositas: execracō aūt
peccatoribꝫ sapīa. Timor dn̄i expellit pc̄c̄m.
Nam q̄ sine timore ē non poterit iustifica-
ri: iracūdia eni animositatis illius subūsio
eius ē. Usq; in tēpus sustinebit patiēs: et
postea reddicō iocunditatis. Bonus sen-
sus. vsq; in tempus abscondet verba illius:
et labia multoꝝ enarrabūt sensū illius. In
thesauris sapie significacō discipline: exec᷑-
tio aūt peccatori cultura dei. Fili ꝯcupiscens
sapientiā ꝯserua iusticiā: ⁊ deus ꝑbebit illā
tibi. Sapientia enim ⁊ disciplina timor dn̄i:
et qꝛ beneplacitū est illi fides ⁊ mansuetudo:
et adimplebit thesauros illius. Contumax

nõ sis. et incredibilis timori dei: et ne acces-
seris ad illũ duplici corde. Ne fueris ypocri-
ta in cõspectu hominũ: et nõ scandalizeris in
labijs tuis. Attẽde in illis ne forte cadas.
et adducas anime tue inhonoracõnem: et
reuelet deus absconsa tua. et in medio syna-
goge elidat te: quõ accessisti maligne ad
dñm. et cor tuũ plenum est dolo et fallacia.

Fili accedẽs ad seruitutẽ II
dei. sta in iusticia et in timore: et prepara
animã tuã ad temptacõem. Deprime cor tuũ
et sustine: et inclina aurem tuã et suscipe verba
intellectus: et ne festines in tẽpore obductõis.
Sustine sustentacões dei: coniungere deo et
sustine: ut crescat in nouissimo vita tua. Omne
qđ tibi applicitũ fuerit accipe. et in dolore su-
stine. et in humilitate tua pacientiã habe:
quõ in igne probatur aurũ et argentũ: homines
vero receptibiles in camino humiliacõis.
Crede deo et recuperabit te: et dirige viã tuã
et spera in illũ. Serua timorem illius: et in
illo veterasce. Metuẽtes dñm sustinete mi-
sericordiã eius: et nõ deflectatis ab illa ne
cadatis. Qui timetis dñm credite illi: et nõ
euacuabitur merces vestra. Qui timetis dñm
sperate in illũ: et in oblectatione veniet vo-
bis misericordia. Qui timetis dñm diligite illũ:
et illuminabuntur corda vestra. Respicite filij
nationes hominum: et scitote quia nullus sperauit
in dño. et confusus est. Quis enim permansit in
mãdatis eius: et derelictus est? Aut quis in-
uocauit eũ: et despexit illum? Quoniã pius et
misericors est deus: et remittet in die tribu-
lacõis peccata: et protector est omnibus exqui-
rentibus se in veritate. Ve duplici corde et
labijs scelestis et manibus malefacientibus:
et peccatori terram ingredienti duabus vijs.
Ve dissolutis corde. qui non credunt deo:
et ideo nõ protegentur ab eo. Ve hijs qui per-
diderunt sustinentiã: et qui dereliquerunt
vias rectas: et diuerterunt in vias prauas
Et quid facient cũ inspicere ceperit dñs?
Qui timent dñm non erunt incredibiles
verbo illius: et qui diligũt illũ conseruabũt
verbũ illius. Qui timent dñm inquirent que
beneplacita sunt ei: et qui diligũt eũ replebũtur
lege ipsius. Qui timent dominũ preparabũt
corda sua: et in conspectu illius sanctificabũt
animas suas. Qui timent dñm custodient
mandata illius: et pacientiã habebũt vsque
ad inspectõem illius dicẽtes. Si penitẽtiam
nõ egerimus incidemus in manus dñi: et
nõ in manus hominũ. Secundũ enim magni-
tudinẽ illius: sic et misericordia illius cũ ipo est.

Filij sapiẽ ecclesia iustorũ: III
et natio illorũ obediencia et dilectio.
Iudiciũ prĩs audite filij: et sic facite vt salui
sitis. Deus enim honorauit prẽm in filijs: et iudi-
ciũ mrĩs exquirẽs firmauit in filios. Qui di-
ligit deũ exorabit pro peccatis et cõtinebit se
ab illis et in oratione dierũ exaudietur. Et sicut
qui thesaurizat ita et qui honorificat matrem
suã. Qui honorat patrem suũ iocundabitur
in filijs: et in die orõnis sue exaudietur. Qui
honorat prẽm suũ vita viuet longiore: et qui
obedit patri refrigerabit matrẽ. Qui timet
dñm honorat parẽtes: et quasi dñis seruiet
hijs qui se genuerũt. In opere et sermone et
omni paciẽcia honora prẽm tuũ vt superueni-
at tibi bñdictio a deo: et bñdictio illius in
nouissimo maneat. Benedictio prĩs firmat
domos filiorũ: maledictio aũt matris era-
dicat fundamẽta. Ne glorieris in cõtumelia
prĩs tui: nõ enim est tibi gloria sed cõfusio.
Gloria enim hominis ex honore patris sui:
et dedecus filij. pater sine honore. Fili suscipe
senectam prĩs tui. et non cõtristes eũ in vita
illius: et si defecerit sensu. veniam da: et ne
spernas eũ in tua virtute. Elimosina enim
prĩs non erit in obliuione. Nam pro peccato
matris restituetur tibi bonũ: et in iusticia edi-
ficabitur tibi. et in die tribulacõis cõmemo-
rabitur tui: et sicut in sereno glacies. soluen-
tur pcc̃a tua. Quam male fame est qui dere-
linquit prẽm: et est maledictus a deo qui
exasperat matrẽ. Fili in mansuetudine opa
tua perfice: et super hominũ gloriam diligeris.
Quanto magnus es humilia te in omnibus.
et coram deo inuenies grãm: quõ magna
potentia dei solius: et ab humilibus honoratur.
Altiora te ne quesieris: et fortiora te ne scru-
tatus fueris: sed que precepit tibi deus illa co-
gita semper: et in pluribus opibus eius ne fu-
eris curiosus. Non est enim tibi necessariũ
ea que abscondita sunt videre oculis tuis.
In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter:

et in pluribꝫ eius opibus nō eris curiosus.
Plurima enī sup sensū hominū ostensa sūt
tibi. Multos enim supplantauit suspicio
illoꝝ: et in vanitate detinuit sensus illoꝝ.
Cor durū habebit male in nouissimo: et q̄
amat periculū in illo peribit. Cor ingredi-
ens duas vias nō habebit successus: ⁊ pra-
uicors in illis scandalizabitur. Cor nequam
grauabitur in doloribus: ⁊ peccator adiciet
ad peccandū. Synagoge supboꝝ nō erit
sanitas: frutex enim peccati eradicabitur in
illis ⁊ nō intelligetur. Cor sapiētis intelligitur
in sapiētia: ⁊ auris bona audiet cum omni
cōcupiscētia sapientiā. Sapiēs cor ⁊ intel-
ligibile abstinebit se a peccatis: ⁊ in opibꝫ
iusticie successus habebit. Ignē ardentē
extinguit aqua: et elimosina resistit pccis:
et deus pspector est eius qui reddit gratiā.
Meminit in posterum: et in tēpore casus
sui inueniet firmamentum. IIII

Fili elemosinā pauperis ne defraudes:
et oculos tuos ne transuertas a pau-
pere. Animā esurientē ne despexeris: ⁊ nō
exasperes pauperē in inopia sua. Cor ino-
pis ne afflixeris: ⁊ nō ptrahas datū angu-
stianti. Rogationē cōtribulati ne abicias:
et nō auertas faciem tuā ab egeno. Ab in-
ope ne auertas oculos tuos ppter irā: ⁊ nō
relinq̄s querētibus tibi retro maledicere.
Maledicētis enim tibi in amaritudine ani-
me exaudietur depcatio illius: exaudiet
autē eum qui fecit illū. Cōgregacōni pau-
perū affabilē te facito: et psbitero humilia
animā tuā: ⁊ magnato humilia caput tuū.
Declina pauperi sine tristitia aurem tuā: ⁊
redde debitū tuū: ⁊ responde illi pacifice in
mansuetudine. Libera eū qui iniuriā patitur
de manu supbi: et non acide feras in anima
tua. In iudicādo esto pupillis misericors vt
pater: ⁊ pro viro matri illoꝝ: et eris tu ve-
lut filius altissimi obediens: ⁊ miserebitur tui
magisq̄ mater. Sapiētia filijs suis vitā
inspirat: ⁊ suscipit inquirētes se: ⁊ pibit in
via iusticie. Et q̄ illā diligit diligit vitā:
et qui vigilauerint ad illā ↄplectentur pla-
corem eius. Qui tenuerint illā vitā here-
ditabunt: et quo introibit benedicet deus.
Qui seruiunt ei obsequētes erunt deo: ⁊ eos
qui diligūt illā diligit deus. Qui audit illā
iudicabit gentes: ⁊ qui intuetur illam pma-
nebit ↄfidens. Si crediderit ei pmanebit ⁊
hereditabit illā: et erūt in ↄfirmacōne crea-
ture illoꝝ: qm̄ in tēptacōne ābulat cū eo ⁊
in pmis eligit eū. Timorē ⁊ metū ⁊ pbatio-
nē inducet sup illū: ⁊ cruciabit illū in tribla-
cōne doctrine sue donec tēptet eū in cogita-
tionibꝫ suis: et credat aīe illius. Et firmabit
illū ⁊ iter adducet directū ad illum: ⁊ letifi-
cabit illū et denudabit illi absconsa sua: et
thesaurizabit super illū scientiā ⁊ intellectū
iustitie. Si aūt oberrauerit derelinquet eū:
et tradet eū in manus inimici sui. Fili cōserua
tēpus: et deuita a malo. Pro anima tua ne
ↄfundaris dicere verū. Est enim confusio
adducēs peccatū: et est cōfusio adducens
gloriā ⁊ gratiam. Ne accipias faciē aduersus
faciem tuā: nec aduersus animā tuā mēda-
tium. Ne reuerearis pximū tuū in casu suo:
nec retineas verbū in tempore salutis. Nō
abscondas sapientiā tuā in decore suo. In
lingua enī sapiētia dinoscitur: ⁊ sensus ⁊ scia
et doctrina in vbo sensati: ⁊ firmamentū in
operibꝫ iusticie. Non ↄtradicas verbo veri-
tatis vllomodo: ⁊ de mēdatio ineruditionis
tue ↄfundere. Non ↄfundaris ↄfiteri pecca-
ta tua: ⁊ ne sbicias te omni homini p pcō.
Noli resistere ↄtra faciē potētis: nec cone-
ris contra ictū fluuij. Pro iusticia agonizare
pro anima tua: ⁊ usq̄ ad mortē certa p iu-
stitia: et deus expugnabit p te inimicos
tuos. Noli citatus esse in lingua tua: ⁊ inu-
tilis ⁊ remissus in operibꝫ tuis. Noli esse sic
leo in domo tua euertens domesticos tuos:
et opprimēs subiectos tibi. Nō sit porrecta
manus tua ad accipiēdū ⁊ ad dādū collecta.

Noli attendere ad possessiones V
iniquas: ⁊ ne dixeris est michi suffici-
ens vita. Nichil enī proderit in tpe vindi-
cte ⁊ obductionis. Ne seq̄ris in fortitudine
tua ↄcupiscentiam cordis tui: ⁊ ne dixeris.
Quomodo potui: aut quis me subiciet ppter
facta mea? Deus aūt vindicās vindicabit.
Ne dixeris. Peccaui: ⁊ quid michi accidit
triste? Altissimus enim est patiēs redditor.
De ppiciatu peccatorū noli esse sine metu:
neq̄ addicias peccatū super peccatū: ⁊ ne

dicas. Miseratio dñi magna ē: mltitudīs peccatoꝝ meoꝝ miserebit᷑. Misericordia enim ⁊ ira ab illo cito ꝓximāt: et in peccores respicit ira illius. Ne tardes cõuerti ad dominū: ⁊ ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira dñi: ⁊ in tempore vindicte dispdet te. Noli anxius esse in diuitijs iniustis: non enim ꝓderūt tibi in die obductionis ⁊ vindicte. Non ventiles te in omnē ventum: ⁊ nõ eas in omnē viam. Sic enī oīs peccator ꝓbatur in duplici lingua. Esto firmus in via dñi ⁊ in veritate sensus tui ⁊ sciencia: et prosequatur te verbū pacis et iusticie. Esto māsuetus ad audiendū verbū dei vt intelligas: et cū sapientia ꝓferes responsū verū. Si est tibi intellect⁹ respōde proximo: sin aūt manus tua sit sup os tuū: ne capiaris in verbo indisciplinato ⁊ cõfundaris. Honor ⁊ gloria in sermone sensati: lingua vero imprudētis sbuersio est ipius. Nõ appelleris susurro in vita tua: ⁊ lingua tua ne capiaris ⁊ cõfundaris. Super furē enim est cõfusio ⁊ penitētia: et denotatio pessima sup bilinguē: susurratori autē odiū et inimicicia ⁊ cõtumelia. Justifica pusillū ⁊ magnū similiter.

XI

Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperiū enī et cõtumeliam malus hereditabit: ⁊ omnis peccator inuidus ⁊ bilinguis. Nõ te extollas in cogitatione anime tue velut taurus ne forte elidatur virtus tua per stulticiam: et folia tua comedat ⁊ fructus tuos pdat: et relinquaris velut lignū aridum in heremo. Anima enī nequā dispdet qui se habꝫ: et in gaudiū inimicis dat illū: ⁊ deducet in sortem impioꝝ. Verbū dulce multiplicat amicos ⁊ mitigat inimicos: et lingua eucharis in bono homine abūdabit. Multi pacifici sint tibi: ⁊ consiliarius sit tibi vnus de mille. Si possides amicū in tēptacõne possiđe eū: ⁊ ne facile credas ei teipsū. Est enī amicus secundū tēpus suū: ⁊ nõ pmanebit in die tribulationis. Et est amicus qui cõuertit᷑ ad inimiciciā: ⁊ ē amicus qui odiū et rixam ⁊ cõuicia denudabit. Est autē amicus socius mense: ⁊ nõ permanebit in die necessitatis. Amicus si pmāserit fixus: erit tibi quasi coequalis: et in domesticis tuis fiducialiter aget. Si humiliauerit se cõtra te ⁊ a facie tua absconderit se: vnanimem habebis amiciciā bonam. Ab inimicis tuis separare: ⁊ ab amicis tuis attēde. Amicus fortis fidelis ꝓtectio: qui autē inuenit illū inuenit thesauꝝ. Amico fideli nulla est cõparatio: ⁊ nõ est digna pōderatio auri ⁊ argēti cõtra bonitatē fidei illi⁹. Amicus fidelis medicamentū vite ⁊ immortalitatis: ⁊ qui metuūt dominū inuenient illuꝫ. Qui timet deum eque habebit amiciciā bonam: qm̄ secundū illū erit amicus illius. Fili a iuuētute tua excipe doctrinā: ⁊ usqꝫ ad canos inuenies sapientiā. Quasi is qui arat ⁊ qui seiat accede ad eā: ⁊ sustine bonos fructus illius. In ope enī ipius exiguū laborabis: et cito edes de generationib⁹ illius. Quā aspera est nimiū sapiētia indoctis hominib⁹: ⁊ non pmaēbit in illa excors. Quasi lapidis virtus ꝓbacõ erit in illis: et nõ demorabūt᷑ ꝓicē illā. Sapiā enī doctrīe scd̄m nomē est ei⁹: ⁊ nõ est mltis manifesta. Quib⁹ aūt cõgnita ē pmanet usqꝫ ad cõspectū dei. Audi fili ⁊ accipe cõsiliū intellectus: ⁊ ne abicias cõsiliū meū. Inice pedem tuū in cõpedes illius: ⁊ in torques illius collum tuū. Subice humerū tuū ⁊ porta illam: et ne accidieris vinculis eius. In omni animo tuo accede ad illam: et in omni virtute tua cõserua vias eius. Inuestiga illam ⁊ manifestabitur tibi: ⁊ continens factus ne derelinquas eā. In nouissimis enim inuenies requiē in ea: et cõuertetur tibi in oblectationē. Et erūt cõpedes ei⁹ in ꝓtectionē fortitudinis ⁊ bases virtutis: et torques illius in stolā glorie. Decor enī vite est in illa: ⁊ vincla illius alligatura salutis. Stola glorie indues eā: et coronam gratulationis impones tibi. Fili si attenderis michi disces eaꝫ: ⁊ si accomodaueris animū tuū sapiens eris. Si inclinaueris aurem tuā excipies doctrinam: ⁊ si dilexeris audire sapiēs eris. In multitudine p̄sbiterorū prudētium sta: et sapiētie illoꝝ ex corde cõiūgere: vt omnē narrationem dei possis audire: ⁊ prouēbia laudis non effugiāt a te. Et si videris sensatū euigila ad eum: ⁊ gradus hostiorum illius exterat pes tuus. Cogitatuꝫ tuū habe in preceptis dei: et in

mandatis illius maxime assiduus esto: ⁊
ipe dabit tibi cor: ⁊ ꝯcupiscentia sapientie
Noli facē mala ⁊ dabit᷑ tibi. VII
Et nō te apprehendēt: discede ab iniq̄
⁊ deficiēt mala abs te. Fili nō semines ma=
la in sulcis iniusticie: ⁊ non metes ea in se=
ptuplū. Noli querere ab homine ducatū:
neq3 a rege cathedrā honoris. Non te iusti=
fices ante deū qm̄ agnitor cordis est ipse:
⁊ penes regē noli velle videri sapiēs. No=
li querere fieri iudex nisi valeas virtute ir=
rumpē iniquitates: ne forte extimescas fa=
ciem potētis: ⁊ ponas scandalū in agilita=
te tua. Nō pecces in multitudine ciuitatis.
nec te immittas in populum: neq3 alliges
duplicia peccata. Nec enim in vno eris im=
munis. Noli ēē pusillanimis in animo tuo:
exorare ⁊ facē elemosinā ne despicias. Ne
dicas in multitudine munerū meorū respi=
ciet deus: ⁊ offerēte me deo altissimo. mune=
ra mea suscipiet. Nō irrideas hominē in a=
maritudine anime: ē enim q̄ humiliat ⁊ ex=
altat circūspector deus. Noli amare men=
daciū aduersus frēm tuū: neq3 in amicū si=
militer facias. Noli velle mentiri omē mē=
daciū: assiduitas enim illius non est bona.
Noli verbosus ēē in multitudine p̄sbrōrū:
⁊ nō iteres verbū in oracōne tua. Nō ode=
ris laboriosa opa: ⁊ rusticacōem creatam
ab altissimo. Nō te reputes in multitudine
indisciplinatorū: memento ire qm̄ non tar=
dabit. Humilia valde spm̄ tuū: qm̄ vindi=
cta carnis impij. ignis ⁊ vermis. Noli p̄ua=
ricari in amicum pecuniā differentē: neq3
frēm tuū karissimū auro spreueris. Noli di=
scedē a muliere sensata ⁊ bona quā sortitus
es in timore dn̄i: gr̄a enim vēcundie illius
sup aurū. Non ledas fuum in veitate ope=
rātē: neq3 mercenariū dātem animā suam.
Seruus sensatus sit tibi dilcus q̄si anima
tua: nō defraudes illū libtate: neq3 inopem
derelinquas illū. Pecora tibi sūt attēde ill:
⁊ si sūt vtilia pseuerent aput te. Filij tibi sūt
erudi illos: et curua illos a puericia illorū.
Filie tibi sūt serua corpus illarū: ⁊ nō ostē=
das hilarē faciē tuā ad illas. Trade filiā
⁊ grāde opus feceris: ⁊ homini sensato da
illā. Mulier si ē tibi secūdū animā tuā non
ꝓicias illā: et odibili nō credas te in toto
corde tuo. Honora patrem tuū: et gemitus
matris tue ne obliuiscaris. Memento qm̄
nisi p illos natus nō fuisses: et retribue illis
quomō et illi tibi. In tota anima tua time
dn̄m: ⁊ sacerdotes illius sanctifica. In omi
virtute dilige eū q̄ te fecit: ⁊ ministros eius
ne derelinq̄s. Honora deum ex tota anima
tua et honorifica sacerdotes: ⁊ ꝓpurga te cū
brachijs. Da illis partē sicut mādatū ē tibi
p̄miciarū ⁊ purgacōnis: ⁊ de negligētia tua
purga te cum paucis. Datū brachiorū tuorū
et sacrificiū sanctificacōnis offeres dn̄o et
inicia sanctorū: et pauperi porrige manum
tuam vt pficiatur ꝓpiciatio et bn̄dictio tua.
gr̄a datus in ꝯspectu omis viuētis: et mor=
tuo nō ꝓhibeas gr̄am. Nō desis plorantib⁹
in ꝯsolacōe: ⁊ cū lugētib⁹ ambula. Non te
pigeat visitare infirmū: ex hijs enim in di=
lectione firmaberis. In omib⁹ operib⁹ tuis
memorāre nouissima tua: ⁊ in eternū nō peccabis
Non litiges cū homine potēte: VIII
ne forte incidas in manus illius. Nō
ꝯtēdas cum viro locuplete: ne forte cōtra
te ꝯstituat litē tibi. Multos enim pdidit
aurū ⁊ argētū: et vsq3 ad cor regū extēdit
⁊ ꝯuertit. Nō litiges cū homine linguato
et nō strues in ignem illius ligna. Non cō=
munices homini indocto: ne male de ꝓge=
nie tua loquat᷑. Ne despicias hominē auer=
tētem se a peccato: neq3 improperes ei. Me=
mento qm̄ omnes in corrupcōe sumus. Ne
spernas hoīem in sua senectute: et enim ex
nobis senescūt. Noli de mortuo inimico tuo
gaudē: sciēs qm̄ omnes morimur: ⁊ in gau=
diū volumus venire. Ne despicias narrati=
onē p̄sbiterorū sapientū: et in ꝓuerbijs eo=
rū ꝯuersare. Ab ipis enim disces sapiētiā
et doctrinā intellectus: ⁊ seruire magnatis
sine q̄rela. Non te p̄tereat narracō seniorū:
ipi enim didicerūt a p̄rib⁹ suis. Qm̄ ab ipis
disces intellectū: et in tpe necc̄itatis dabis
respōsum. Nō incēdas carbones peccatorū
arguens eos: et ne incēdaris flāma ignis
peccatorū illorū. Ne ꝯtra faciē stes ꝯtume=
liosi: ne sedeat quasi insidiator ori tuo. No=
li fenerari homini fortiori te: q̄ si feneraueris
quasi pditū habe. Nō spōdeas sup v̄tutem

tuaꝫ: ꝙ ſi ſpopōderis quaſi reſtituēs cogi-
ta. Nō iudices ↄtra iudicē: qm̄ ſecūdū qḋ
iuſtū eſt iudicat. Cum audace non eas in
via: ne forte grauet mala ſua in te. Ipe eni
ſecūdū volūtatē ſuā vadit: ⁊ ſil' cū ſtulticia
illius peries. Cum iracūdo nō facias rixaꝫ
et cū audace non eas in deſertū: qm̄ quaſi
nichil eſt ante illum ſanguis: et vbi nō eſt
adiutoriū elidet te. Cum fatuis ↄſiliū non
habeas: non enī poterūt diligere niſi q̄ eis
placēt. Coram extraneo ne facias cōſiliū:
neſcis enim quid pariet. Non omni homini
cor tuū manifeſtes: ne forte inferat tibi grāꝫ
falſam et conficietur tibi.

IX

Non zeles mulierem ſinus tui: ne oſtē-
dat ſup te maliciā doctrine nequam.
Nō des mulieri poteſtateꝫ anime tue: ne in-
grediatur in ꝟtute tua ⁊ ↄfundaris. Ne re-
ſpicias mulierē multiuolā: ne forte incidas
in laq̄os illius. Cū ſaltatrice ne aſſiduus
ſis nec audias illā. ne forte pereas in effica-
tia illius. Virginē ne ↄſpicias: ne forte ſcā-
daliʒeris in decore illius. Ne des fornicariis
animā tuaꝫ in vllo: ne ꝑdas te ⁊ hēditatē
tuā. Noli circumſpicē in vicis ciuitatis: nec
oberraueris in plateis illius. Auerte facieꝫ
tuā a muliere compta. ⁊ ne circumſpicias
ſpeciē alienā. Propter ſpēm mulieris m̄lti
perierūt: ⁊ ex hoc concupiſcētia q̄ſi ignis
exardeſcit. Omnis mulier q̄ eſt fornicaria
q̄ſi ſtercus in via ab om̄ibꝫ ꝓtereūtibꝫ ↄcul-
cabitur. Speciē mulieris alieni multi ām-
rati. reprobi facti ſūt: colloquiū enim illius
quaſi ignis exardeſcit. Cū aliena muliere
ne ſedeas om̄ino. nec accūbas cū ea ſup cu-
bitū: ⁊ nō altercēris cū illa in vino ne forte
declinet cor tuū in illā: ⁊ ſanguine tuo laba-
ris in perdicōeꝫ. Ne derelinquas amicum
antiquum: nouus enim nō erit ſimilis illi.
Vinū nouū amicus nouus: veteraſcat: et
cū ſuauitate bibes illud. Nō zeles gloriaꝫ
⁊ opes peccatoris: nō enim ſcis q̄ futura ſit
illius ſ̄buerſio. Nō placeat tibi iniuria iniu-
ſtorū: ſciēs qm̄ vſqꝫ ad inferos nō placebit
impius. Longe abeſto ab homine ꝑtātem
hn̄te occidendi: ⁊ nō ſuſpicaberis timoreꝫ
mortis. Et ſi acceſſeris ad illū noli aliquid
ↄmittē: ne forte auferat vitā tuaꝫ. Cōioneꝫ

mortis ſcito: qm̄ in medio laq̄orū ingredie-
ris: ⁊ ſup dolentiū arma ambulabis. Scḋꝫ
virtutē tuam: caue te a ꝓximo tuo: ⁊ cū ſapi-
entibꝫ et prudentibꝫ tracta. Viri iuſti ſint
tibi ↄuiue: ⁊ in timore dei ſit tibi gloriacio:
et in ſenſu ſit tibi cogitatus dei: et omnis e-
narratio tua in p̄ceptis altiſſimi. In manu
artificū opa laudabūtur: ⁊ pn̄cipes popli
in ſapiētia ſermonis ſui: in ſenſu vero ſenio-
rū verbū. Terribilis ē in ciuitate ſua hō lin-
guoſus: ⁊ temerarius in ꝟbo ſuo odibil' erit.

X

Iudex ſapiēs iudicabit populū ſuū:
⁊ pricipatus ſenſati ſtabilis erit. Secūdū
iudicē popoli ſic et miniſteri eius: et qualis
rector eſt ciuitatis: tales et inhabitantes
in ea. Rex inſipiens ꝑdet populū ſuū: et ci-
uitates inhabitabūtur ꝑ ſenſū prudentiuꝫ.
In manu dei poteſtas terre: et execrabilis
omnis iniq̄tas gentiū: et vtilē rectorē ſuſci-
tabit in tp̄e ſup illā. In manu dei poteſtas
hominis: ⁊ ſup faciē ſcribe imponet honorē
ſuū. Omnis iniurie ꝓximi ne memineris: ⁊
nichil agas in opibꝫ iniurie. Odibilis corā
deo ē ⁊ hominibꝫ ſupbia: et execrabilis oīs
iniq̄tas gentiū. Regnum a gente in gētem
transfertur ꝓpter iniuſticias ⁊ iniurias ⁊ cō-
tumelias ⁊ diūſos dolos. Auaro aūt nichil
ē ſceleſtius. Quid ſupbis terra ⁊ cinis? Ni-
chil eſt iniq̄us q̄ꝫ amaē pecuniā. Hic enim
⁊ animā ſuā venalē habꝫ: qm̄ in vita ſua ꝓ-
iecit intima ſua. Omnis potentatus breuis
vita: languor ꝓlixior grauat medicū. Bre-
uem languorē p̄cidit medicus: ſicut ⁊ rex
hodie eſt: ⁊ cras morietꝛ. Cū enim morietur
homo: hereditabit ſerpentes et beſtias et
vermes. Iniciū ſupbie hoīs apoſtotare
a deo: qm̄ ab eo q̄ fecit illū receſſit cor eius:
qm̄ initiū peccati ē om̄is ſupbia. Qui tenue-
rit illā adimplebit maledictis: ⁊ ſ̄buertet
eum in finem. Propterea exhonorauit dn̄s
ↄuētus malorū: ⁊ deſtruxit eos vſqꝫ in finē.
Sedes ducū ſupboꝝ deſtruxit deus: ⁊ ſedē
fecit mites ꝓ eis. Radices gētium ſupbaꝝ
areſecit deus: ⁊ plantauit humiles ex ip̄is
gentibꝫ. Terras gentiū euertit dn̄s: ⁊ ꝑdi-
dit eas vſqꝫ ad fundamētū. Areſecit ex ip̄is
⁊ diſꝑdidit eos: ⁊ ceſſare fecit memoriam
eoꝝ a terra. Memoriaꝫ ſupborum ꝑdidit

deus: ⁊ reliquit memoriam humiliū sensu. Nō est creata hominib⁹ supbia: neqȝ iracūdia nationi mulierꝫ. Semē hominū honorabitur hoc qđ timet deū: semen aūt hoc exhonorabit̄ qđ p̄terit mandata dn̄i. In medio fratrū rector illoꝝ in honore: ⁊ q̄ timēt dn̄m erūt in oculis illius. Gl'a diuitū honoratorū ⁊ pauperꝝ timor dei ē: nō despicē hominez iustū pauperē: et nō magn̄ficare virū peccatorē diuitē. Magnus ē iudex ⁊ potēs ē in honore: et nō ē maior illo q̄ timet deum. Seruo sensato liberi seruient: et vir prudēs ⁊ disciplinatus nō murmurabit correptus: ⁊ inscius nō honorabit̄. Noli extollē te in faciendo ope tuo: et noli cūctari in t̄pe angustie. Melior ē q̄ operat̄ et abūdat in oībus: q̄ꝫ qui gloriat̄ et eget pane. Fili in mā suetudine serua animā tuam: ⁊ da illi honorem secūdū meritū suū. Peccātez in animā suam quis iustificabit? Et quis honorificabit exhonorātem animā suā? Paup gliat̄ p disciplinā ⁊ timorē suū: ⁊ ē homo q̄ honorificat̄ ꝑpter s̄bstātiam suā. Qui autē gliatur in pauptate: quātomagis in s̄bstantia? Et q̄ gliat̄ in s̄bstantia: pauptatē vereat̄.

XI

Sapientia humiliati exaltabit caput illius: ⁊ in medio magnatorū ɔsedē illum faciet. Non laudes virū in specie sua: neqȝ spernas hominem in visu suo. Breuis in volatilib⁹ apis: ⁊ initiū dulcoris habȝ fructus illius. Ne glieris in vestitu vnq̄ꝫ: nec in die honoris tui extollaris. Qm̄ mirabilia opa altissimi solius: et gliosa et absconsa ⁊ inuisa opa illius. Multi tyrāni sederūt in throno et insuspicabilis portauit diadema. multi potētes oppressi sūt valide: ⁊ gloriosi traditi sūt in manus alterorū. Priusq̄ꝫ interroges ne vitupēs quēq̄ꝫ: et cū interrogaueris corripe iuste. Priusq̄ꝫ audeas ne r̄ndeas verbū: ⁊ in medio seniorū ne adicias loqui. De ea re q̄ te nō molestat ne certeris: et in iudicō peccantiū ne consistas. Fili ne in multis sint actus tui: et si diues fueris non eris immunis a delicto. Si enim secutus fueris non apprehendes: et nō effugies si p̄cucurreris. Est homo laborās ⁊ festinās et dolens impius: et tāto magis nō abūdabit. Est homo marcidus egens recupatione plus deficiēs virtute et abūdās pauptate: ⁊ oculus dei respexit illū in bono et erexit eū ab humilitate ip̄ius. et exaltauit caput eius: et mirati sūt in illo multi ⁊ honorauerunt deum. Bona et mala. vita et mors: pauptas et honestas: a deo sūt. Sapientia disciplina et scientia legis aput dn̄m: dilectio ⁊ vie bonorū aput ip̄m. Error et tenebre peccatorib⁹ ɔcreata sunt: q̄ aūt exultāt in malis ɔsenescunt in malo. Datio dei iustis pmanet: et ꝑfectus illius successus hēbit in eternū. Est q̄ locupletat̄ parce agendo: ⁊ hec pars mercedis illius in eo q̄ dicit inueni requiem michi ⁊ nunc manducabo de bonis meis solus: et nescit qđ t̄ps p̄tereat et mors appropinquet. et et relinquat oīa alijs: et moriat̄. Sta in testamento tuo ⁊ in illo colloq̄re: ⁊ in ope mandatorū tuoꝝ veterasce. Ne manseris in opib⁹ peccatorū. Cōfide aūt in deo: ⁊ mane in loco tuo. Facile est enim in oculis dei s̄bito honestare pauperē. Benedictō dei in mercedē iusti festinat: ⁊ in honore veloci ꝓcessus illius fructificat. Ne dicas. quid est michi opus: ⁊ q̄ erunt michi ex hoc bona? Ne dicas. Sufficiēs michi sū. ⁊ q̄d ex hoc pessimabor? In die bonorū ne immemor sis malorū: ⁊ in die malorū ne immemor sis bonorū: qm̄ facile est coram deo in die obitus retribuere vnicuiqȝ sc̄dm vias suas. Malicia hore obliuionē facit luxurie magne: et in fine hoīs denudacō operū illius. Ān mortē ne laudes hoīem quēq̄ꝫ: qm̄ in filijs suis agnoscit̄ vir. Nō omēz hoīem inducas in domū tuā: multe enim sūt insidie dolosi. Sicut enim eructuāt p̄cordia fetātium ⁊ sicut perdix inducit̄ in caueam ⁊ ut caprea in laqueū sic ⁊ cor supboꝝ: et sicut ꝓspector videns casū ꝓximi sui. Bona enim in mala cōuertēs insidiatur: et in electis imponet maculaȝ. Ab scintilla enim vna augetur ignis: ⁊ ab vno doloso augetur sanguis: hō vero peccator sanguini insidiatur. Attende tibi a pestifero. fabricat enim mala: ne forte inducat sup te s̄bsannacōez in ꝑpetuū. Admitte ad te alienigenā et subūtēt te in turbine: ⁊ abalienabit te a vijs ꝓprijs.

XII

Si benefeceris scito cui feceris: et erit

gr̄tia in bonis tuis multa. Benefac iusto et inuenies retribucōnez magnā: et si nō ab ip̄o: certe a dn̄o. Non ē enim ei bene q̄ assiduus ē in malis et elimosinas nō dāti: qm̄ et altissimus odio hab3 peccatores: et misertus ē penitētib9. Da misericordi. et ne suscipias peccatorē. Et impijs ⁊ peccatoribus reddet vindictā: custodiens eos in diem vindicte. Da bono ⁊ nō receperis peccatorem: bn̄fac humili ⁊ nō dederis impio. Prohibe panes illi daē: ne in ip̄is potētioꝛ te sit. Nā duplicia mala inuenies in om̄ib9 bonis q̄cunq3 feceris illi: qm̄ ⁊ altissimus odio h3 peccatores: ⁊ impijs reddet vindictā. Nō agnoscet᷑ in bonis amicus: et nō abscōdetur in malis inimicus. In bonis viri inimici illius: in tristicia ⁊ in malicia illius. amicus agnitus ē. Nō credas inimico tuo ineťnū. Sicut enim eramētum. erugināt nequicia illius: ⁊ si humiliatus vadat curuus abice animū tuū: et custodi te ab illo. Nō statuas illū penes te nec sedeat ad dexterā tua3 ne ɔuersus stet in loco tuo: ne forte ɔuersus ī locū tuū inq̄rat cathedrā tuam: et in nouissimo ɔgnoscas verba mea ⁊ in sermonibus meis stimuleris. Quis miserebit᷑ incātatori a serpēte ꝑcusso: et om̄ib9 q̄ appropiant bestijs? Sic et q̄ comitat᷑ cū viro iniquo: ⁊ obuolutus ē in peccatis eius. Vna hora tecum ꝑmanebit: si aūt declinaueris nō supportabit. In labijs suis indulcat inimicus: et in corde suo insidiatur vt sbuertat te in foueam. In oculis suis lacrimatur inimicus: ⁊ si inuenerit tp̄s: non saciabit᷑ sanguine: ⁊ si incurrerint tibi mala. inuenies eū illic ꝑorem. In oculis suis lacrimat᷑ inimicus: ⁊ qua si adiuuās suffodiet plātas tuas. Caput suū mouebit et plaudebit manu: et mlťa susurrās ɔmutabit vultū suū.

XIII

Qui tetigerit picem inq̄nabit᷑ ab ea: ⁊ q̄ ɔmunicauerit sup̄bo induet sup̄biam. Pondus sup̄ se tollit q̄ honestiori se communicat: et ditiori te ne socius fueris. Quid ɔmunicabit cacabus ad ollā? Qn̄ enim se colliserint ɔfringet᷑. Diues iniuste aget ⁊ fremebit: paup̄ aute3 lesus tacebit. Si largitus ei fueris assumet te: ⁊ si nō habueris derelinquet te. Si habes ɔuiuet tecū et euacuabit te: et ip̄e nō dolebit sup̄ te. Si necessarius illi fueris supplātabit te: et subridens spem dabit narrās tibi om̄ia bona et dicet q̄d opus ē tibi: et ɔfundet te in cibis suis. donec te exinaniat bis ⁊ ter: et in nouissimo deridebit te. Et postea vidēs derelinquet te: ⁊ caput suū mouebit ad te. Humiliare deo: et exspecta manus eius. Attēde ne seductus in stulticiā humilieris. Noli ēē humil' in sapiā tua: ne humiliat9 in stulticiā seducaīs. Aduocat9 a potētioē discede: ex h̄ eni magis te aduocabit. Ne im ꝓb9 sis. ne impigaris: ⁊ ne lōge sis ab eo: ne eas in obliuionem. Ne retineas ex equo loqui cū illo: nec credas multis verbis illius. Ex multa enim loq̄la temptabit te: ⁊ subridens interrogabit te. De abscōditis tuis immitis animo illius: ɔfuabit ṽba tua: ⁊ nō parcet de malicia ⁊ de vinculis. Caue tibi ⁊ attēde diligenter auditui ~~meo~~ tuo: qm̄ cū sbuersione tua ābulas. Audiens vero verba illa quasi in somnis vide: et vigilabis om̄i vita tua. Dilige deum: ⁊ inuoca illū in salute tua. Om̄e animal diligit simile sibi: sic et omnis homo ꝓximū sibi. Omnis caro ad similem sibi ɔiūget᷑: ⁊ om̄is homo simili sui sociabit᷑. Si ɔmunicabit lupus agno aliqn̄: sic peccatoꝛ iusto. Que ɔmunicacō sancto homini ad canem: aut q̄ pars diuiti ad paupere3? Venacō leonis onager in heremo: sic ⁊ pascua sūt diuitū pauperes. Et sicut abhominatio ē sup̄bo humilitas: sic et execratio diuitis paup̄. Diues ɔmotus ɔfirmatur ab amicis suis: humilis aūt cū ceciderit expelletur et a notis. Diuiti decepto multi r̄cupatoēs: locutus ē sup̄ba: ⁊ iustificauerūt illū. Humilis deceptus ē: insup̄ ⁊ arguit᷑. Locutus est sensate: et nō ē ei datus locus. Diues locut9 est et om̄es tacuerūt: ⁊ verbum illius vsq3 ad nubes perducent. Paup̄ locutus est: et dicūt. Quis ē hic? Et si offenderit: sbuertēt illū. Bona ē substātia cui non est peccatum in ɔsciētia: ⁊ nequissima ē paup̄tas in ore impij. Coꝛ hominis immutat faciem illius: siue in bonū siue in mala. Vestigiū coꝛď boni ⁊ faciē bonā difficile inuenies: ⁊ cū laboꝛe.

XIIII

Beatus vir q̄ nō ē lapsus verbo ex oꝛe suo: et non est stimulatus in

tristicia delicti. Felix qui nō hūit animi sui tristiciam: et non excidit ab spe sua. Viro cupido et tenaci sine racōe est substantia: et homini liuido ad quid aurū? Quod acer- uat ex aīo suo iniuste alijs cōgregat: et in bonis illius alius luxuriabitur. Qui sibi neq̄ ē cui alij bonus erit? Et nō iocūdabitur in bo- nis suis. Qui sibi inuidet nichil ē illo nequius: et hec ē r̄ddicio malicie illius. Et si bn̄fecerit ignoranter et nō volens facit: et in nouissi- mo manifestat maliciam suā. Nequā ē ocu- lus liuidi: et auertēs faciem suā: et despici- ens animā suā. Insaciabilis oculus cupidi in parte iniq̄tatis: nō saciabitur donec con- sumat arefaciēs animam suā. Oculus malus ad mala: et non saciabitur pane indigens: et in tristicia erit sup mensam suā. Fili si ha- bes benefac tecum: et deo dignas oblacōes offer. Memor esto qm̄ mors non tardat: et testamentū inferorum: qd̄ demōstratū ē tibi. Testamentū enim huius mūdi morte mo- rietur. Ante mortem benefac amico tuo: et secūdū vires tuas exporrigēs da pauperi. Nō defrauderis a die bono: et particula di- ei boni nō te p̄tereat. Nōne alijs relinques dolores et labores tuos? In diuisione sortis da et accipe: et iustifica aīam tuā. Ante obi- tum tuū operare iusticiam: qm̄ nō est apud inferos inuenire cibū. Omnis caro sicut fe- num veterascet: et sicut folium fructificans in arbore viridi. Alia generātur et alia dei- ciūtur: sic g̃nacio carnis et sanguinis. alia fi- nitur: et alia nascitur. Oīne opus corruptibi- le in fine deficiet: et q̄ illud operatur ibit cū illo. Et oīne opus electū iustificabitur: et q̄ opatur illud honorabitur in illo. Btūs vir q̄ in sapīa morabitur: et q̄ in iusticia medita- bitur: et in sensu cogitabit circūspectōem dei. Qui excogitat vias illius in corde suo. et in absconditis suis intelligēs: vadens post illam quasi inuestigator: et in vijs illius consistens. Qui respicit p fenestras illius: et in ianuis illius audiens. Qui requiescit iuxta domū illius: et in parietibus illius figēs palum. Statuet casulam suam ad manus illius: et requiescent in casula illius bona per euum. Statuet filios suos sub tegimine il- lius et sub ramis illius morabitur. Protege- tur sub tegimine illius a feruore: et in gloria

XV

Qui timet deum faciet bona: et q̄ cōtinēs ē iusticie apprehendet illam: et obuiabit illi quasi mater honorificata: et quasi mulier a virginitate suscipiet illū. Cibabit illū pane vite et intel- lectus: et aqua sapīe salutaris potabit illū. Et firmabitur in illo et nō flectetur: et cōtinebit illum et non cōfundetur: et exaltabit illum apud p̄ximos suos. Et in medio ecclesie a- aperiet os eius: et adimplebit illū spū sapīe et intellectus: et stola glīe vestiet eum. Io- cūditatē et exultacōem thesaurizabit super illū: et nomine eterno hereditabit illū. Ho- mines stulti non app̄hendēt illam: et homines sensati obuiabūt illi. Homines stulti nō vi- debūt eam: longe enim abest a supbia et do- lo. Viri mendaces nō erūt illius memores: et viri veraces inuenientur in illa: et successum habebūt vsq3 ad inspectōem dei. Non est specōsa laus in ore peccatoris: qm̄ a deo p- fecta ē sapientia. Sapientie enim dei asta- bit laus: et in ore fideli abundabit: et dña- tor dabit eam illi. Nō dixeris. p deum abest: q̄ enim odit ne feceris. Nō dicas ille me im- planauit: nō enim necessarij sūt ei homines impij. Oīne execramentū erroris odit dn̄s: et nō erit amabile timentibus eum. Deus ab inicio cōstituit hominē: et reliquit illū in ma- nu cōsilij sui. Adiecit mādata et p̄cepta sua. Si volueris mandata cōseruare cōseruabūt te: et in ppetuum fidem placitam seruare. Ap- posuit tibi aquā et ignem: ad qd̄ volueris porrige manū tuā. Ante hoīem vita et mors: bonū et malum. Quod placuerit ei dabitur illi. qm̄ multa sapientia dei. et fortis in potē- tiā: videns oīnes sine intermissione. Oculi dn̄i ad timentes eū: et ipse agnoscit omnem operā hoīs. Nemini mandauit impie agē: et nemini dedit spaciū peccādi. Nō enim cōcu- piscit multitudinē filiorū infideliū et inutiliū.

XVI

Ne iocūderis in filijs impijs si multiplicētur: nec oblecteris sup ip- sos si nō ē timor dei in illis. Nō credas vite illorum: nec respexeris in labores eorum. Meli- or ē enim vnus timēs deum: q̄ mille filij im- pij. Et vtile ē mori sine filijs: q̄ relinquē filios impios. Ab vno sensato inhabitabitur pria:

et a trib⁹ impijs deseret᷑. Multa talia vidit oculus meus: et fortiora horū audiuit auris mea. In sinagoga peccantiū exardebit ignis: et in gēte incredibili exardescet ira. Non exorauerūt pro peccatis suis antiqui gigātes q̄ destructi sūt ɔfidentes sue v̄tuti: et nō pepercit peregrinacōni illoꝝ. sed percussit eos: et execratus ē eos pre superbia verbi illoꝝ. Nō misertus ē illis totā gētē perdens: et extollentem se in peccatis suis. Et sicut sexcēta milia peditum q̄ ɔgregati sūt in duricia cordis sui: et si vnus fuissꝫ ceruicatus mirū si fuissꝫ immunis. Misericordia enim ⁊ ira ē cū illo: potens exoratio ⁊ effundens irā. Secūdū misericordiā suā: sic correctio illius: hominē secūdū opa sua iudicat. Non effugiet in rapina peccator: et nō retardabit sufferētia misc̄diā faciētis. Ōis misc̄dia faciet locū vnicuiqꝫ scd̄m meritum operꝫ suorꝫ: et secūdū intellectū peregrinacōnis illius. Nō dicas. A deo abscōdar: ⁊ ex sūmo quis operis mei memorabit᷑? In ꝑplo magno nō agnoscar. Que ē enim aīa mea in tam immensa creatura? Ecce celum et celi celorꝫ. abissus ⁊ vniūsa terra et q̄ in eis sūt in ɔspectu illius ɔmouebūtur: montes simul ⁊ colles et fundamenta terre: ⁊ cū cōspexerit illa deus tremore ɔcutientur. Et in omib⁹ hijs insensatū est cor: et ōme cor intelligit᷑ ab illo: et vias illius quis intelligit? Et ꝓcella quam nec oculus vidit hominis? Naꝫ plurima illius opa sūt in abscōsis: sed opa iusticie eius quis enūtiabit aut quis sustinebit? Longe enim ē testamētū a quibusdā: et interrogatio hoīm in ɔsūmacōe est. Qui minorat᷑ corde cogitat inania: et vir imprudēs et errās cogitat stulta. Audi me fili et disce disciplinam sensus: et in verbis meis attēde in corde tuo: et dicaꝫ in equitate disciplinā ⁊ scrutabor enarrare sapiam: et in verb meis attēde in corde tuo: et dico in eq̄tate spūs. virtutes q̄s posuit deus in opa sua ab inicio: ⁊ in veritate enūtio sciaꝫ eius. In iudicō dei opa ipius ab inicō: ⁊ ab institucōe hoīm ipoꝝ distinxit ptes illoꝝ: et inicia eoꝝ in gētib⁹ suis. Ornauit opa illoꝝ: nec esurierūt nec laborauerūt: ⁊ nō destiterūt ab opib⁹ suis. Vnusq̄sqꝫ proximū sibi nō āgustiabit vsqꝫ in eternū. Nō sis incredibilis verbo illius. Post hec in terrā deus respexit: et impleuit illā bonis suis. Anima aūt omis vitalis denūtiauit āte faciē ipsius: et ipa iterū reuersio illoꝝ.

XVII

Deus creauit de terra hominē: et scd̄m imaginē suam fecit illū. Et iterū ɔūtit illū in ipam: et secūdū se vestiuit illū virtute. Numerū dieꝝ et tps dedit illi: et dedit illi potestatē eoꝝ q̄ sūt sup terrā. Posuit timorem illius sup omem carnē: ⁊ dominatus ē bestiarū ⁊ volatiliū. Creauit ex ipo adiutorium simile sibi: ɔsiliū et linguam ⁊ oculos et aures ⁊ cor dedit illis excogitandi: et disciplina intellectus repleuit illos. Creauit illis scientiā spūs: sensu impleuit cor illoꝝ: et mala ⁊ bona oñdit illis. Posuit oculum ipoꝝ sup corda illoꝝ oñdē illis magnalia operꝫ suorū vt nomē sanctificacōis collaudent: et gl̄iari in mirabilib⁹ illius: et magl̄ia enarrent operū eius. Addidit illis disciplinam: et legeꝫ vite hereditauit illos. Testamentū eternū ɔstituit cū illis: et iusticiaꝫ et iudicia sua oñdit illis. Et magnalia honoris eius vidit oculus illoꝝ: ⁊ honorem vocis audierūt aures illoꝝ. et dixit illis. Attēdite ab omi iniquo. Et mandauit illis: vnicuiqꝫ de proximo suo. Vie illoꝝ corā illo sūt semp: nō sūt abscōse ab oculis ipius. In vnamquāqꝫ gentem ꝓposuit rectorē: ⁊ ps dei israhel facta est manifesta. Et omia opa illoꝝ velut sol in ɔspectu dei: et oculi eius sine intermissione inspicientes in vijs eoꝝ. Nō sūt abscōsa testamēta p iniq̄tateꝫ illoꝝ. Et omis iniq̄tas eoꝝ in ɔspectu dei. Elimosina viri q̄si sacculus cū ipo: ⁊ grām hominis quasi pupillaꝫ ɔfuabit: et postea resurget et retribuet illis retribucōeꝫ vnicuiqꝫ in caput ipoꝝ: et ɔuertet in inferiores ptes t̄re. Penitētib⁹ aūt dedit viā iusticie: et ɔfirmauit deficientes sustinē: et destinauit illis sortem veritatis. Conuertere ad dn̄m ⁊ relinque peccata tua: pcare ante faciē dn̄i: et minue offendicula. Reuertere ad dn̄m ⁊ auertere ab iniusticia tua et nimis odito execrationeꝫ ⁊ ɔgnosce iusticias et iudicia dei ⁊ sta in sorte ꝓposicōnis ⁊ oracōnis altissimi dei. In partes vade seculi sancti: cū viuis ⁊

dantibꝫ confessionē deo. Nō demoreris in errore impiorꝫ: ante mortē ɔfitere. A mortuo quasi nichil perit confessio. Cōfiteberis viuens: viuus ⁊ sanus ɔfiteberis ⁊ laudabis deum: et gloriaberis in miseracōibus eius. Quā magna misericordia dn̄i: et ꝓpiciatio illius conuertētibꝫ ad se. Nec enim omnia possunt esse in hominibꝫ: qm̄ non ē immortalis filius hominis: et in vanitate malicie placuerūt. Quid lucidius sole? Et hic deficiet. Aut quid nequius excogitauit caro ⁊ sanguis? Et hoc arguet̄. Virtutē altitudinis celi ipse conspicit: et omnes homines terra et cinis.

XVIII

Qui viuit ineternum creauit omnia simul. Deus solus iustificabit̄: et manꝫ inuictus rex ineternū. Quis sufficiet enarrare opera illius? Quis enim inuestigabit magnalia eius? Virtutē autē magnitudinis eius q̄s enūciabit? Aut quis adiciet enarrare misericordiā eius? Non est minuere neqꝫ addere: nec est inuenire magnalia dei. Cū ɔsūmauerit homo tunc incipiet: et cū quieuerit operabit̄. Quid est homo et que est gratia illius: et quid ē bonū aut quid nequā illius? Numerus dierꝫ hominum ut multū centū anni: quasi gutte aque maris deputati sūt: et sicut calculus arene. sic exigui anni in die eui. Propter hoc patiens est deus in illis: et effundit super illos misericordiā suaꝫ. Vidit ꝑsumpcōnem cordis eorꝫ qm̄ mala est: et cognouit subuersionē illorꝫ quoniā nequā est. Ideo adimpleuit ꝓpiciationem suaꝫ in illis: et ostēdit illis viam equitatis. Miseratio hominis circa ꝓximū suū: misericordia autem dei super omnē carnē. Qui misericordiā habet docet ⁊ erudit: q̄si pastor gregem suū. Misereat̄ excipiens doctrinā miserationis: et qui festinant in iudicijs eius. Fili in bonis nō des querelam: et in omni dato nō des tristiciā verbi mali. Nonne ardorem refrigerabit ros? Sic ⁊ verbū melius q̄ꝫ datum. Nonne ecce verbū super datū bonū? Sed vtrūqꝫ cū homine iustificato. Stultus acrit̄ improperabit: et datus indisciplinati tabescere facit oculos. Ante iudiciuꝫ para iusticiam tibi: et āteq̄ꝫ loquaris disce. Ante lāguorē adhibe medicinā: ⁊ ante iudiciū interroga teipsum: et in conspectu dei inuenies ꝓpiciationem. Ante languorē humilia te: et in tēpore infirmitatis ostende ɔuersationē tuā. Nō impediaris orare semper: et ne vetens usqꝫ ad mortē iustificari: quoniā merces dei manet ineternū. Ante orationeꝫ ꝑpara animam tuā: ⁊ noli esse quasi homo qui tēptat deum. Memento ire in die ɔsummationis: ⁊ tempus retributionis in cōuersatione facies. Memento pauptatis in tēpore abundantie: et necessitatē pauptatis in die diuitiarꝫ. A mane usqꝫ ad vesperā immutabit̄ tēpus: et hec omnia citata in oculis dei. Homo sapiens in omnibꝫ metuit: et in diebus delictorꝫ attendet ab inertia. Omnis astutus agnoscit sapientiam: et inuenienti eam dabit cōfessionem. Sensati in verbis. et ipsi sapienter egerūt: et intellexerunt veritatem et iusticiam: et implorauerūt prouerbia et iudicia. Post ɔcupiscentias tuas non eas: et a voluntate tua auertere. Si ꝑstes anime tue ɔcupiscētias eius: faciet te in gaudium inimicis tuis. Ne oblecteris in turbis: nec in modicis. Assidua enim ē ɔmissio eorum. Ne fueris mediocris in contētione ex fenore: et non est tibi nichil in seculo. Eris enim inuidus vite tue.

XIX

Operarius ebriosus nō locupletabit̄: et q̄ spernit modica paūlatim decidet. Vinū ⁊ mulieres apostatare faciūt sapiētes: et arguent sensatos: et qui se iūgit fornicarijs erit nequam. Putredo ⁊ vermes hereditabūt illum: ⁊ extolletur in exemplū maius: et tolletur de numero anima eius. Qui credit cito leuis corde est ⁊ minorabitur: et qui delinquit in animā suā insup habebitur. Qui gaudet ad iniquitatē denotabitur: et qui odit correptionē minuetur vita: ⁊ qui odit loquacitatē extinguit maliciam. Qui peccat in animā suam nō penitebit: et q̄ iocundatur in malicia denotabit̄. Ne iteres verbū durū ⁊ nequā: et nō minoraberis. Amico ⁊ inimico noli narrare sensum tuū: ⁊ si est tibi delictum noli denudare. Audiet enī te ⁊ custodiet te: et quasi defendens peccatū odiet te: ⁊ sic aderit tibi semp. Audisti verbū aduersus ꝓximū tuum: cōmoriatur

in te: fidens quoniā nō te dirūpet. A facie
verbi parturit fatuus. tanq̄ gemitus par-
tus infantis. Sagitta infixa femori canis:
sic verbū in corde stulti. Corripe amicū ne
forte nō intellexerit et dicat nō feci: aut si fe-
cerit: ne iterū addat facere. Corripe pximū
ne forte nō dixerit: et si dixerit ne forte itēt.
Corripe amicū. sepe eni fit cōmissio: et non
omni verbo credas. Est qui labitur lingua
sua: sȝ nō ex aīo. Quis ē eni qui nō deliqrit
in lingua sua? Corripe amicū anteq̄ comme-
ris: et da locū timori altissimi: q̄a ōis sapia
timor dei. Et in illa timē deū: et in omni sapia
disposicō legis. Et nō est sapientia nequi-
tie disciplina: et nō est cogitatus peccatorū
prudentia. Est nequicia et in ipsa execratio:
et ē insipiēs qui minuitur sapiētia. Melior
est hō qui minuitur sapia et deficiēs sensu
in timore dei: q̄ qui abūdat sensu et trāsgre-
ditur legē altissimi. Est solertia certa et ipa
iniq̄: et ē qui emittit vbū certū enarrās veri-
tatē. Est q̄ nequit humiliat se et interiora
eius plena sūt dolo: et ē iustus q̄ se nimiū sb-
mittit a multa humilitate: et ē iustus q̄ incli-
nat faciē suā et fingit nō videre se qd igno-
ratū est. Et si ab imbecillitate virium vetet
peccare: si inuenerit tempus male faciēdi
male faciet. Ex visu cognoscit vir: et ab oc-
cursu faciei cognoscitur sensatus. Amictus
corporis: et risus dentiū: et ingressus hōis enū-
ciāt de illo. Est correptio mēdax in ira cōtu-
meliosi: et ē iudiciū qd nō pbat esse bonū:
et ē tacens et ipse ē prudens. XX

Quam bonū ē arguere q̄ irasci: et con-
fitētem in oratiōe nō phibere. Cōcu-
piscētia spadonis deuirginauit iuuēculam:
sic qui facit p vim iudiciū iniquū. Quā bo-
num ē correptū manifestare penitētiam: sic
eam effugies voluntarium peccatū. Est ta-
cens qui inuenitur sapiens: et ē odibilis q̄
procax ē ad loquēdū. Est aūt tacēs et nō
habēs sensū loquele: et ē tacens sciēs tps
apti tēporis. Homo sapiens tacebit usq̄
ad tempus: lasciuus aūt et imprudens nō
seruabit tempus. Qui multis vtitur vbis
ledit animam suam: et qui potestatē sibi
sumit iniuste odiet. Est processio in malis
viro indisciplinato: et ē inuentio in detrimē-
tum: Est datū quod nō ē vtile: et ē datū cui
retributio duplex. Est pter gloriā minora-
tio: et est qui ab humilitate leuabit caput.
Est qui multa redimat modico pcio: et re-
stituens ea in septuplū. Sapiens in verbis
seipsū amabilē facit: gratie autē fatuorum
effundent. Datus insipiētis nō erit vtilis ti-
bi: oculi enim illius septemplices sūt. Exigu-
a dabit et multa improperabit: et apertio oris
illius inflāmatio ē. Hodie fenerat quis et
cras expetit: et odibilis ē homo huiusmodi.
Fatuo nō erit amicus: et nō erit gratia in bo-
nis illius. Qui enim edūt panē illius false
lingue sūt. Quotiens et quāti irridebūt eū?
Neq̄ enim q̄ habēdum erat directo sensu
distribuit: similiter et qd nō erat habendū.
tu detestaris a facie duoꝝ regū suoꝝ. Ad=
ducet dñs sup te ⁊ sup ꝓplm tuū. ⁊ sup domū
p̄ris tui dies: q̄ nō venerūt a diebꝰ sepacōnis
effraim a iuda cū rege assyrioꝝ. Et in die il=
la sibilabit dñs musce q̄ est in extremo flu=
minū egipti et api que est in terra assur: et
venient ⁊ requiescent oīes in torrētibus
valliū ⁊ in cauernis petraꝝ ⁊ in omnibꝰ fru=
tectis ⁊ in vniūsis foraminibꝰ. In die illa ra=
det dñs in nouacula ɔducta in hijs q̄ trās
flumē sūt in rege assyrioꝝ caput ⁊ pilos pe=
dum: et barbam vniūsam. Et erit in die illa.
nutriet homo vaccā boū ⁊ duas oues: et p̄
vbertate lactis comedet butirū. Butirū eni
et mel mādūcabit omīs hō qui relictus fu=
erit in medio terre. Et erit in die illa omnis
locus vbi fuerint mille vites. mille argēteis:
et in spinas ⁊ in vepres erūt. Cū sagittis et
arcu ingrediet᷑ illuc. Vepres enim ⁊ spine
erūt in vniūsa t̄ra. Et omnes mōtes q̄ in sar=
culo sarient᷑. nō veīet illuc terror spinaꝝ ⁊
vepriū: et erit in pascuā bouis ⁊ in ɔculcatio=
nē pecoris.

VIII

Et dixit dñs ad me. Sume tibi librū grandē: et scri
be in eo stilo hoīs: velocit᷑ spolia detrahe. ci
to p̄dare. Et adhibui m̄ testes fideles: vriā
sacerdotē. ⁊ zachariā filiū barachie. Et ac=
cessi ad ꝓphetissam: ⁊ ɔcepit ⁊ peperit filium.
Et dixit dñs ad me. Voca nomē eius. acce=
lera spolia detrahē. festina p̄dari: q̄a anteq̄
sciat puer vocare patrē suū ⁊ matrē suam:
auferet᷑ fortitudo damasci ⁊ spolia samarie
coram rege assyrioꝝ. Et adiecit dominus
loqui ad me adhuc dicēs. Pro eo q̄ abiecit
ꝓpls iste aquas syloe que vadūt cū silētio.
⁊ assumpsit magis rasin ⁊ filiū romelie: ꝓpt᷑

VII

hoc ecce adducet dñs sup eos aquas flu-
minis fortes ⁊ multas: regē assyrioꝝ et oēꝫ
gloriam eius. Et ascendet sup omes riuos
eius. et fluet sup vniūsas ripas eius: ⁊ ibit
p iudā inundās: ⁊ transiens vsqꝫ ad collū
veniet. Et erit extensio alaꝝ eius implēs la-
titudinē terre tue o emanuel. Cōgregami
ꝑpli et vincimini. ⁊ audite vniuerse ꝑcul t̄re.
Cōfortamini et vincimini: accingite vos et
vincimini: inite ɔsiliū ⁊ dissipabit̄: loq̄mini
v̄buꝫ et non fiet: qꝛ nobiscū deus. Hec eni
ait dñs ad me. Sicut in forti manū erudiuit
me: ne irē in via ꝑpli huius dicens. Nō dica-
tis cōiuracō. Omnia enim q̄ loquitur ꝑplus
iste ɔiuracō ē. Et timoreꝫ eius ne timeatis:
neqꝫ paueatis. Dñm exercituū ip̄m sanctifi-
cate: et ip̄e pauor vester ⁊ ip̄e terror vester:
et erit vobis in sanctificacōꝫ: in lapidē auteꝫ
offensionis ⁊ in petrā scandali duabꝫ domi-
bus israhel: in laqueū ⁊ in ruinā habitanti-
bus iherusalē. Et offendēt ex eis plimi: et
cadēt et ɔterent̄: ⁊ irretient̄ et capiēt̄. Liga
testimoniū signa legeꝫ in discipulis meis:
et expectabo dñm qui abscōdit faciē suā a
domo iacob: et p̄stulabor eū. Ecce ego ⁊ pu-

VIII

eri mei q̄s dedit m̄ dñs in signū ⁊ in porten-
tū isrl': a dño exercituū qui habitat in mon-
te syon. Et cum dixerint ad vos querite a
phitonibꝫ ⁊ a diuinis qui stridēt in incāta-
cōibus suis: nūq̄d nō populus a deo suo
requiret visionē ꝑ viuis ac mortuis? Ad le-
gem magis et ad testimoniū. Quod si nō
dixerint iuxta v̄bum hoc: nō erit eis matuti-
na lux. Et transibit p eam ⁊ corruet et esuri-
et: et cū esurieit irascet̄: ⁊ maledicet regi suo
et dño suo. Et suspiciet sursū ⁊ ad terrā intu-
ebitur: et ecce tribulacio ⁊ tenebre et disso-
lucō et angustia ⁊ caligo ꝑsequens: ⁊ non
poterit auolare de angustia sua. IX

P

Rimo tempore alleuiata est terra za-
bulon et terra neptalim: et nouissimo
aggrauata ē via maris trans iordanen ga-
lilee gentiū. Populus qui ambulabat in te-
nebris vidit lucē magnā: habitātibꝫ in re-
gione vmbre mortis. lux orta est eis. Mul-
tiplicasti gentē: nō magnificasti leticiā. Le-
tabūt̄ corā te sicut q̄ letant̄ in messe: sicut
exultāt victoēs capta p̄da quādo diuidūt
spolia. Iuguꝫ enim oneis eius. et virgā hu-
meri eius ⁊ sceptrū exactoris eius supasti:
sicut in die madyan. Quia omis violēta p̄-
dacō cū tumultu ⁊ vestimentū mixtū sangui-
ne erit in ɔbustionē: et cibus ignis. Paruu-
lus enim natus est nobis: filius datus ē no-
bis. Et fcūs ē p̄ncipatus sup humerū eius:
et vocabit̄ nomē eius āmirabilis. ɔsiliarius.
deus. fortis. pr̄ futuri seculi: princeps pacis.
Multiplicabitur eius imperiū ⁊ pacis non
erit finis: sup soliū dauid ⁊ sup regnū eius:
vt cōfirmet illud et corroboret in iudicio et
iusticia amodo et vsqꝫ in sempiternū. Zel⁹
domini exercituū faciet hoc. Verbum misit
dominus in iacob: ⁊ cecidit in isrl'. Et sciet o-
mnis populus effraim ⁊ habitantes sama-
riā in supbia et magnitudine cordis dicētes.
Lateres ceciderūt ꝫ quadris lapidibꝫ edi-
ficabimus: sicomoros succiderūt: ꝫ cedros
immutabim⁹. Et eleuabit dñs hostes rasin
sup eum et inimicos eius in tumultū vertet:
syriam ab oriēte ⁊ philistijm ab occidente:
et deuorabūt israhel toto ore. In omibꝫ hijs
non ē auersus furor eius: ꝫ adhuc manus
eius extēta. Et ꝑplus non ē reūsus ad pcuti-
entē se: ⁊ dñm exercituū nō inquisierūt. Et
disꝑdet dñs ab israhel caput ⁊ caudā: incur-
uantē et deprauantē die vna. Longeuus et
honorabilis ip̄e est caput: ⁊ ꝓpheta docēs
mendaciū ip̄e ē cauda. Et erūt qui btīficāt
ꝑplm istuꝫ seducētes: et qui beatificantur p̄-
cipitati. Propter hoc sup adolescentulis ei⁹
nō letabitur dñs: ⁊ pupilloꝝ eius et vidua-
rū nō miserebit̄. Quia omis ypocrita est et
nequā: et vniuersū os locutū est stulticiam.
In omnibꝫ hijs nō ē auersus furor eius: sed
adhuc manus eius extēta. Succēsa est eni
quasi ignis impietas: vepreꝫ ⁊ spinā vora-
bit. Et succēdetur in densitate saltus: et ɔuol
uetur in supbia fumi. In ira domini exercituū
ɔturbata ē terra: ⁊ erit populus quasi esca
ignis. Vir fratri suo nō parcet: ⁊ decliabit
ad dextrā et esuriet: ⁊ comedet ad sinistraꝫ ⁊
non saturabitur. Vnusquisqꝫ carnem bra
chij sui vorabit: manasses effraim et ephra-
im manassen: ⁊ simul ipsi contra iudam. In
omnibus hijs non est auersus furor eius:
sed adhuc manus eius extenta. X

IIII

Ve qui condunt leges iniquas. et scribentes iniusticiam scripserūt. vt opprimerent in iudicō pauperes et vim facerēt cause humiliū ppli mei: vt essent vidue p̄da eoꝝ et pupillos diriperēt. Quid facietis in die visitacōis ⁊ calamitatis de longe venientis? Ad cuius cōfugietis auxiliū? ⁊ vbi derelinquetis gloriā vrām: ne incuruemini sub vinculo. ⁊ cū interfectis cadatis? Super omīb hijs nō est auersus furor eius: ſꝫ adhuc manus eius extēta. Ve assur. Virga furoris mei ⁊ baculus ipe ē: in manu eius indignacō mea. Ad gentē fallacē mittam eū. et cōtra pplm furoris mei mandabo illi: ut auferat spolia ⁊ diripiat p̄dam: et ponat illū in cōculcationē quasi lutū plateaꝝ. Ipse aūt non sic arbitrabit̄. et cor eius nō ita estimabit: ſꝫ ad cōterendū erit cor eius: ⁊ ad internicionē gentium non paucaꝝ. Dicet enim. Nūquid non p̄ncipes mei simul reges sūt? Nūquid non vt charchamis sic calāno: ⁊ vt arphat sic emat? Nunq̄d non vt damascus sic samaria? Quomodo inuenit man⁹ mea regna ydoli: sic ⁊ simulacra eoꝝ de iherusalem et de samaria. Nūq̄d non sicut feci samarie ⁊ ydolis eius: sic faciam iherusalez et simulacris eius? Et erit cum impleuerit dn̄s cūcta opera sua in monte syon ⁊ in iherusalem. visitabo sup̄ fructū magnifici cordis regis assur: ⁊ sup̄ gloriā altitudinis oculoꝝ eius. Dixit enim. In fortitudine man⁹ mee feci: ⁊ in sapīa mea intellexi. Et abstuli terminos pploꝝ: ⁊ principes eoꝝ dep̄datus sū: et detraxi quasi potēs in sblimi residentes. Et inuenit quasi nidū manus mea fortitudinē pploꝝ: ⁊ sicut colligūt̄ oua que derelicta sūt. sic vniūsaꝫ terrā ego cōgregaui: et nō fuit q̄ moueṙet pennā ⁊ apiret os ⁊ gannīret. Nūq̄d gloriabit̄ securis cōtra eū q̄ secat in ea: aut exaltabit̄ serra cōtra eū a q̄ trahitur? Quomodo si eleuetur virga cōtra eleuantē se: ⁊ exaltet̄ baculus q̄ vtiqꝫ lignū est. Propter hoc mittet dn̄ator dn̄s exercituū in pinguib eius tenuitatem. et subtus gloria eius succensa ardebit quasi cōbustio ignis: et erit lumē israhel in igne ⁊ scūs eius in flāma: ⁊ succendet̄ ⁊ deuorabit̄ spina ei⁹ et vepres in die vna: et gloria saltus eius ⁊ carmeli eius ab aīa vsqꝫ ad carnē cōsumet̄. Et erit terrore pfugus: ⁊ reliquie ligni saltus eius p̄ paucitate numerabunt̄: ⁊ puer scribet eos. Et erit in die illa nō adiciet residuū isrl̄. et hij qui fugerint de domo iacob inniti sup̄ eo q̄ pcutit eos: ſꝫ innitetur sup̄ dominū scm̄ israhel.

VII

In veritate reliquie cōuertent̄: reliquie inq̄ iacob ad deū fortem. Si enim fuerit pplus tuus israhel q̄si harena maris: reliquie cōuertēt̄ ex eo. Cōsummacō abbreuiata inūdabit iusticiā. Cōsummacōez enī et abbreuiacōez dn̄s deus exercituū faciet in medio om̄is terre. Propter hoc hec dicit dominus deus exercituū. Noli timere pplus meus habitator syon ab assur. In virga enim pcutiet te. ⁊ baculū suū leuabit sup̄ te in via egipti. Adhuc enim paululū modicūqꝫ: et cōsūmabitur indignacō. ⁊ furor me⁹ sup̄ scelus eoꝝ. Et suscitabit sup̄ eū dn̄s exercituū flagellū iuxta plagā madyan in petra oreb: et virgam suā sup̄ mare: ⁊ leuabit eam in via egipti.

VIII

Et erit in die illa auferet̄ onus eius de humero tuo: ⁊ iugū eius de collo tuo: et computrescet iugū a facie olei. Veniet in aioth. transibit in magron: apd̄ magmas cōmendabit vasa sua. Transierūt cursim gabee sedes nr̄e. Obstupuit rama: gabaath saulis fugit. Hynni voce tua filia gallim: attēde laysa paupercula anatoth. Migrauit medemena: habitatores gabim cōfortamini. Adhuc dies: vt in nobe stetur. Agitabit manū suā sup̄ montē filie syon. et collem iherusalē. Ecce enī dn̄ator dn̄s exercituū cōfringet lagūculā in terrore: ⁊ excelsi statura succidēt̄. ⁊ sublimes humiliabūt̄. Et subuertentur condensa saltus ferro: ⁊ libanus cum excelsis cadet.

XI

Et egredietur virga de radice iesse. et flos de radice eius ascendet: et requiescet sup̄ eū spiritus domini. spūs sapientie ⁊ intellectus. spūs cōsilij ⁊ fortitudinis. spiritus scīe et pietatis: ⁊ replebit eum spūs timoris dn̄i. Non scd̄m visionē oculoꝝ iudicabit: neqꝫ secundū auditū auriū arguet. Sed iudicabit in iusticia paupes: ⁊ arguet in equitate p mansuetis t̄re. Et pcutiet terram virga oris sui ⁊ spū labioꝝ suoꝝ interficiet impiū. Et erit iusticia cingulū lumborū eius:

et fides cinctoꝝ renū eius. Habitabit lupꝰ
cū agno: ⁊ pardus cū hedo accubabit. Vitu-
lus et leo ⁊ ouis simul morabunt̄: et puer
paruulus minabit eos. Vitulus ⁊ vrsus pa=
scentur simul: requiescent catuli eoꝝ. Leo
quasi bos ↄmedet paleas: ⁊ delectabit̄ in=
fans ab vbere sup foramina aspidis: ⁊ in ca=
uerna reguli qui ablactatus fuerit manuȝ
suā mittet. Nō nocebūt ⁊ non occidēt ī vni=
uerso monte sancto meo: qꝛ repleta ē t̄ra
scientia dn̄i: sicut aque maris operiētis. In

II

die illa radix iesse q̄ stat in signū poploꝝ.
ip̄m gentes dep̄cabunt̄: et erit sepulcrum
eius gloriosū. Et erit ī die illa. addiciet dn̄s
manū suā ad possidendū residuuȝ populi
sui. qđ relinquetur ab assyriis ⁊ ab egipto
et ab aphetros ⁊ ab ethiopia. et ab elam et
a sennaar ⁊ ab emath et ab insulis maris.
Et leuabit signū in nationes: ⁊ ↄgregabit
ꝓfugos israhel. Et dispersos iuda colliget
a quatuor plagis terre: ⁊ auferetur zelus e=
phraim: et hostes iuda pibūt. Ephraim nō
emulabit̄ iudā. ⁊ iudas nō pugnabit con=
tra ephraim. Et volabūt in humeros phi=
listiim p mare: simul p̄dabunt̄ filios orien=
tis. Ydumea et moab p̄ceptū manus eoꝝ:
et filii amon obedientes erūt. Et desolabit

III

dn̄s linguam maris egipti: ⁊ eleuabit ma=
nū suā sup flumen in fortitudine spiritus sui:
et pcutiet eū in septē riuis. ita ut transeāt p
eū calciati. Et erit via residuo populo meo
q̄ relinquet̄ ab assyriis: sicut fuit israheli in
die qua ascendit de terra egipti. XII

ET dices in die illa. Confitebor tibi do=
mine quoniā iratus es michi: ↄuersus
est furor tuus: ⁊ ↄsolatus es me. Ecce deus
saluator meus: fiducialiter agam ⁊ nō time=
bo. Quia fortitudo mea ⁊ laus mea dn̄s: et
factus ē michi in salutē. Haurietis aq̄s in
gaudio de fontibꝫ saluatoris: ⁊ dicetis in
illa die ↄfitemini dn̄o: ⁊ inuocate nomē eiꝰ.
Notas facite in poplis adinuencōes eiꝰ:
memētote qm̄ excelsū est nomē eius. Can=
tate dn̄o qm̄ mag̃fice fecit: annūtiate hoc
in vniūsa t̄ra. Exulta ⁊ lauda habitatio sy=
on: qꝛ magnus ī medio tui sanctus israhel.

S IIII

ONus babilonis: quod vidit XIII
ysaias filius amos. Super montem
caliginosum leuate signū: exaltate vocē. le=
uate manū: ⁊ ingrediantur portas duces.
Ego mandaui sanctificatis meis. ⁊ vocaui
fortes meos in ira mea: exultantes in gl̃ia
mea. Vox multitudinis in mōtibꝫ q̄i ꝑploꝝ
frequentiū: vox sonitus regū gentiū ↄgre=
gataꝝ. Dn̄s exercituū p̄cepit milicie belli:
venientibꝫ de terra ꝓcul. A sūmitate celi do=
minus et vasa furoris eius: ut disꝑdat oēȝ
terrā. Vlulate qꝛ ꝓpe est dies dn̄i: qꝛ vasti=
tas a dn̄o veniet. Propter hoc oīes manꝰ
dissoluent̄: et oīe cor hominis tabescet ⁊ cō=
teret̄. Torsiones ⁊ dolores tenebūt: q̄i par=
turiens dolebūt. Vnusquisq̄ȝ ad ꝓximum
suū stupebit: facies ↄbuste vultus eoꝝ. Ec=
ce dies domini venit crudelis ⁊ indignacō=
nis plenus ⁊ ire furorisq̄ȝ: ad ponendā ter=
ram in solitudinē ⁊ peccatores eius ↄteren=
dos de ea: qm̄ stelle celi ⁊ splendor eaꝝ nō
expandēt lumen suū. Obtenebratus est sol
in ortū suo: ⁊ luna nō splendebit in lumine
suo. Et visitabo sup orbis mala: ⁊ ↄtra impi=
os iniquitatē eoꝝ. Et quiescere faciā super=
biam infideliū: ⁊ arrogantiā fortiū humili=
abo. Preciosior erit vir auro: ⁊ homo mūdo
obrizo. Sup hoc celū turbabo. et mouebit̄
terra de loco suo: ꝓpt̄ indignacōēȝ domini
exercituū. et ꝓpter diem ire furoris eius. Et
erit quasi dammula fugiens ⁊ quasi auis: ⁊
nō erit q̄ ↄgreget. Vnusquisq̄ȝ ad populū
suū ↄuertet̄: et singuli ad terraȝ suā fugient.
Oīs q̄ inuentus fuerit occidet̄: ⁊ oīs q̄
supuenerit cadet in gladio. Infantes eoꝝ
allidentur in oculis eoꝝ: diripientur domꝰ
eoꝝ: et vxores eoꝝ violabūt̄. Ecce ego su=
scitabo sup eos medos. q̄ argentū non que=
rant nec aurū velint: sed sagittis paruulos
interficiant. ⁊ lactantibꝫ vteris nō misereāt̄:
et sup filios nō parcat oculus eoꝝ. Et erit
babilon illa ciuitas gloriosa in regnis. incli=
ta in supbia chaldeoꝝ: sicut subuertit dn̄s
sodomā ⁊ gomorrā. Non habitabitur usq̄ȝ
in fineȝ: et nō fundabitur usq̄ȝ ad gn̄atione
et gn̄ationē. Nec ponet ibi tentoria arabs.
nec pastores requiescent ibi: sed requiescēt
ibi bestie: et replebūt̄ domus eoꝝ draconi=
bus. Et habitabūt ibi strutiones et pilosi
saltabunt ibi: et respondebunt ibi vlule in

edibus eius: et sirene ī delubris voluptatis.

XIIII

Prope ē ut veniat tpˢ eius: et dies eius nō elōgabūtᵣ. Miserebitᵣ enī dn̄s iacob ⁊ eliget adhuc de isrl̄: et requiescere eos faciet sup humū suā. Adiungetᵣ aduena ad eos: et adherebit domui iacob. Et tenebūt eos ppli: et adducēt eos in locū suum. Et possidebit eos domus israhel super terrā dn̄i in seruos ⁊ āncillas: et erūt capientes eos qui se ceperāt: et sbicient exactores suos. Et erit in die illa cū requiē dederit tibi deus de labore tuo. et a ɔcussione tua. ⁊ a seruitute dura qua ante fuisti: sumes parabolam istam contra regem babilonis et dices. Quomō cessauit exactor: quieuit tributū? Cōtriuit dn̄s baculū impioꝝ. virgā dominātium cedentē pplos indignatiōe. plaga insanabili: sbicientē in furore gentes: persequentē crudeliter. Cōquieuit ⁊ siluit om̄is terra: gauisa est ⁊ exultauit: abietes q̃ꝫ letate sūt sup te. et cedri libani. Ex quo dormisti nō ascendet qui succidat nos. Infernus subter te ɔturbatus est: in occursū aduētus tui suscitauit tibi gigantes omnes p̄ncipes terre. Surrexerūt de solijs suis omnes p̄ncipes nationū: vniuersi respondebunt ⁊ dicēt tibi. Et tu vulneratus es sicut ⁊ nos: nostri similis effectus es. Detracta est ad inferos sup̄bia tua: cōcidit cadauer tuū. Subter te sternetur tinea: et operimentū tuum erūt vermes. Quomō cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris? Corruisti in terraꝫ qui vulnerabas gētes: q̃ dicebas in corde tuo. In celū cōscendā. sup astra dei exaltabo soliū meū: sedebo in mōte testamēti. in lateribꝫ aquilonis: ascendā sup altitudinem nubiū. similis ero altissimo. Verūtamē ad infernū detraheris. in p̄fundū laci. Qui te viderint ad te inclinabuntur: teqꝫ p̄spicient. Nūquid iste est vir qui cōturbauit terram. qui cōcussit regna: q̃ posuit orbē desertū. et vrbes eius destruxit? vinctis eius nō aperuit carcerē. Om̄es reges gentiū vniuersi dormierūt in gloria vir in domo sua: tu aūt p̄iectus es de sepulcro tuo quasi stirps inutilis: pollutus ⁊ obuolutus. cū hijs qui interfecti sūt gladio: ⁊ descenderūt usqꝫ ad fundamenta laci. Quasi cadauer putridū nō habebis ɔsortiū: neqꝫ cū eis in sepultura. Tu enim terrā disp̄didisti: tu populū occidisti. Nō vocabitur in eternū semen pessimorum. Preparate filios eius occisiōi: in iniq̃tate p̄rm eoꝝ. Nō ɔsurgēt: nec hereditabūt terram: neqꝫ implebūt faciē orbis ciuitatū. Et ɔsurgam sup eos dicit dn̄s exercituū: ⁊ perdam babilonis nomē. ⁊ reliquias. ⁊ germē et p̄geniem dicit dn̄s. Et ponam eos ī possessionē ericij. ⁊ in paludes aquaꝝ: et scopabo eam in scopa terens dicit dn̄s exercituū. Iurauit dn̄s exercituū dicēs. Si nō vt putaui ita erit: ⁊ quomodo mente tractaui sic eueniet: ut ɔterā assyriū in terra mea. et ī montibꝫ meis ɔculcē eū: ⁊ auferetur ab eis iugū eius: ⁊ onus illius ab humero eorū tolletᵣ. Hoc ɔsiliū quod cogitaui sup oēm terrā: et hec est manus extēta sup vniuersas gentes. Dominus exercituū decreuit: ⁊ q̃s poterit infirmare? Et manus eius extenta: et quis auertit eam? In āno quo mortuus est rex achas factum est onus istud. Ne leteris philistea oīs tu: qm̄ ɔmminuta ē virga p̄cussoris tui. De radice enī colubri egredietur regulus: ⁊ semen eius absorbēs volucrē. Et pascētur p̄mogenita paupeꝝ. et pauperes fiducialiter requiescēt: ⁊ interire faciaꝫ in fame radicem tuā: ⁊ reliquias tuas interficiā. Vlula porta. clama ciuitas: p̄strata ē philistea om̄is. Ab aquilone enī fumus veniet: et nō est q̃ effugiat agmen eius. Et q̃d rn̄debitᵣ nūcijs gentis? Quia dn̄s fundauit syon: ⁊ ī ipa sp̄abūt paupes ppli eiꝰ.

XV

Onus moab. Quia nocte vastata ē ar moab cōticuit: q᷑ nocte vastatus est murus. moab ɔticuit. Ascendit domus dybon. ad excelsa in planctū: sup nabo. ⁊ super medaba. moab vlulabit. In cūctis capitibꝫ eius caluiciū: om̄is barba radetᵣ. In triuijs eius accincti sunt sacco: sup tecta eius et in plateis eius om̄is vlulatus descendet in fletum. Clamauit esebon. et eleale: usqꝫ iasa audita est vox eoꝝ. Sup hoc expediti moab vlulabūt: aīa eius vlulabit sibi. Cor meum ad moab clamabit: vectes eius ad segor vitulā ɔsternantē. Per ascensū enim luith flens ascendet: ⁊ in via oronaym clamorē ɔtritionis leuabūt. Aque enī nemrim deserte

erit: qꝛ aruit herba· defecit germē: viror oīs interijt. Scd͂m magnitudinē opis· et visitacō eoꝝ. Ad torrentē salicū ducent eos: qm̄ circuibit clamor terminū moab. Usqꝫ ad gallim vlulatus eius· et usqꝫ ad puteuꝫ helim clamor eius: qꝛ aq̄ dybon replete sūt sanguine. Ponā enī sup dybon additamētā hijs q̄ fugerint de moab leonē: et reliquijs

XVI

Mitte agnū dn̄e dominatorem terre: de petra deserti ad mōtem filie syon. Et erit sicut auis fugiens· et pulli de nido auolantes: sic erūt filie moab in transcensu arnon. Ini ɔsiliū· coge ɔciliū: pone quasi noctem vmbrā tuā in meridie. Absconde fugientes: et vagos ne ꝓdas. Habitabūt apud te ꝓfugi mei. Moab esto latibulū eoꝝ a facie vastatoris. Finitus ē enim puluis: ɔsūmatus ē miser: defecit qui ɔculcabat t̄raꝫ. Et ꝑparabit̄ī misericordia soliū: et sedebit sup eum in veritate in tabernaculo dauid: iudicans ⁊ querens iudiciū· et velociter reddens quod iustū est. Audiuimꝰ supbiam moab: supbus est valde. Supbia eius et arrogantia eius ⁊ indignatio eiꝰ. plusqꝫ fortitudo eius. Idcirco vlulabit moab: at moab vniuersus vlulabit. Hijs qui letant̄ super muro cocti lateris loquimini plagas suas: qm̄ suburbana esebon deserta sūt. Et vineā sabama· dn̄i gentiū exciderūt. Flagella eius usqꝫ ad iazer ꝑuenerūt: errauerunt in deserto: ꝓpagines eius relicte sūt. transierūt mare. Sup hoc plorabo in fletu iazer vineā sabama. Inebriabo te lacrima mea esebon ⁊ eleale: ⁊ quoniā sup vindemiā tuam et sup messeꝫ tuā vox clamantiū irruit. Et auferet̄ leticia ⁊ exultacō de carmelo: et in vineis non exultabit neqꝫ iubilabit. Vinū in torculari non calcabit qui calcare cōsueuerat: vocē calcantiū abstuli. Sup hoc venter meus ad moab quasi cithara sonabit: et viscera mea ad murū cocti lateris. Et erit cū apparuerit quod laborauit moab sup excelsis suis· ingrediet̄ ad sancta sua ut obsecret: et non valebit· Hoc verbū quod locutus est dn̄s ad moab extūc: et nunc locutus est dicēs. In tribus ānis quasi anni mercenarij· auferet̄ gloria moab sup omni ꝑplo multo: et relinquet̄ in eo sicut racemꝰ paruus ⁊ modicus· nequaqꝫ multꝰ.

XVII

Onus damasci. Ecce damascus desinꝫ esse ciuitas: ⁊ erit sicut aceruus lapidū in ruina. Derelicte ciuitates aroer gregibus erūt: et requiescent ibi· et non erit qui exterreat. Et cessabit adiutoriū ab ephraim· et regnum a damasco: ⁊ reliquie syrie sicut gloria filioꝝ israhel erūt· dicit dn̄s exercituū. Et erit in die illa attenuabitur gloria iacob· et pingues carnes eius marcessent: et erit sicut ɔgregans in messe quod restiterit: et brachiū eius spicas leget. Et erit sicut querens spicas in valle raphaim: ⁊ relinquetur in eo sic̄ racemus: et sicut excussio olee· duarū vel triū oliuaꝝ in sūmitate rami· siue q̄tuor aut quinqꝫ. In cacuminibꝰ eius fructus eius: dicit dn̄s deus israhel. In die illa inclinabitur homo ad factorem suū· ⁊ oculi eius ad sanctum israhel respiciēt: et nō inclinabit̄ ad altaria que fecerūt manus eius· ⁊ que operati sūt digiti eius: non respicient lucos et delubra. In die illa erūt ciuitates fortitudinis eius derelicte· sicut aratra ⁊ segetes q̄ derelicte sūt a facie filioꝝ israhel: ⁊ eris deserta· qꝛ oblita es dei saluatoris tui: ⁊ fortis adiutoris tui nō es recordata. Propterea plātabis plantacōem infidelem: ⁊ germen alienū seminabis. In die plantacōis tue labrusca: et mane semen tuū florebit. Ablata ē messis in die hereditatis: ⁊ dolebit grauit̄. Ve· mltitudo populoꝝ multoꝝ ut multitudo maris sonātis: ⁊ tumultus turbaꝝ sicut sonitus aquaꝝ multaꝝ. Sonabūt populi sicut sonitus aquaꝝ inundantiū: ⁊ increpabit eum et fugiet ꝓcul: ⁊ rapiet̄ sicut pulviꝰ montiū a facie vēti: ⁊ sicut turbo corā tempestate. In tempore vespe· et ecce turbacō: in matutino· ⁊ non subsistet. Hec est ꝑs eoꝝ qui vastauerūt nos: ⁊ sors diripientiū nos.

XVIII

Ve terre cymbalo alaꝝ que ē trans flumina ethiopie: que mittit in mare legatos: ⁊ in vasis papiri sup aquas. Ite angeli veloces ad gentē conuulsam et dilaceratā: ad populū terribilē post queꝫ non ē alius· gentē expectantē ⁊ ɔculcataꝫ: cuius diripuerūt flumina terrā eius. Oēs habitatores orbis q̄ moramini in terra· cū eleuatū fuerit signū in montibus videbitis:

et clangorē tube audietis: q̄ꝛ hec dicit dñs ad me. Quiescā ⁊ cōsiderabo in loco meo: sicut meridiana lux clara est: ⁊ sicut nubes roris in die messis. Ante messem enim totꝰ efflorebit. ⁊ immatura ꝑfectio germinabit: et ꝑcidentur ramusculi eius falcibꝫ ⁊ q̄ derelicta fuerint abscindent̄. Excutient̄ ⁊ relinquentur simul auibꝫ montiū ⁊ bestijs t̄re: et estate ꝑpetua erūt sup eū volucres: et oēs bestie terre sup illū hiemabūt. In tēpe illo deferetur munus dño exercituū a p̄plo diuulso ⁊ dilacerato: a populo terribili post quem nō fuit alius: a gente expectante. expectante ⁊ conculcata: cuius diripuerunt flumia terrā eius: ad locū nomis dñi exercituū montē syon.

XIX

Onus egipti. Ecce dñs ascendet sup nubē leuē et ingredietur egiptū: ⁊ ꝯmouebūt̄ simulacr̄ egipti a facie eius: et coꝛ egipti tabescet in medio eius. Et ꝯcurrere faciā egiptios aduersus egiptios: et pugnabit vir ꝯtra frēȝ suū. et vir ꝯtra amicū suū: ciuitas aduersus ciuitatē. regnū aduersus regnū: et dirūpet̄ spiritus egipti in visceribꝫ eius. et ꝯsilium eius ꝑcipitabo: et interrogabūt simulacra sua. et diuinos suos. et phitones. et ariolos. et tradā egiptū in manu dñoꝝ crudeliū: et rex fortis dñabitur eoꝝ. ait dñs exercituū. Et arescet aqua de mari ⁊ fluuius desolabit̄ atq; siccabit̄: et deficient flumina. Attenuabūtur ⁊ siccabūtur riui aggerū. Calamus et iuncus marcescet: nudabit̄ alueus riui a fonte suo. Et oīs sementis irrigua siccabit̄: arescet ⁊ nō erit. Et merebunt piscatores: ⁊ lugebūt oēs mittētes in flumē hamū: ⁊ expādentes rete sup faciē aque marcescēt. Cōfundētur qui operabātur linū: plectētes et texētes sbtilia. Et erūt irrigua eius flaccētia: oīes qui faciebāt lacunas ad capiēdos pisces. Stulti principes thaneos: sapiētes ꝯsilarij pharao dederūt cōsilium insipiens. Quō dicitis pharaoni filius sapiētū ego: filius regū āntiqꝛ. Ubi nūc sūt sapiētes tui: Annūciēt tibi ⁊ indicēt q̄d cogitauerit dñs exercituū sup egiptū. Stulti facti sūt principes thaneos. emarcuerūt p̄ncipes mēpheos: deceperunt egiptū. angulū populoꝝ eius. Dñs miscuit in medio eius spiritū v̄tiginis: et errare fecerūt egiptū in omni opere suo: sicut errat ebrius ⁊ vomēs. Et nō erit egipto opꝰ qđ faciat: caput ⁊ caudā incuruātē ⁊ r̄frenātem. In die illa erit egiptus quasi mulieres: ⁊ stupebūt. et timebūt a facie ꝯmotionis manus dñi exercituū. quā ip̄e mouebit sup eā: et erit terra iuda egipto in festiuitatem. Omis qui illius fuerit recordatus. pauebit a facie ꝯsilij dñi exercituū: qđ ip̄e cogitauit sup eā. In die illa erunt quinq; ciuitates in terra egipti loquentes lingua chanaan: et iurātes ꝑ dominū exercituū. Ciuitas solis vocabit̄ vna. In die illa erit altare dominī in medio egipti: ⁊ titulus iux̄ t̄minū eiꝰ dñi: et erit in signū ⁊ in testimoniū dñi exercituū in terra egipti. Clamabūt enim ad dominū a facie tribulantis: ⁊ mittet eis saluatorem et ꝓpugnatorē qui liberet eos. Et ꝯgnoscetur dñs ab egipto. ⁊ ꝯgnoscēt egiptij dominū in die illa: ⁊ colent eū in hostijs ⁊ in muneribus: ⁊ vota vouebūt domino ⁊ soluēt. Et ꝑcutiet dñs egiptū plaga ⁊ sanabit eam: et reuertentur ad dñm ⁊ placabitur eis: ⁊ sanabit eos. In die illa erit via de egipto in assyrios: ⁊ intrabit assyrius egiptū. et egiptius in assyrios: ⁊ seruiēt egiptij assyrijs. In die illa erit israhel tercius egiptio ⁊ assyrio benedictio in medio terre: cui bñdixit dominus exercituum dicens. Benedictus populus meus egipti: ⁊ opus manuū meaꝝ assyriꝰ: hereditas autem mea israhel.

XX

In anno quo ingressus ē tharthan in azotū. cum misisset eum sargon rex assirioꝝ ⁊ pugnasset ꝯtra azotū ⁊ cepisset eam: in tēpore illo locutus est dominus in manū ysaie filij amos dicēs. Uade ⁊ solue saccum de lumbis tuis: et calciamēta tua de pedibꝫ tuis. Et fecit sic: vadens nudus ⁊ discalciatus. Et dixit dominus. Sicut ambulauit seruus meꝰ ysaias nudus ⁊ discalciatus. trium annoꝝ signū et portentū erit sup egiptū ⁊ sup ethiopiā: sic minabit rex assirioꝝ captiuitatē egipti. et transmigracōem ethiopie. iuuenē et senem. nudam ⁊ discalciatā discoopertis natibus ignominiā egipti. Et timebūt ⁊ cōfundētur ab ethiopia spe sua: ⁊ ab egipto gloria sua. Et dicet habitator insule huius in die illa. Haeccine erat spes nostra. ad q̄s

P

ꝯfugimus in auxiliū: ut liberaēt nos a facie
regis assyriorū. Et quō effugē poterimus

II

Onus deserti maris. XXI nos?
Sic turbines ab affrico veniūt. de de-
serto venit: de terra horribili visio dura nun-
ciata est michi. Qui incredulus ē. infidelit'
agit: et qui depopulator est vastat. Ascen-
de elam ⁊ obside mede: om̄ez gemitū eius
cessare feci. Propterea repleti sūt lūbi mei
doloē: angustia possedit me. sicut āgustia
parturiētis. Corrui cū audirem: ꝯturbatus
sum cū viderē. Emarcuit cor meū: tenebre
stupefecerūt me. Babilon dilecta mea. posi-
ta est michi in miraculum. Pone mensam:
ꝯtēplare in specula. Comedētes ⁊ bibentes.
surgite principes: arripite. clipeū. Hec eni
dixit michi dn̄s Vade ⁊ pone speculatorē:
et quodcūq; viderit annūciet. Et vidit cur-
rum duorū equitū. ascensorē asini ⁊ ascenso-
rem cameli: et ꝯtemplatus ē diligēter mul-
to intuitu. Et clamauit leo. Sup speculā dn̄i
ego sum stans iugiter p diem: ⁊ sup custo-
diam meā ego sū stans totis noctibꝫ. Ecce
iste venit ascēsor vir bige equitū. Et rn̄dit
et dixit. Cecidit cecidit babilon: ⁊ omnia
sculptilia deorū eius ꝯtrita sūt in terrā. Tri-
tura mea ⁊ filia aree mee: que audiui a dn̄o
exercituū deo israhel annūciaui vobis. Onꝰ

III

duma. Ad me clamat ex seir. Custos quid
de nocte. custos quid de nocte? Dixit custos.
Venit mane ⁊ nox. Si queritis querite: cō-
uertimini. et venite. Onus in arabia. In sal-
tu ad vesperā dormietis: in semitis dodanim.

S

Occurrentes sitienti ferte aquā: qui habi-
tatis terram austri. cū panibus occurrite
fugienti. A facie enim gladiorum fugerunt.
a facie gladij imminentis: a facie arcus ex-
tenti. a facie grauis p̄lij: qm̄ hec dicit domiꝰ
ad me. Adhuc in vno anno quasi in anno
mercēnarij. et auferet' oīs glīa cedar: et re-
liquie numeri sagittariorū fortiū de filijs ce-
dar imminuēt'. Dn̄s eni deus isrl' locutus ē.

IIII

Onus vallis visionis. Quid XXII
nam tibi q; est qr ascendisti. et tu oīs
in tecta clamoris plena: vrbs frequens. ci-
uitas exultans? Interfecti tui nō interfecti
gladio: nec mortui tui mortui in bello. Cun-
cti pn̄cipes tui fugerūt sil': dureq; ligati sūt.
Om̄es q̄ inuenti sūt vincti sūt pariter: p̄cul
fugerūt. Propterea dixi. recedite a me: ama-
re flebo. Nolite incumbē. ut ꝯsolemini me sup
vastitātē filie p̄pli mei. Dies eni interfectio-
nis ⁊ ꝯculcacōis et fletuū. dn̄o deo exercituū
in valle visionis. Scrutans murū: ⁊ magni-
ficus sup montē. Et elam sumpsit pharetrā:
currū hominis equitis: et parietē nudabit
clipeus. Et erūt electe valles tue plene qua-
drigarū: et equites ponēt sedes suas in por-
ta: et reuelabitur operimentū iude. Et vide-
bitis in die illa armamētariū domus saltus:
et scissuras ciuitatis dauid videbitis: qr mul-
tiplicate sūt. Et ꝯgregastis aquas piscine
inferioris: ⁊ domus iherusalem numerastis
et destruxistis domus ad muniendū murū.
Et lacū fecistis inter duos muros. et aquā
piscine veteris: ⁊ nō suspexistis ad eum qui
fecerat eam: ⁊ operatorē eius de lōge nō vi-
distis. Et vocabit dn̄s deus exercituū in die
illa ad fletū. et ad planctū. ad caluiciū. ⁊ ad
cingulū sacci: ⁊ ecce gaudiū et leticia. occi-
dere vitulos. et iugulare arietes: comedere
carnes ⁊ bibere vinū. Comedamus et biba-
mus: cras enim moriemr̄. Et reuelata ē vox
in auribꝫ meis domini exercituū. Si dimit-
tet' iniquitas hec vobis. donec moriamini:
dicit dn̄s deus exercituū. Hec dicit dn̄s deꝰ
exercituū. Vade ingredere ad eū qui habi-
tat i tabernaculo. ad sobnam p̄positū tēpli.
et dices ad eum. Quid tu hic. aut q̄ī quis
hic? Quia excidisti tibi hic sepulcrū: excidi-
sti in excelso memoriā: diligēter in petra ta-
bernaculū tibi. Ecce dn̄s asportari te faciet.
sicut asportat' gallus gallinacius: ⁊ quasi
amictū sic subleuabit te. Coronās coronabit
te tribulacōne: quasi pilam mittet te in terrā
latam ⁊ spaciosam. Ibi morieris: ⁊ ibi erit
currus glorie tue ignominia domus dn̄i tui.
Expellam te de stacōne tua: ⁊ de ministerio
tuo deponā te. Et erit in die illa. vocabo ser-
uū meū eliachim filiū helchie. et induā illū
tunica tua: ⁊ cingulo tuo ꝯfortabo eū. et ptā-
tem tuā dabo in manu eius: ⁊ erit quasi pat'
habitātibꝫ iherusalē ⁊ domui iuda. Et dabo
clauē domus dauid sup humerū eius: ⁊ ape-
riet ⁊ non erit qui claudat: ⁊ claudet et non
erit qui aperiat. Et figā illū paxillū in loco

fideli: et erit in solium glorie domui p̄ris sui: et suspendēt sup eum om̄ez gloriaȝ domus patris eius. vasoꝝ diuersa genera: omne vas paruuluȝ. a vasis crateraꝝ. usq; ad omne vas musicoꝝ. In die illa dicit dn̄s exercituū. auferet᷑ paxillus qui fixus fuerat ī loco fideli: ⁊ franget᷑ ⁊ cadet. et pibit quod pependerat in eo: q᷑ dominus locutus est.

XXIII

Onus tyri. Vlulate naues maris. q᷑ vastata ē domus vnde venire ꝯsueuerant: de terra cethim. ꝛuelatum ē eis. Tacete qui habitatis in insula negociacō sydonis. Transfretātes mare ꝛpleuerūt te ī aquis multis: semē nili fluminis fruges eius: ⁊ facta ē negotiacō gentiū. Erubesce sydon. Ait enim mare ⁊ fortitudo maris dicēs. Non parturiui ⁊ nō pepi. et non enutriui iuuenes: nec ad incrementū p̄duxi virgines. Cū auditū fuerit in egipto: dolebunt cū audierint de tyro. Transite maria: vlulate qui habitatis in insula. Nunq̇d nō hec vr̄a est que gloriabat᷑ a dieb; pristinis in antiquitate sua? Ducent eā pedes sui longe ad pegrinandū. Quis cogitauit hoc sup tyruȝ. quondā coronatā? Cuius negociatores p̄ncipes: institores eius incliti t̄re. Dn̄s exercituū cogitauit hoc. ut detraheret supbiam om̄is glorie: ⁊ ad ignominiā deduceret vniu̇sos inclitos terre. Transi t̄raȝ tuā quasi flumē filia maris: non ē cinguluȝ vltra tibi. Manū suā extendit sup mar̄e: cōturbauit regna. Dn̄s mandauit aduersus chanaan: ut ꝯtereret fortes eius. Et dixit. Non adicies vltra ut glorieris: calumniaȝ sustinēs virgo filia sydonis. In cethim cōsurgens transfreta: ibi q; non erit requies tibi. Ecce t̄ra chaldeoꝝ talis populus non fuit: assur fundauit eā. In captiuitatem traduxerūt robustos eius: suffoderūt domus eius: posuerūt eaȝ in ruinā. Vlulate naues maris. q᷑ deuastata est fortitudo vr̄a. Et erit in die illa. in obliuiōe eris o tyre septuaginta ānis: sicut dies regis vnius. Post septuaginta aūt ānos. erit tyro q̄si cāticū meretricis. Sume tibi citharā: circue ciuitateȝ meretrix obliuioni tradita. Bn̄ cane: frequenta canticū: ut memoria tui fit. Et erit post septuaginta ānos visitabit dominus tyrū. et reducet eam ad mercedes suas: ⁊ rursū fornicabit᷑ cū vniu̇sis regnis terre sup faciem t̄re: ⁊ erūt negotiacōnes eius et mercedes eius sanctificate dn̄o. Nō ꝯdent᷑ neq; ꝛponent᷑: q᷑ hijs qui habitauer̄t coraȝ dn̄o erit negotiatio eius: ut manducēt in saturitate. et vestiantur usq; ad vetustatem.

XXIIII

Ecce dominus dissipabit terrā ⁊ nudabit eam: et affliget faciē eius: ⁊ dispget habitatores eius. Et erit sicut populus sic sacerdos: et sicut seruus sic dn̄s eius: et sicut ancilla sic domina eius. Sicut emens sic ille q̄ vendit: sic fenerator sic is qui mutuū accipit: sicut qui repetit. sic q̄ debet. Dissipacōne dissipabit᷑ terra: ⁊ direpcōe p̄dabit᷑. Dominus enim locutus ē verbū hoc. Luxit et defluxit terra ⁊ infirmata ē: defluxit orbis. et infirmata ē altitudo populi t̄re: ⁊ terra interfecta ē ab habitatorib; suis: q᷑ trāsgressi sūt leges: mutauer̄t ius: dissipauer̄t fedus sempiternū. Propt᷑ hoc maledictō vorabit terrā. et peccabūt habitatores eius: ideo q; insanient cultores eius: ⁊ relinquēt᷑ hoīes pauci. Luxit vindemia: infirmata est vitis: ingemuer̄t om̄es qui letabant᷑ corde. Cessauit gaudiū timpanoꝝ: quieuit sonitus letantiū: ꝯticuit dulcedo cithare. Cum cātico nō bibēt vinū: amara erit potio bibētib; illā. Attrita est ciuitas vanitatis: clausa ē om̄is domus nullo introeunte. Clamor erit super vino in plateis: deserta ē omnis leticia: translatū est gaudiū terre. Relicta ē in vrbe solitudo: et calamitas opprimet portas: q̄a hec er̄t in medio terre in medio p̄ploꝝ. Quō si pauce oliue q̄ remanser̄t excutiāt᷑ ex oleo: et racemi cū fuerit finita vindemia. Hij leuabunt vocē suā atq; laudabūt: cū glorificat⁹ fuerit dn̄s hinniēt de mari. Propter hoc in doctrinis glorificate dn̄m: in insulis maris nomē dn̄i dei israhel. A finibus terre laudes audiuimus: gloriā iusti. Et dixi. Secretum meum michi: secretū meū michi. Ve michi. Preuaricātes p̄uaricati sūt: et p̄uaricacōe trāsgressoꝝ p̄uaricati sunt. Formido ⁊ fouea. et laqueus sup te qui habitator es terre. Et erit qui fugerit a voce formidinis cadȝ in foueā: et qui se explicauerit de fouea tenebitur laqueo quia catharacte de excelsꝭ

aperte sūt: et ꝯcutient̄ fundamēta terre. Cō-
fractione ꝯfringetur terra: contricōe cōte-
retur terra. Commocōe ꝯmouebit̄ terra: a-
gitacōe agitabitur terra sicut ebrius: et au-
feret̄ quasi tabernaculū vnius noctis. Et
grauabit eā iniquitas sua: ⁊ corruet et nō
adiciet ut resurgat. Et erit in die illa. visita-
bit dn̄s sup miliciam celi in excelso: ⁊ super
reges terre qui sunt sup terrā. Et ꝯgrega-
bunt̄ in ꝯgregacōe vnius fascis in lacū:
et claudentur ibi in carcerē: ⁊ post multos
dies visitabunt̄. Et erubescet luna. et cōfun-
detur sol. cū regnauerit dn̄s exercituum in
monte syon et in iherusalem: ⁊ in cōspectu
senum suoꝝ fuerit glorificatus. XXV

vii Domine. deus meus es tu ⁊ exaltabo
te: ꝯfitebor nomi tuo. quoniā fecisti
mirabilia: cogitacōnes antiquas fideles
amē. Quia posuisti ciuitatē in tumultū. vr-
bem fortē in ruinā: domū alienoꝝ. ut nō sit
ciuitas: ⁊ in sempiternū nō edificet̄. Sup
hoc laudabit te populus fortis: ciuitas ge-
tiū robustaꝝ timebit te. Quia factus es
fortitudo pauperis: fortitudo egeno in tri-
bulacōe sua: spes a turbine. vmbraculū ab
estu. Spūs enim robustorum. qui turbo im-
pellens parietē: sicut estus in siti tumultum
alienoꝝ humiliabis: ⁊ quasi calorē sub nu-
be torrēte ꝓpaginē fortiū marcescere facies.
Et faciet dn̄s exercituū omnibꝫ populis in
monte hoc. ꝯuiuiū pinguiū: cōuiuiū vinde-
mie: ꝯuiuiū pinguiū medullatoꝝ: vinde-
mie defecate. Et p̄cipitabit in mōte isto fa-

viii ciē vinculi colligati sup omēs populos: et
telam quā orditus ē super omēs nationes.
Precipitabit mortem in sempiternū. Et au-
feret dominus deus lacrimā ab omni facie:
et opprobriū populi sui auferet de vniuersa
terra: quia dn̄s locutus est. Et dicet in illa die.
Ecce deus noster iste: expectabimus eum:
et saluabit nos. Iste dn̄s: sustinuimus eū.
Et exultabimus ⁊ letabimur in salutari eius:
quia requiescet manus domini in mōte isto: ⁊
triturabit̄ moab sub eo. sicuti terunt̄ palee
in plaustro. Et extendet manus suas sub eo.
sicut extēdit natans ad natandū: ⁊ humili-
abit gloriam eius cū allisione manuū eius.
Et munimenta sublimiū muroꝝ tuoꝝ cōci-
dent: ⁊ humiliabūt̄ et detrahētur in terrā usqꝫ
ad puluerē. XXVI

In die illa can-
tabitur canticum istud in terra iuda.
Vrbs fortitudinis nr̄e syon: saluator pone-
tur in ea murus et antemurale. Aperite por-
tas. et ingrediatur gens iusta: custodiens
veritatē. Vetus error abijt: seruabis pacē:
pacem. quia in te sperauimus. Sperastis ī do-
mino in seculis eternis: in dn̄o deo forti in p-
petuū. Quia incuruabit habitātes in excel-
so: ciuitatē sublimē humiliabit. Humiliabit
eam usqꝫ ad terrā: detrahet eā usqꝫ ad pul-
uerem. Conculcabit eā pes: pes pauperis:
gressus egenoꝝ. Semita iusti recta ē: re-
ctus callis iusti ad ambulandū. Et in semi-
ta iudicioꝝ tuoꝝ dn̄e sustinuimus te. nomē
tuū et memoriale tuū in desiderio aīe. Anima
mea desiderauit te in nocte: sꝫ ⁊ spū meo in
p̄cordijs meis: de mane vigilabo ad te. Cū
feceris iudicia tua in terra: iusticiā discēt ha-
bitatores orbis. Misereamur impio: ⁊ non
discet iusticiā. In terra sanctoꝝ iniq̄ gessit:
et nō videbit gloriam domini. Dn̄e exaltet̄
manus tua ut nō videāt: videāt ⁊ ꝯfundā-
tur zelantes populi: ⁊ ignis hostes tuos de-
uoret. Dn̄e dabis pacē nobis: omnia enim o-
pera nostra operatus es nobis. Dn̄e deus
noster possederunt nos domini absqꝫ te: tm̄
in te recordemur nominis tui. Morientes
non viuāt: gigantes non resurgāt. Prop̄-
ea visitasti ⁊ ꝯtriuisti eos: et p̄didisti oēm
memoriā eoꝝ. Indulsisti gēti dn̄e: indulsi-
sti genti. Nūquid glorificatus es? Elonga-
sti omēs terminos terre. Dn̄e in āgustia re-
quisierūt te: in tribulacōe murmuris doctri-
na tua eis. Sicut que ꝯcepit cū appropinq̄-
uerit ad partū. dolens clamat in doloribus
suis: sic facti sumus. A facie tua dn̄e ꝯcepi⁹
et quasi parturiuimus: ⁊ peperimus spiritū
salutis. Iusticiā nō fecimus in terra: ideo nō
ceciderūt habitatores terre. Viuēt mortui
tui: interfecti mei resurgēt. Expergiscimini ⁊
laudate q̄ habitatis in puluere: quia ros lu-
cis ros tuus: ⁊ terrā gigantū detrahes in ru-
inam. Vade populus meus. intra in cubicu-
la tua. claude ostia tua sup te: abscondere mo-
dicū ad momentū. donec p̄transeat indignatio.
Ecce enim dn̄s egredietur de loco suo. vt

Ut visitet iniquitatem habitatoris terre ꝯtra
eum: et reuelabit terra sanguinem suū: ⁊ nō
operiet vltra interfectos suos. XXVII

In die illa visitabit dn̄s i gladio suo duro
⁊ grādi et forti. sup leuiathā ſpentē vectē.
et sup leuiathan serpentē tortuosū: ⁊ occidꝫ
cetum qui in mari ē. In die illa vinea meri
cātabit ei. Ego dn̄s q̄ seruo eā: repēte ꝓpi-
nabo ei: ne forte visitetᷣ contra eā. Nocte et
die seruo eā: indignacō nō est michi. Quis
dabit me spinaꝫ et veprē in ꝓlio? Gradiar
sup eā. succēdā eā pariter. An potius tene-
bo fortitudinē meā? Faciet pacem michi:
pacē faciet michi. Qui ingrediūtᷣ impetu
ad iacob. florebit ⁊ germinabit israhel: et
implebūt faciem orbis semine. Nunquid
iuxta plagā ꝑcutientis se ꝑcussit euꝫ? Aut
sicut occidit interfectos eius sic occisus ē?
In mensura cōtra mensurā cū abiecta fuerit
iudicabis eā: meditataᵘˢ est in spū suo duro
ꝑ diē estus. Idcirco super hoc dimittetᷣ ini-
quitas domui iacob: ⁊ iste omnis fructus:
ut auferatᷣ peccatum eius. Cū posueit oēs
lapides altaris sicut lapides cineris allisos:
non stabūt luci ⁊ delubra. Ciuitas enim mu-
nita desolata erit: speciosa relinquetur et di-
mittetur quasi desertū. Ibi pascetur vitulus
et ibi accubabit: ⁊ cōsumet sūmitates eius.
In siccitate messis illius ꝯterentur mlieres.
venietes et docētes ea. Non ē enim ꝓplus
sapiens: ꝓpterea nō miserebitᷣ eius q̄ fecit
eum: et qui formauit euꝫ. non parcet ei. Et
erit in die illa. ꝑcutiet dn̄s ab alueo flumīs
vsqꝫ ad torrentē egipti: et vos ꝯgregabi-
mini vnus et vnus filij israhel. Et erit in die
illa. clangetur in tuba magna: et venient q̄
ꝑditi fuerāt de terra assirioꝝ ⁊ qui eiecti e-
rant de terra egipti: ⁊ adorabunt dominū
in monte sancto in iherusalem. XXVIII

Ve corone superbie. ebrijs ephraim. et
flori decidenti. glorie exultacōis eius:
qui erāt in vertice vallis pinguissime errā-
tes a vino. Ecce validus ⁊ fortis dn̄s. sicut
impetus grandinis turbo ꝯfringēs: sicut im-
petus aquaꝝ mltaꝝ inundantium: ⁊ emis-
saꝝ super terrā spaciosam. Pedibꝫ cō culca-
bitur corona supbie ebrioꝝ ephraim. Et e-
rit flos decidens glorie exultacōis eius. q̄
est super verticem vallis pinguiū: q̄i tꝑaneū
ante maturitateꝫ autūni. Quod cū aspexeit
videns: statim ut manū tenuerit deuorabit
illud. In die illa erit dn̄s exercituū corona
glorie. et sceptrū exultacōis residuo popli
sui. et spūs iudicij sedenti sup iudiciū: et for-
titudo reuertentibꝫ de bello ad portā. Verū
hij qꝫ ꝑ vino nescierūt: ⁊ ꝑ ebrietate errauer-
rūt. Sacerdotes et ꝓphete nescieṝt ꝑ ebrie-
tate: absorti sūt a vino: errauerūt in ebetate.
nescierūt videntē. ignorauerūt iudiciū. Oēs
enim mense replete sūt vomitu sordiūqꝫ: ita
vt nō essꝫ vltra locus. Quē docebit scientiam:
et quē intelligere faciet auditū? Ablactatos
est a lacte. auulsus ab vberibꝫ: qꝛ māda re-
manda. māda remāda: expecta reexpecta.
expecta reexpecta: modicū ibi: modicuꝫ ibi.
In loq̄la eni labij et lingua altera loqtᷣ ad
ꝓplm istū. cui dixit. Hec ē req̄es mea. refici-
te lassuꝫ: et hoc ē meū refrigeriū: ⁊ noluert
audiē. Et erit eis vbuꝫ dn̄i. māda remāda.
māda remāda: expecta reexpecta. expecta
reexpecta: modicū ibi. modicum ibi: ut va-
dāt ⁊ cadant retrorsū. et ꝯterātur: ⁊ illaque-
entur ⁊ capiātur. Propter hoc audite vbū
dn̄i viri illusores qui dn̄amini sup ꝓplm meū
qui ē in iherusalē. Dixistis eni. Percussimus
fedus cū morte: ⁊ cū inferno fecimus pactū.
Flagellū inundans cū trāsierit nō veniet su-
per nos: qꝛ posuimus mēdaciū spem nr̄am:
et mēdacio ꝓtecti sumus. Idcirco hec dicit
dn̄s deus. Ecce ego mittā in fundamētis sy-
on lapidē. lapidem ꝓbatū. angularē. precio-
sū. in fundāmento fundatū. Qui crediderit
nō festinet. Et ponam iudiciū in pondere:
et iusticiā in mēsura. Et sbuertet grando spē
mendacij et ꝓtectōnem aque inundabūt:
et delebitᷣ fedus vr̄m cum morte: ⁊ pactum
vr̄m cū inferno nō stabit. Flagellum inun-
dās cum transierit: eritis ei in ꝯculcationeꝫ.
Quandocūqꝫ ꝑtransierit tollet vos: quoniā
mane diluculo ꝑtransiuit in die et in nocte:
et tantummō sola vexacō intellectuꝫ dabit
auditui. Coangustatum ē enim stratum. ita
ut alter decidat: ⁊ pallium breue vtrumqꝫ
operire nō potest. Sicut eni in mōte diuisi-
onū stabit dn̄s sic in valle que ē in gabaon
irascetur: ut faciat opus suū. Alienū opus

P

eius:ut opetur opus suū. Peregrinū ē opus
eius ab eo. Et nūc nolite illudere:ne forte
ↄstringātur vincula vr̄a. Consūmacōem e-
nim et abbreuiacōez audiui a dn̄o deo exē-
cituū sup vniuersam terrā. Auribꝰ pcipite et
audite vocem meā: attēdite et audite elo-
quiū meū. Nunquid tota die arabit arans.
vt serat: pscindet. et sariet humū suā? Non-
ne cū adequerit faciem eius seret gith. et ci-
minū sparget: ⁊ ponet triticū p ordinē ⁊ hor-
deū. ⁊ miliū. et viciā in finibꝰ suis? Et erudiet
illū in iudicō: deus suus docebit illū. Nō e-
nim in ſrris triturabit̄ gith. nec rota plaustri
sup ciminū circuiet: ſꝫ in virga excutiet̄ gith.
et ciminū in baculo: panis autē cōminuetur.
Veruꝫ nō in ppetuū triturās triturabit illū:
neqꝫ vexabit eū rota plaustri: nec in vngu-
lis suis ↄminuet eū. Et hoc a dn̄o deo exer-
cituū exiuit: ut mirabile facēt ↄsiliū ⁊ mag-

II

Ve ariel. Ariel XXIX ficaret iusticiā.
ciuitas quā expugnauit dd̄. Additꝰ
est ānus ad ānum: solēnitates euoluti sunt.
circūuallabo ariel. et erit tristis ⁊ merēs: et
erit michi quasi ariel. Et circūdabo q̄i sperā
in circuitu tuo. ⁊ iaciā ↄtra te aggere: ⁊ mu-
nimēta ponā in obsidionē tuā. Humliaberis:
de terra loqueris: et de humo audiet̄ eloq-
um tuū. Et erit quasi phitonis de terra vox
tua: ⁊ de humo eloquiū tuum musitabit. Et
erit sicut puluis tenuis multitudo ventilan-
tiū te: ⁊ sicut fauilla ptransiēs multitudo eo-
rū qui ↄtra te p̄ualuerūt. Eritqꝫ repente ↄfe-
stim a dn̄o exercituū. visitabit̄ in tonitruo
et cōmocōne terre: ⁊ voce magna turbinis
et tempestatis ⁊ flamme ignis deuorantis.

III

Et erit sicut somnū visionis nocturne. mul-
titudo omniū gentium qui dimicauerūt cō-
tra ariel: et omnes qui militauerunt ⁊ obse-
derūt ⁊ p̄ualuerūt aduersus eā. Et sicut so-
mniat esuriēs ⁊ ↄmedit. cū autez fuerit exp-
gefcūs vacua est aīa eius: ⁊ sicut sommiat
sitiens ⁊ bibit. et postq̄ fuerit expgefcūs
lassus adhuc sitit. et anima eius vacua est:
sic erit multitudo omniū gentiū que dimica-
uerūt ↄtra mōtez syon. Obstupescite ⁊ āmi-
ramini. fluctuate et vacillate: inebriamini ⁊
nō a vino: mouemini ⁊ nō ab ebrietate: qm̄
miscuit vobis dn̄s spm̄ soporis. Claudet

oc̄los vr̄os: ppħetas ⁊ principes vr̄os qui
vident visioēs operiet. Et erit vobis visio
oīm sicut v̄ba libri signati: quē cū dederint
scienti lr̄as dicent lege istū: ⁊ rn̄debit non
possum. signatus est enim. Et dabitur liber
nescienti lr̄as diceturqꝫ ei lege: ⁊ rn̄debit:
nescio lr̄as. Et dixit dn̄s. Eo q̄ appropinq̄t

IIII

populus iste ore suo ⁊ labijs suis glorificat
me. cor autem eius lōge est a me. et timue-
rūt me mandato hominū ⁊ doctrinis: ideo
ecce ego addā ut āmiracōez faciaꝫ populo
huic miraculo grandi ⁊ stupendo. Peribit e-
nim sapientia a sapientibꝰ eius: ⁊ intellcūs
prudentiū eius absconder̄. Ve qui pfundi
estis corde. ut a dn̄o abscōdatis ↄsiliū: quo-
rū sūt in tenebris opera. et dicūt. Quis videt
nos. et quis nouit nos? Peruersa ē hec vr̄a
cogitacō. quasi si lutū ↄtra figulū cogitet:
et dicat opus factori suo. non fecisti me: ⁊ fi-
gmentū dicat factori suo: nō intelligis. Nō-
ne adhuc in modico ⁊ in breui ↄuertetur li-
banus in chermel. et chermel in saltū reputa-
bitur? Et audiēt in die illa surdi v̄ba libri:
et de tenebris ⁊ caligine oculi cecoꝝ vide-
būt. Et addent mites in dn̄o leticiā. et pau-
pes homines in scō israhel exultabūt. Qm̄ de-
fecit qui p̄ualebat. ↄsummatus est illusor: ⁊
succisi sūt oēs qui vigilabāt sup iniquita-
tē: qui peccaē faciebant homines in v̄bo. et
arguentē in porta supplantabant: ⁊ declina-
uerūt frustra a iusto. Propter hoc hec dicit
dn̄s ad domuꝫ iacob q̄ redemit abraham.
Nō modo ↄfundetur iacob. nec modo vultꝰ
eius erubescet: sed cū viderit filios suos ope-
ra manuū meaꝝ. in medio sui sanctificātes
nomen meū: ⁊ sanctificabūt scm̄ iacob. ⁊ de-
um isrl̄ p̄dicabūt: ⁊ sciēt errantes spū intel-
lectū: ⁊ musitatores discent legem. XXX

Ve filij desertores dicit dn̄s. ut facētis
ↄsiliū ⁊ nō ex me: et ordiremini telā ⁊
nō p spiritū meū. ut adderet̄ peccatū super
peccatū: qui ābulatis ut descendatis in egi-
ptū. et os meum nō interrogastis: sperātes
auxiliū in fortitudine pharao. ⁊ hn̄tes fidu-
ciā in vmbra egipti: ⁊ erit vobis fortitudo
pharaoīs in ↄfusionē: ⁊ fiducia in vmbra e-
gipti in ignominiā. Erant enim in thanes
principes tui: ⁊ nuncij tui usqꝫ ad thanes

puenerit. Oēs ɔfusi sūt sup pplo q̄ eis pdesse
non potuit. Nō fuerit in auxiliū. ⁊ in aliquā
vtilitatē: ſʒ in ɔfusionē ⁊ in opprobriū. On⁹
iumentoꝝ austri. In terra tribulacōnis et
angustie. leena ⁊ leo. ex eis vipera. et regu-
lus volans: portātes sup humeros iumen-
toꝝ diuitias suas. et sup gibbū cameloꝝ
thesauros suos: ad populū qui eis pdesse
nō poterit. Egiptus enim frustra et vane au-
xiliabit᷑. Ideo clamaui sup hoc. ſupbia tm̄
est. qesce. Nūc ingressus scribe eis super bu-
xū: ⁊ in libro diligenter exara illud: ⁊ erit
in die nouissimo in testimoniū usqȝ in eter-
nū. Populus enim ad iracundiā puocans
est. et filii mendaces. filii nolētes audire le-
gem dei. Qui dicūt videntib; nolite videre:
et aspicientib; nolite aspicere nobis ea que
recta sūt. Loquimini nobis placētia. videte
nobis errores: auferte a me viā. declinate
a me semitā: cesset a facie nrā scūs isrl̄. Pro-
ptea hec dicit scūs israhel. Pro eo q̄ repro-
basstis vbum hoc. ⁊ sperastis in calumnia ⁊
tumultu. et innixi estis sup eo: ꝓpterea erit
vobis iniquitas hec. sicut interrupcō cadēs:
et requisita in muro excelso. Quoniā ſbito
dū nō sperat᷑ veniet ɔtricō eius: ⁊ cōminue-
tur sicut ɔterit᷑ lagena figuli ɔtricōne per-
ualida: ⁊ non inuenietur de fragmētis eius
testa. in qua portet᷑ igniculus de medio:
aut hauriat᷑ parum aque de fouea: q̄ hec
dicit dn̄s deus israhel. Si reuertimini ⁊ q̄e-
scatis: salui eritis. In silentio ⁊ in spe erit for-
titudo vr̄a. Et noluistis: ⁊ dixistis. Nequaq̄:
sed ad equos fugiemus. Ideo fugietis. Et
sup veloces ascendemus. Ideo velociores
erūt qui psequentur vos. Mille homines a
facie terroris vnius ⁊ a facie terroris q̄nqȝ
fugietis: donec relinquamini q̄si malus nauis
in vertice montis: ⁊ quasi signū sup collem.
Propterea expectat dn̄s ut misereatur vr̄i:
et ideo exaltabit᷑ parcēs vobis: q̄ deus iu-
dicii dn̄s: bti omēs qui expectant eū. Po-
pulus enim syon habitabit in ierusalem.
Plorans nequaq̄ plorabis: miserās misera-
bitur tui. Ad vocem clamoris tui statim ut
audierit rn̄debit tibi. Et dabit vobis dn̄s
panē arcum. et aquam breuē: ⁊ nō faciet a-
uolaē a te vltra doctorem tuū: ⁊ erūt oculi
tui videntes preceptorē tuum: ⁊ aures tue
audiēt verbū post tergū monentis. Hec ē
via ambulate in ea: ⁊ nō declinetis neqȝ ad
om̄is terra. Repente vastata sūt tabernacula mea: subito pelles mee. Vsquequo videbo fugientē: audiā vocē bucine? Quia stultus populus meus me nō cognouit: filij insipiētes sūt. et vecordes. Sapiētes sūt vt faciāt mala: bn̄ aūt facere nescierūt. Aspexi terrā et ecce vacua erat. et nichil: et celos. et nō erat lux in eis. Vidi mōtes et ecce mouebāt: et om̄es colles cōturbati sūt. Intuitus sum et nō erat homo: et om̄e volatile celi recessit. Aspexi et ecce carmelus desertus: et om̄es vrbes eius destructe sūt a facie dn̄i et a facie ire furoris eius. Hec enim dicit dn̄s. Deserta erit om̄is terra: sꝫ tamē cōsummacōēz nō faciam. Lugebit terra: et merebūt celi desup: eo ꝙ locutus sū. Cogitaui et nō penituit me: nec auersus sū ab eo. A voce equitis et mittētis sagittam fugit om̄is ciuitas. Ingressi sūt ardua: et ascenderūt rupes. Vniūse vrbes derelicte sūt: et nō habitat in eis homo. Tu autē vastata quid facies? Cū vestieris te coccino: cū ornata fueris monili aureo. et pinxeris stibio oculos tuos: frustra cōponeris. Contempserūt te amatores tui: aīaz tuā q̄rūt. Vocē eni q̄si parturiētis audiui: et āgustias ut puerpe. Vox filie syō inter morientes expandētesq̄ꝫ manus suas. Ve m̄: q̄ defecit aīa mea ꝓpter interfectos. V

Circuite vias ierusalem et aspicite: et cōsiderate et querite ī plateis eius. an inueniatis virū facientē iudiciū. et querentem fidem: et ꝓpitius ero ei. Quod si etiaz viuit dn̄s dixerint: et hoc falso iurabūt. Domine oculi tui respiciūt fidem. Percussisti eos et non doluerūt: attriuisti eos et renuerūt accipe disciplinā. Indurauerūt facies suas supra petrā: et noluerūt reuti. Ego aūt dixi. Forsitā paupes sūt et stulti: ignorātes viā dn̄i et iudiciū dei sui. Ibo ergo ad optiates et loq̄r eis. Ipi eni cognouerūt viā dn̄i iudiciū dei sui. Et ecce magis hij simul confregerūt iugum: ruperūt vincula. Idcirco pcussit eos leo de silua: lupus ad vesperam vastauit eos: pardus vigilās sup ciuitates eoꝝ. Om̄is qui ingressus fuerit ex eis capietur: q̄ multe sūt p̄uaricacōes eoꝝ: cōfortate sūt auersiones eoꝝ. Sup quo ꝓpitius tibi esse potero? filij tui dereliquerūt me: et iurant in hijs. qui nō sūt dij. Saturaui eos et mechati sūt: et in domo meretricis luxuriabantur. Equi amatores in feminas: et emissarij facti sūt: vnusquisq̄ꝫ ad vxorē ꝓximi sui hinniebat. Nūq̄d sup hijs nō visitabo dicit dn̄s: et in gēte tali nō vlciscetur anima mea? Ascendite muros eius et dissipate: consummacōēz aūt nolite facē. Auferte ꝓpagines eoꝝ: q̄ non sūt domini. Preuaricacōe enim p̄uaricata est in me domus israhel et domus iuda ait dominus. Negauert dn̄m: et dixert. Nō est ipse: neq̄ꝫ veniet sup nos malū: gladiū et famē nō videbim⁹. Prophete fuert ī ventū locuti: et responsū nō fuit in eis. Hec ergo eueniēt illis. Hec dic̄ dn̄s de⁹ exercituū. Quia locuti estis verbū istud: ecce ego ado verba mea in ore tuo in ignem et populū istum in ligna: et vorabit eos. Ecce ego adducā sup vos gentē de longinquo domus israhel ait dn̄s: gentē robustam gentē antiquam gentem cuius ignorabis linguam: nec intelliges quid loquatur. Pharetra eius quasi sepulcrū patēs: vniūsi fortes. Et comedet segetes tuas et panē tuū deuorabit: filios tuos et filias tuas cōmedet. gregem tuū et armēta tua: et comedet vineā tuam et ficuz tuā: et cōteret vrbes munitas tuas in quib⁊ tu habes fiduciam gladio. Verūtamē in diebus illis ait dn̄s non faciā vos in cōsūmacōnez. Qd̄ si dixeritis quare fecit dn̄s deus noster nobis hec om̄ia: dices ad eos. Sicut dereliquistis me et seruistis deo alieno in terra vestra: sic seruietis dijs alienis in terra non vr̄a. Annūciate hec domui iacob: et auditū facite in iuda dicētes. Audi popule stulte qui nō habes cor: qui habētes oculos non videtis: et aures et nō auditis. Me ergo nō timebitis ait dn̄s: et a facie mea non dolebitis? Qui posui arenaz terminū mari. p̄ceptū sempiternū quod nō p̄teribit: et cōmouebūtur et nō poterūt: et intumescēt fluctus eius et nō transibūt illud. Populo aūt huic fc̄m ē cor incredulū et exasperās. Recesserūt et abierūt: et nō dixert in corde suo. Metuamus dominū deum nostrū qui dat nobis pluuiam tēporaneaz et serotinā in tp̄e suo: plenitudinē annue messis custodientē nobis. Iniq̄tates nostre declinauerūt hec: et pecc̄a nr̄a

ꝓhibuerunt bonū a nobis: ꝙ inuenti sunt
in populo meo impij insidiantes quasi au=
cupes: laqueos ponētes ⁊ pedicas ad capiē=
dos viros. Sicut decipula plena auib9: sic
domus eoꝝ plene dolo. Ideo magnificati
sūt ⁊ ditati: incrassati sūt ⁊ impiguati: et ꝑte=
rierūt sermones meos pessime. Causam vi=
due nō iudicauerūt: causā pupilli nō dire=
xerūt: ⁊ iudiciū pauperū nō iudicauerunt.
Nūquid sup hijs nō visitabo dicit dn̄s: ā
sup gentē huiuscemodi nō vlciscet̄ anima
mea? Stupor ⁊ mirabilia facta sūt in terra.
Prophete ꝓphetabāt mendaciū: ⁊ sacerdo=
tes applaudebāt manib9 suis: ⁊ ꝑplus me9
dilexit t̄lia. Quid igit̄ fiet in nouissimo ei9?

VI

Confortamini filij beniamin in
medio iherusalē: ⁊ in thecua clāgite
bucina: ⁊ sup beth acaren leuate vexillū: ꝙ
malū visū est ab aquilone ⁊ ɔtricio magna.
Speciose ⁊ delicate assimilaui filiam syon:
ad eā venient pastoēs ⁊ greges eoꝝ. Fixe=
rūt in ea tētoria in circuitu: pascet vnusquis=
q; eos qui sub manu sua sūt. Sanctificate
sup eam bellū: ɔsurgite ⁊ ascendamus i me=
ridie. Ve nobis ꝙ declinauit dies: ꝙ lōgio=
res facte sūt vmbre vesperi. Surgite ⁊ ascē=
damus in nocte: ⁊ dissipemus domus eius:
ꝙ hec dicit dn̄s exercituū. Cedite lignum
eius: ⁊ fundite circa iherusalem aggerem.
Hec est ciuitas visitacōnis: omis calūnia
in medio eius. Sicut frigidā facit cister=
na aquam suam: sic frigidam fecit maliciā
suā. Iniq̄tas et vastitas audiet̄ in ea corā
me semp: infirmitas ⁊ plaga. Erudiē iheru=
salem ne forte recedat anima mea a te: ne
forte ponā te desertā. terrā inhabitabilē.
Hec dicit dn̄s exercituū. Usq; ad racemū
colligēt quasi in vinea reliquias israhel. Cō=
uerte manū tuā quasi vindemiator ad car=
tallū. Cui loquar: et quē ɔtestabor ut audi=
at? Ecce incircūcise aures eoꝝ: et audiē nō
possunt. Ecce verbū domini factū est eis in
opprobriū: ⁊ nō suscipient illud. Idcirco fu=
rore domini plenus sū: laboraui sustinens.
Effunde sup paruulū furorem: et sup ɔciliū
iuuenū simul. Vir enim cū muliere capiet̄:
senex cū pleno dieꝝ. Et transibūt domus
eoꝝ ad alteros agri ⁊ vxores pariter: ꝙ
extendam manū meā sup habitātes terrā
dicit dn̄s. A minore quippe usq; ad maiorē
oīnes auaricie studēt: ⁊ a ꝓpheta usq; ad sa=
cerdotē cūcti faciūt dolū. Et curabāt ɔtricō=
nem filie populi mei cū ignominia dicētes.
pax pax: ⁊ nō erat pax. Confusi sūt ꝙ abo=
minacōēs fecerūt: quī poti9 ɔfusione nō sūt
ɔfusi: ⁊ erubescere nescierūt. Quāobrē cadēt
inter ruentes: in tp̄e visitacōnis sue corruēt
dicit dn̄s. Hec dicit dn̄s. State sup vias ⁊
videte. et interrogate de semitis antiquis
que sit via bona ⁊ ambulate in ea: et inueni=
etis refrigeriū animab9 vestris. Et dixerūt.
Nō ambulabimus. Et ɔstitui sup vos specu=
latores. Et dixi. Audite vocē tube. Et dixe=
rūt. Non audiemus. Ideo audite gentes
et ɔgnosce ɔgnacō: quāta ego faciam eis.
Audi terra. Ecce ego adduco mala sup po=
pulū istū fructū cogitationū eius: ꝙ verba
mea non audierūt: ⁊ legem meā ꝓiecerunt.
Ut quid michi thus de saba affertis: et ca=
lamū suaue olentē de terra longiqua? Olo=
caustomata vestra non sūt accepta: et victie
vestre non placuerūt michi. Propterea hec
dicit dn̄s. Ecce ego dabo in populū istū rui=
nas: et ruēt in eis patres ⁊ filij simul: vicin9
et ꝓximus peribūt. Hec dicit dominus. Ec=
ce venit populus de terra aquilonis. et gēs
magna ɔsurget a finibus terre: sagittā et
gladiū arripiet: crudelis est ⁊ non miserebit̄.
Vox eius quasi mare sonabit: ⁊ sup equos
ascendēt: ꝑparati quasi vir ad p̄liū aduersū
te filia syon. Audiuimus famā eius: dissolu=
te sūt manus nostre. Tribulacō apprehēdit
nos: dolores ut parturientē. Nolite exiē ad
agros: ⁊ in vineā ne ambuletis: qm̄ gladi=
us inimici pauor in circuitu. Filia populi mei
accingere cilicio. et ɔspergere cinere: luctū
vnigeniti fac tibi planctum amarū: ꝙ repē=
te veniet vastator sup vos. Probatorē dedi
te in populo meo robustum: et scies et pro=
babis vias eoꝝ. Omnes isti principes de=
clinantes: ambulantes fraudulenter. Es ⁊
ferrum: vniuersi corrupti sunt. Defecit suffla=
torium in igne: consumptum est plumbum.
Frustra conflauit conflator: malicie enim e=
orū non sunt consumpte. Argentū reprobū
vocate eos: ꝙ dn̄s ꝓiecit illos.

VII

Verbū quod factū est ad iheremiā a dño dicēs. Sta in porta domus dñi: et p̄dica ibi v̄bū istud ⁊ dic. Audite v̄bū dñi omīs iuda: q̄ ingredimini ꝑ portas has. vt adoretis dñm. Hec dicit dñs exercituū deus israhel. Bonas facite vias v̄ras et studia vestra: ⁊ habitabo vobiscū in loco isto. Nolite ɔfidē in v̄bis mendacij: dicētes tēplū domini. templū domini. templū domini ē. Quoniā si bñ direxeritis vias vestras ⁊ studia vestra. si feceritis iudiciū inter virū ⁊ ꝓximū eius. aduene ⁊ pupillo ⁊ vidue nō feceritis calumniā: nec sanguinē innocentē effuderitis in loco hoc. ⁊ post deos alienos non ābulaueritis in malū vobismetipis: habitabo vobiscū in loco isto in terra quā dedi patribꝫ vestris a seculo ⁊ usq; in seculum. Ecce vos ɔfiditis vobis in sermonibꝫ mendacij qui nō ꝓderūt vobis: furari. occidē. adulterai. iurare mēdaciter. libaē baalim: et ire post deos alienos quos ignoratis. Et venistis ⁊ stetistis coram me in domo hac in q̄ inuocatū est nomen meū: ⁊ dixistis liberati sumus eo q̄ fecerimus omēs abominationes istas. Ergo spelūca latronū facta est domus ista: in qua inuocatū est nomē meū in oculis vestris? Ego ego sū: ego vidi dicit dñs. Ite ad locū meū i sylo vbi habitauit nomen meum a principio: ⁊ videte que fecerim ei ꝓpter maliciā populi mei israhel. Et nūc q̄ fecistis omnia opa hec dicit dñs: et locutus sū ad vos mane ɔsurgēs ⁊ loquēs et nō audistis: et vocaui vos ⁊ nō r̄ndistis: faciā domui huic in qua inuocatū ē nomē meū ⁊ in qua vos habetis fiduciam ⁊ loco quē dedi vobis ⁊ p̄ribꝫ vestris sicut feci sylo: et ꝓiciam vos a facie mea sicut ꝓieci omēs fratres v̄ros vniuersū semen ephraim. Tu ergo noli orare ꝓ populo hoc: nec assumas ꝓ eis laudē ⁊ oracōez: ⁊ nō obsistas michi: q̄ nō exaudiā te. Nōne vides quid isti faciūt in ciuitatibꝫ iuda. et in plateis iherusalem? Filij colligūt ligna. et p̄res succendūt ignē: ⁊ mulieres ɔspgūt adipem ut faciāt placētas regine celi ⁊ libent dijs alienis: et me ad iracundiā ꝓuocēt. Nunquid me ad iracundiā ꝓuocāt dicit dñs? Nōne semetipos in ɔfusionē vultus sui? Ideo hec dicit dñs deus. Ecce furor meus ⁊ indignacō mea ɔflatur sup locū istū sup viros ⁊ sup iumēta et sup lignū regionis ⁊ sup fruges terre: et succēdetur ⁊ nō extinguetur. Hec dicit dñs exercituū deus israhel. Olocaustomata v̄ra addite victimis vestris ⁊ comedite carnes: q̄ nō sum locutus cū p̄ribꝫ vestris et nō p̄cepi eis in die qua eduxi eos de terra egipti de v̄bo olocaustomatū et victimarū: s; hoc verbum p̄cepi eis dicēs. Audite vocem meā ⁊ ero vobis deus ⁊ vos eritis michi populus: et ambulate in omi via quā mandaui vobis: ut bene sit voibs. Et nō audierūt nec inclinauerūt aurē suaz: s; abierūt in voluptatibꝫ et in p̄uitate cordis sui mali: factiq; sūt retrorsum ⁊ non in ante a die qua egressi sūt p̄res eorū de terra egipti usq; ad diez hāc. Et misi ad eos omēs suos meos ꝓphetas ꝑ diez. ɔsurgēs diluculo. et mittēs: et nō audierūt me nec inclinauerūt aurem suā s; indurauerūt ceruicez suā: ⁊ peius opati sūt q̄ patres eorū. Et loqueris ad eos omia v̄ba hec et non audiēt te: et vocabis eos ⁊ nō r̄ndebūt tibi. Et dices ad eos. Hec est gens que nō audiuit vocē domini dei sui: nec recepit disciplinā. Perijt fides: ⁊ ablata est de ore eorū. Tonde capillū tuū ⁊ ꝓice. et sume in directū planctū: q̄ ꝓiecit dñs ⁊ reliquit gñationē furoris sui: q̄ fecerūt filij iuda malū in oclis meis dicit dñs. Posuerūt offendicula sua in domo in qua inuocatū est nomē meū ut polluerent eā: ⁊ edificauerūt excelsa thophet que est in valle filij ennon: ut incenderēt filios suos ⁊ filias suas igni. que non p̄cepi nec cogitaui in corde meo. Ideo ecce dies venient dicit dñs: ⁊ nō dicetur amplius tophet et vallis filij ennon s; vallis interfectionis: et sepelient in tophet eo q̄ non sit locus. Et erit morticinū populi huius in cibos volucribus celi ⁊ bestijs terre: ⁊ non erit q̄ abigat. Et quiescē faciā de vrbibꝫ iuda ⁊ de plateis ihrlm vocē gaudij ⁊ vocē leticie: vocē sponsi et vocē spōse. In desolacōe enim erit terra.

VIII

In tēpore illo ait dñs. eicient ossa regis iuda ⁊ ossa principū eius ⁊ ossa sacerdotū et ossa ꝓphetarū ⁊ ossa eorū q̄ habitauerūt iherusalē de sepulcris suis: ⁊ expādent ea ad solem ⁊ lunā ⁊ omēz miliciā celi que

dilexerūt et quibꝫ seruierūt ⁊ post que am=
bulauerūt: ⁊ que quesierūt et adorauerūt.
Nō colligent̄ et nō sepelient̄: in sterq̄liniū
sup faciem terre erūt. Et eligēt magis mor=
tem q̄ vitam oēs qui residui fuerint de co=
gnatione hac pessima: in vniūsis locis que
derelicta sunt ad que eieci eos dicit dn̄s
exercituū. Et dices ad eos. Hec dicit dn̄s.
Nūquid qui cadit nō resurget: ⁊ q̄ auersus
est nō reuertet̄? Quare ergo auersus est ppl̄s
iste in ierusalē auersione ɔtētiosa? Appre=
henderūt mendaciū: ⁊ noluerūt reuti. Attē=
di ⁊ auscultaui: nemo quod bonū ē loquit̄.
Nullus est qui agat penitentiā sup pecca=
to suo dicēs. Quid feci? Oēs ɔūsi sūt ad
cursum suū: quasi equus impetu vadēs in
preliū. Miluus in celo cognouit tempus
suū: turtur et hirundo ⁊ ciconia custodierūt
tempus aduentus sui: populus autē meus
nō cognouit iudiciū domini. Quō dicitis sa=
pientes nos sumus: ⁊ lex dn̄i nobiscū est?
Vere mendaciū operatus ē stilus mēdax
scribarū. Cōfusi sūt sapiētes: ꝑterriti ⁊ capti
sūt. Verbū enim domini ꝓiecerūt: ⁊ sapiētia
nulla est in eis. Propterea dabo mulieres
eorū exteris: agros eorū heredibꝫ. Quia a
minimo usq; ad maximū oēs auariciā secūt̄:
a ꝓpheta usq; ad sacerdotē cuncti faciunt
mendaciū. Et sanabāt ɔtricōnes filie ppl̄i
mei ad ignominiā dicētes. pax pax: cū nō
esset pax. Confusi sūt q̄ abominacōēs fece=
rūt: quī pmmo ɔfusione non sūt ɔfusi: ⁊ eru=
bescere nescierūt. Idcirco cadēt inter corru=
entes: in tempꝰe visitacōnis sue corruēt di=
cit dn̄s. Congregās ɔgregabo eos ait do=
minus. Non est vua in vitibꝫ ⁊ nō sūt ficus
in ficulnea: foliū defluxit: ⁊ dedi eis que pre=
tergressa sūt. Quare sedemus? Couenite
et ingrediamur ciuitatē munitā ⁊ sileamꝰ
ibi: q̄ dn̄s deus noster silere nos fecit: et po=
tū dedit nobis aquam fellis. Peccauimus
enim dn̄o. Expectauimus pacē ⁊ non erat
bonū: tempus medele: ⁊ ecce formido. A
dan auditus est fremitus equorū eius: a vo=
ce hinnituū pugnatorū eiꝰ ɔmota est oīs
terra. Et venerūt ⁊ deuorauerūt terrā ⁊ pleni=
tudinē eius: vrbē ⁊ habitatores eius. Quia
ecce ego mittam vobis serpentes regulos
quibꝫ non est incantacio: ⁊ mordebunt vos
ait dominus. Dolor meus sup dolorē: in me
cor meū merēs. Ecce vox clamoris filie ppl̄i
mei de terra longinqua. Nunquid dn̄s nō
est in syon. aut rex eiꝰ non ē in ea? Quaē er=
go me ad iracundiā ɔcitauerūt in sculptili=
bus suis: ⁊ in vanitatibꝫ alienis? Transijt
messis: finita ē estas: ⁊ nos saluati nō sumꝰ.
Sup ɔtricōne filie populi mei ɔtritus sū ⁊ cō=
tristatus: stupor obtinuit me. Nūq̄d resina
nō est in galaad. ā medicus nō ē ibi? Qua=
re ergo nō ē obducta cicatrix filie ppl̄i mei?

Quis dabit capiti meo aquā: IX
et in oculis meis fontē lacrimarū? Et
plorabo die ⁊ nocte interfectos filie ppl̄i
mei. Quis dabit me in solitudine diūsoriū
viatorū? Et derelinquā populū meū ⁊ rece=
dam ab eis: quoniā oēs adulteri sūt et ce=
tus p̄uaricatorū: ⁊ extenderūt linguam suā
quasi arcū mendacij ⁊ nō veritatis. Confor=
tati sūt in terra: q̄ de malo ad malū egressi
sūt: ⁊ me nō ɔgnouerūt dicit dn̄s. Vnusquis=
q; se a ꝓximo suo custodiat: ⁊ in oīni fratre
suo nō habeat fiduciā: q̄ oīs frater supplā=
tās supplantabit: ⁊ oīs amicus fraudulē=
ter incedet: ⁊ vir frēm suū deridebit et veri=
tatem non loquēt̄. Docuerūt enim linguam
suā loqui mendaciū: ut inique agerent la=
borauerūt. Habitatio tua in medio doli: in
dolo renuerūt scire me dicit dn̄s. Proptēa
hec dicit dn̄s exercituū. Ecce ego conflabo
et ꝓbabo eos. Quid enim aliud faciā a facie
filie populi mei? Sagitta vulnerās lingua
eorū: dolū locuta ē. In ore suo pacē cū ami=
co suo loquitur: ⁊ occulte ponit ei insidias.
Nūquid sup hijs nō visitabo dicit dominus:
aut in gente huiuscemodi nō vlciscet̄ aīa
mea? Sup mōtes assumā fletū ac lamentū:
et sup speciosa deserti planctū: quoniā incē=
sa sūt eo q̄ non sit vir ꝑtransiēs: ⁊ nō audi=
erūt vocem possedētis. A volucre celi usq;
ad pecora transmigrauerūt ⁊ recesserūt. Et
dabo ierusalē in aceruos arene ⁊ cubilia dra=
conū: ⁊ ciuitates iuda dabo in desolacōem
eo q̄ nō sit habitator. Quis est vir sapiens
qui intelligat hoc ⁊ ad quē verbū oris dn̄i
fiat ut annūciet istud: quare perierit terra
et exusta sit quasi desertum eo q̄ non sit qui

ꝑtranseat? Et dixit dñs. Quia dereliquerūt
legē meā quā dedi eis. et nō audierūt vocē
meam. et nō ambulauerūt in ea: ⁊ abierunt
post prauitatem cordis sui. et post baalim
quod didicerūt a patribꝫ suis: idcirco hec
dicit dñs exercituū deus israhel. Ecce ego ci=
babo populū istū absinthio ⁊ potū dabo eis
aquam fellis: ⁊ dispgam eos in gentibus
quas non nouerūt ipsi ⁊ pr̄es eoꝝ: ⁊ mittā
post eos gladiū donec ɔsumant᷑. Hec dicit
dñs exercituū. Contemplamini et vocate
lamētatrices ut veniāt: ⁊ ad eas q̄ sapiētes
sūt mittite et ꝓperēt: festinēt ⁊ assumāt sup
nos lamentū. Deducāt oculi nr̄i lacrimas:
et palpebre nostre defluāt aquis: quia vox
lamentacōnis audita est de syon. Quō va=
stati sumus: ⁊ ɔfusi vehementer? Quia dereli=
q̄mus terrā: quoniā deserta sunt tabnacula
nr̄a. Audite ergo mulieres vbum domini:
et assumat auris vestra smonē oris eius: et
docete filias vr̄as lamētū et vnaq̄qꝫ ꝓximā
suam planctū: q2 ascendit mors p fenestras
nr̄as. ingressa est domos nr̄as: dispdē par=
uulos deforis. iuuenes de plateis. Loquere
Hec dicit dñs. Et cadet morticinū hominis
quasi stercus sup faciem regionis: ⁊ quasi
fenū post tergū metētis: ⁊ nō est q̄ colligat.
Hec dicit dñs. Nō glorietur sapiēs in sapi=
entia sua. et nō glorietur fortis in fortitudine
sua. et nō glorietur diues in diuitiis suis: sꝫ
in hoc glorietur qui gloriatur. scire ⁊ nosse me:
q2 ego sū dominus qui facio misericordiā
et iudiciū ⁊ iusticiam in terra. Hec enī pla=
cēt michi ait dñs. Ecce dies veniēt dicit do=
minus. et visitabo sup omēz qui incircūcisuz
habet prepucium. super egiptū. et super iu=
dam et sup edom. et sup filios ammō et sup
moab: ⁊ super omnes qui attonsi sunt in co=
mam habitātes in deserto: q2 omēs gētes
habent prepuciū: omnis autem domus isra=
hel incircūcisi sunt corde.

Audite vbū quod locutus ē dñs sup vos do=
mus israhel. Hec dicit dñs. Iuxta vias gen=
tium nolite discere: et a signis celi nolite
metuere que timent gentes: q2 leges po=
puloꝝ vane sunt. Quia lignū de saltu p̄ci=
dit: opus manus artificis ī ascia. Argēto et
auro decorauit illud: clauis ⁊ malleis ɔpegit
vt non dissoluat᷑. In similitudinē palme
fabricate sūt. et nō loquent᷑: portata tollent᷑:
q2 incedere nō valēt. Nolite ergo timere
ea: q2 nec male possunt facere nec bene. Nō
est similis tui dñe: magnus es tu: ⁊ magnū
nomē tuū in fortitudine. Quis nō timebit te
o rex gentiū? Tuū est enim decus. Inter cū=
ctos sapiētes gentiū. et in vniūsis regnis
eoꝝ. nullus est similis tui: pariter insipien=
tes et fatui ꝓbabūt᷑. Doctrina vanitatis eo=
rū lignū est. Argētum inuolutū de tharsis
affertur: ⁊ auruꝫ de ophir opus artificis et
manus erarii: iacinctus ⁊ purpura indumē=
tum eoꝝ. Opus artificū vniūsa hec: dñs aūt
deus verus ē. Ipse est deus viuēs: ⁊ rex sem=
piternus. Ab indignacōe eiꝰ ɔmouebitur
terra: ⁊ nō sustinebūt gētes ɔminacōꝫ eius.
Sic ergo dicetis eis. Dii qui celos ⁊ terrā
nō fecerūt. pereāt de terra: ⁊ de hiis que sb
celo sūt. Qui facit terram in fortitudine sua.
p̄parat orbē in sapientia sua. et prudētia sua
extēdit celos: ad vocem suam dat multitu=
dinem aquarū in celo: ⁊ eleuat nebulas ab
extremitatibꝫ terre. Fulgura ī pluuiā facit:
et educit ventum de thesauris suis. Stultus
factus ē omnis homo a sciā sua: ɔfusus ē ar=
tifex omnis in sculptili: qm̄ falsuꝫ ē qđ cōfla=
uit ⁊ nō est spūs in eis. Vana sūt: ⁊ opus
eoꝝ risu dignū. In tēpore visitacōis sue pi=
būt. Nō est hiis similis pars iacob. Qui e=
nim formauit omīa ipse ē: ⁊ israhel virga he=
reditatis eiꝰ. Dñs exercituū nomē illi. Con=
grega de terra ɔfusionē tuam q̄ habitas in
obsidione: q2 hec dicit dñs. Ecce ego lōge
ꝓiciam habitatores terre in hac vice: ⁊ tri=
bulabo eos ita ut nō inueniāt᷑. Ve michi su=
per contricōe mea: pessima plaga mea. Ego aūt
dixi. Plane hec infirmitas mea ē: ⁊ portabo
illam. Tabernaculū meum vastatum ē: oēs
funiculi mei dirupti sūt. Filii mei exierunt a
me: ⁊ nō subsistūt. Nō est qui extēdat vltra
tentoriū meū ⁊ erigat pelles meas: q2 stul=
te egerūt pastores ⁊ dñm nō quesierūt: pro=
pterea non intellexerūt. et omīs grex eoꝝ
dispersus ē. Vox audicōnis ecce venit: ⁊ cō=
motio magna de terra aquilonis: ut ponat
ciuitates iuda solitudinē ⁊ habitacula dra=
conū. Scio dñe q2 non ē hominis via eius:

nec viri est ut ābulet ⁊ dirigat gressus suos.
Corripe me dn̄e: veruntamē in iudicio ⁊ nō
in furore tuo: ne forte ad nichiluz redigas
me. Effunde indignacōem tuā sup gentes.
que nō cognouerūt te: ⁊ sup ꝓuincias que
nomē tuū nō inuocauerūt: q2 comederunt
iacob. et deuorauerunt eum et consumserūt
illū: ⁊ decus eius dissipauerunt. XI

Verbū quod factū est a dn̄o ad ihere-
miā dicēs. Audite v̄ba pacti huius:
et loquimini ad viros iuda ⁊ ad habitato-
res iherusalem: ⁊ dicetis ad eos. Hec dicit
dominus deus israhel. Maledictus vir qui
nō audierit v̄ba pacti huius: quod p̄cepi
prīb3 vr̄is i die q̄ eduxi eos de terra egipti
de fornace ferrea dicēs. Audite vocē meā
et facite oīa que p̄cepi vobis: ⁊ eritis mi
in populū ⁊ ego ero vobis in deū: ut suscitez
iuramentū qđ iuraui prīb3 vr̄is daturū me
eis terram fluentē lacte ⁊ melle sicut ē dies
hec. Et respondi ⁊ dixi. Amē domine. Et di-
xit dn̄s ad me. Vociferare omnia v̄ba hec
in ciuitatib3 iuda ⁊ foris iherusalez dicens.
Audite v̄ba pacti huius ⁊ facite illa: quia
ꝯtestans ꝯtestatus sū patres vr̄os in die q̄
eduxi vos de terra egipti usq3 ad diē hāc.
Mane ꝯsurgēs ꝯtestatus sū ⁊ dixi audite
vocem meā: ⁊ non audierūt nec inclinaue-
rūt aurem suā: ꝫ abierūt vnusquisq3 in pra-
uitate cordis sui mali. Et induxi sup eos o-
mnia v̄ba pacti huius: qđ p̄cepi vt facerēt
et nō fecerūt. Et dixit dn̄s ad me. Inuenta
est ꝯiuracō in viris iuda ⁊ in habitatorib3
iherusalē. Reuīsi sunt ad iniquitates patruz
suoꝝ priores: q̄ noluerūt audire v̄ba mea.
Et hij ergo abierunt post deos alienos ut
seruirēt eis. Irritum fecerūt domus israhel
et domus iuda pactum meū: qđ pepigi cū
prīb3 eoꝝ. Quamobrē hec dicit dn̄s. Ecce
ego inducā sup eos mala de quib3 exire nō
poterūt: ⁊ clamabūt ad me ⁊ non exaudiā
eos. Et ibūt ciuitates iuda ⁊ habitatores
iherusalē ⁊ clamabūt ad eos quib3 libant:
et non saluabūt eos in tp̄e afflictōis eoꝝ.
Scđm enim numerū ciuitatū tuaꝝ erāt dij
tui iuda: ⁊ scđm numerū viaꝝ iherusalē po-
suisti aras ꝯfusionis: aras ad libandū baa-
lim. Tu ergo noli orare ꝓ populo hoc: et ne
assumas ꝓ eis laudē ⁊ oracōem: q2 nō exau-
diam in tempore clamoris eoꝝ ad me: in tē-
pore afflictōis eoꝝ. Quid est qđ dilectus
meus in domo mea facit scelera multa? Nū-
quid carnes sancte auferēt a te malicias tu-
as: in quib3 gloriata es? Oliuam vberē pul-
cram fructiferā speciosaz vocauit dn̄s nomē
tuū. Ad vocē loquele grādis exarsit ignis
in ea: ⁊ ꝯbusta sūt frutecta eius. Et dominus
exercituū qui plantauit te locutus ē sup te
malū: ꝓ malis domus israhel ⁊ domus iuda
q̄ fecerūt sibi ad irritandū me libātes baa-
lim. Tu aūt domine demonstrasti michi ⁊ co-
gnoui: tu ostendisti michi studia eoꝝ: et e-
go quasi agnus mansuetus q̄ portat᷑ ad vi-
ctimā. Et nō cognoui q2 cogitauerūt sup
me ꝯsilia dicētes: mittamus lignū in panē
eius. et eradamus eū de terra viuentiū: ⁊ no-
men eius nō memoret᷑ amplius. Tu autez
domine sabaoth q̄ iudicas iuste ⁊ probas
renes ⁊ corda: videam vltionē tuaz ex eis.
Tibi enim reuelaui causam meā. Propterea
hec dicit dn̄s ad viros anathot: qui querūt
aīaz tuā ⁊ dicūt. Nō ꝓphetabis in noīe dn̄i:
et non morieris in manib3 nr̄is. Propterea
hec dicit dn̄s exercituuz. Ecce ego visitabo
sup eos. Iuuenes morient᷑ in gladio: filij eo-
rum ⁊ filie eoꝝ morient᷑ in fame: ⁊ reliquie
non erūt ex eis. Inducam enim malū sup vi-
ros anathot: annū visitacōis eoꝝ. XII

Iustus quidē tu es dn̄e si disputē tecum: ve-
runtamē iusta loquar ad te. Quare via im-
pioꝝ ꝓsperat᷑: bene ē omnib3 q2 p̄uaricant᷑
et inique agūt? Plantasti eos ⁊ radicez mi-
serunt: ꝓficiūt ⁊ faciūt fructū. Prope es tu
ori eoꝝ: ⁊ longe a renib3 eoꝝ. Et tu domine
nosti me: vidisti me ⁊ ꝓbasti cor meū tecuz.
Congrega eos quasi gregē ad victimā: et
sanctifica eos in die occisionis. Usq3 quo lu-
gebit terra: ⁊ herba oīs regionis siccabit᷑
ꝓpter maliciam habitantiū in ea? Consum-
ptum ē animal ⁊ volucre: quoniā dixerūt nō
videbit nouissima nr̄a. Si cū peditibus cur-
rēs laborasti: quō ꝯtēdere poteris cū eq̄s?
Cū aūt in terra pacis secura fueris: quid fa-
cies in supbia iordanis? Nam et fratres tui
et domus patris tui. etiam ipi pugnauerūt
aduersū te: ⁊ clamauerūt post te plena voce.

Ne credas eis: cum locuti fuerint tibi bona.
Reliqui domū meā: dimisi hereditatē meā.
Dedi dilectam aīaʒ meā in manū inimicoꝝ
eius: facta est michi hereditas mea quasi
leo in silua. Dedit ɔtra me vocē: ideo odiui
eaʒ. Nūquid auis discolor hereditas mea
michi? Nūquid auis tīcta ꝑ totū? Venite
ɔgregamini oīes bestie terre: ꝓperate ad
deuorandū. Pastores multi demoliti sūt vi-
neā meaʒ: ɔculcauerūt parteʒ meā. Dederūt
porcōeʒ meaʒ desiderabilē in desertū solitudi-
nis: posuerunt eā in dissipacōem: luxitq; su-
ꝑ me. Desolacōne desolata est oīs terra:
q̄r nullus est qui recogitet corde. Sup oēs
vias deſti venerūt oīes vastatores: quia
gladius domini deuorauit ab extremo t̄re
vsq; ad extremū eius. Non est pax vniūse
carni. Seminauerūt triticū ⁊ spinas messu-
erūt: hereditatē acceperūt: ⁊ nō ꝓderit. Cō-
fundemini a fructibꝫ vr̄is: ꝓpter irā furoris
domi. Hec dicit dn̄s aduersū oīes vicinos
meos pessimos: qui tangūt hereditatē quā
distribui ꝑplo meo israhel. Ecce ego euellaʒ
eos de terra eoꝝ: ⁊ domū iuda euellam de
medio eoꝝ. Et cū euulsero eos ɔuertar et
miserebor eoꝝ: ⁊ reducā eos virū ad here-
ditatē suaʒ: et virū in terrā suā. Et erit: si eru-
diti didicerint vias populi mei ut iurent in
nomine meo viuit dn̄s. sicut docuerūt ꝑplm
meū iurare in baal: edificabūt in medio po-
puli mei. Qd si non audierint: euellā gēteʒ
illā euulsione ⁊ ꝑdicōne ait dn̄s. XIII

Hec dicit dn̄s ad me. Vade ⁊ posside ti-
bi lūbare lineū: ⁊ pones illud sup lū-
bos tuos: ⁊ in aquā nō inferes illud. Et pos-
sedi lūbare iuxta vbū domini: ⁊ posui circa
lūbos meos. Et factus ē sermo domini ad
me secundo dicēs. Tolle lūbare qd posse-
disti quod est circa lūbos tuos: ⁊ surgens
vade ad eufraten: et abscon de ibi illud ī fo-
ramine petre. Et abiji ⁊ abscondi illud in eu-
fraten: sicut p̄ceperat michi dn̄s. Et factū ē
post dies plurimos: dixit dn̄s ad me. Sur-
ge ⁊ vade ad eufraten: ⁊ tolle inde lūbare
quod p̄cepi tibi ut absconderes illud ibi.
Et abij ad eufraten: ⁊ fodi ⁊ tuli lumbaē de
loco vbi absconderā illud. Et ecce ɔputrue-
rat lūbare: ita ut nulli vsui aptum esset. Et
factū est vbū domi ad me dicēs. Hec dic̄
dn̄s. Sic putrescē faciā supbiā iuda. et su-
pbiā iherusalē multā: populū istū pessimū.
qui nolūt audire vba mea. et ambulāt in p̄-
uitate cordis sui: abieruntq; post deos alie-
nos ut seruirēt eis ⁊ adorarent eos. Et erit
sicut lūbare istud: quod nulli vsui aptū est.
Sicut enī adheret lūbare ad lūbos viri sic
agglutinaui michi omnē domū israhel ⁊ oēʒ
domū iuda dicit dn̄s ut essent michi ī ꝑplm
et in nomē ⁊ in laudē et in gloriā: et nō audi-
erūt. Dices ergo ad eos sermonē istū. Hec
dic̄ dn̄s deus isrl̄. Oīs laguncula implebi-
tur vino. Et dicent ad te. Nunquid ignora-
mus q̄r oīs laguncula implebitur vino?
Et dices ad eos. Hec dicit dominus. Ecce
ego implebo oēs habitatores terre huius
et reges qui sedēt de stirpe dauid sup thro-
nū eius. et sacerdotes ⁊ ꝓphetas ⁊ oīes ha-
bitatores iherusalē ebrietate: ⁊ dispergam
eos virū a fratre suo: ⁊ p̄res ⁊ filios pariter
ait dn̄s. Non parcā ⁊ non ɔcedā: neq; mise-
rebor ut nō disperdā eos. Audite ⁊ auribꝫ
ꝑcipite: nolite eleuari: q̄r dn̄s locutus ē. Da-
te domino deo vestro gloriaʒ anteq̄ɋ cōtene-
brescat: et anteq̄ɋ offendant pedes vestri ad
montes caligosos. Expectabitis lucem: et
ponet eā in vmbrā mortis. et in caliginē. Qd
si hoc nō audieritis: in abscondito plorabit
anima mea a facie supbie. Plorās plorabit
et deducet oculus meus lacrimā: q̄r captus
est grex domini. Dic regi ⁊ dn̄atrici. Humi-
liamini: sedete in terra: quoniā descendet de
capite vestro corona glorie vestre. Ciuitates
austri clause sūt: ⁊ nō ē qui aperiat. Transla-
ta est omnis iuda transmigracōne ꝑfecta.
Leuate oculos vestros ⁊ videte: qui venitis
ab aquilone. Vbi ē grex qui datus est tibi:
pecus inclitū tuū? Quid dices cū visitauerit
te? Tu enim docuisti eos aduersū te: ⁊ erudi-
sti in caput tuū. Nūq̄d nō dolores apprehē-
derūt te quasi mulierē parturiētem? Quod
si dixeris in corde tuo quare venerūt michi
hec: ꝓpter multitudinē iniquitatis tue reue-
lata sūt verecūdiora tua: pollute sūt plante
tue. Si mutare potest ethiops pellem suaʒ
aut pardus varietates suas: et vos poteri-
tis benefacere cum didiceritis malum. Et

P
II

dissemīabo eos quasi stipulā que vēto raptat᷑ in deserto. Hec sors tua parsq; mensurē tue a me dicit dn̄s: q2 oblita es mei et ꝯfisa es in mēdacio. Vnde et ego nudaui femora tua ꝯtra faciem tuā: et apparuit ignominia tua: adulteria tua et hinnitus tuus et scelus fornicacōnis tue. Sup colles in agro vidi abominacōes tuas. Ve tibi ihrl̄m. Nō mūdaberis post me. Vsq; q° adhuc. XIIII

Verbū domini qd̄ factū ē ad iheremiā de sermonibꝯ siccitatis. Luxit iudea: et porte eius corruerūt et obscurate sūt in t̄ra: et clamor iherusalem ascendit. Maiores miserūt minores suos ad aquā: venerūt ad hauriendū. Nō inuenerūt aquā: reportauerūt vasa sua vacua. Confusi sūt et afflicti: et operuerūt capita sua ꝓpter terre vastitatē: q2 non venit pluuia in terrā. Cōfusi sūt agricole: operuerūt capita sua. Nā et cerua in agro peperit et reliquit q2 non erat herba: et onagri steterūt in rupibꝯ. Traxerūt ventū quasi dracones: defecerūt oculi eoꝝ q2 nō erat herba. Si iniquitates nostre rn̄derint nobis: dn̄e fac ꝓpter nomen tuū: quoniā multe sūt auersiones nostre. Tibi peccauim⁹ expectacō israhel: saluator noster in t̄pe tribulacōnis. Quaē quasi colonus futurus es in terra: et quasi viator declinās ad manendū? Quaē futurus es velut vir vagus: et fortis qui nō potest saluaē? Tu aūt in nobis es dn̄e: et nomē tuū inuocatū est sup nos: ne derelinquas nos. Hec dicit dn̄s populo huic qui dilexit mouere pedes suos et nō quieuit: et dn̄o nō placuit. Nūc recordabit᷑ iniquitatū eoꝝ: et visitabit peccata eoꝝ. Et dixit dn̄s ad me. Noli orare pro populo isto in bonū. Cū ieiunauerint nō exaudiā p̄ces eoꝝ: et si obtulerint olocaustomata et victimas nō suscipiam ea: quoniā gladio et fame et peste ego cōsumam eos. Et dixi. A a a dn̄e deus. Prophete dicūt eis. Nō videbitis gladiū et fames nō erit in vobis: s3 pacē verā dabit vobis in loco isto. Et dixit dn̄s ad me. Falso ꝓphete vaticinant᷑ in nomine meo. Nō misi eos: et nō p̄cepi eis: neq; locutus sū ad eos. Visionē mendacē et diuinacōē fraudulentā et seductōē cordis sui ꝓphetāt vobis. Idcirco hec dic̄ dn̄s de ꝓphetis q̄ ꝓphetant in nomīe meo quos ego nō misi: dicentes gladius et fames non erit in terra hac. In gladio et fame ꝯsumentur ꝓphete illi: et ꝑli quibꝯ ꝓphetāt erūt ꝓiecti in viis iherusalē p̄ fame et gladio: et nō erit qui sepeliat eos: ipi et vxores eoꝝ filii et filie eoꝝ: et effundā super eos malū suū. Et dices ad eos v̄bum istud. Deducāt oculi mei lacrimā p̄ noctem et diē et nō taceāt: quoniā ꝯtricōe magna cōtrita ē virgo filia ꝑli mei: plaga pessima vehemēter. Si egressus fuero ad agros ecce occisi gladio: et si introiero in ciuitatē ecce attenuati fame. Propheta nāq; et sacerdos abierūt in terrā quā ignorabāt. Nūquid ꝓiciēs abiecisti iudā: aut syō abominata est anima tua? Quaē ergo p̄cussisti nos ita ut nulla sit sanitas? Expectauimus pacem et nō est bonū: et tempus curacōnis: et ecce turbacō. Cognouimus dn̄e impietates nostras: iniquitates p̄rm nostroꝝ q2 peccauimus tibi. Ne des nos in opprobrium ꝓpter nomē tuū: neq; facias nobis ꝯtumeliā. Solii glorie tue recordaē: ne irritū facias fedus tuū nobiscū. Nūquid sūt in sculptilibꝯ gentium qui pluāt: aut celi possunt daē ymbres nisi tu volueis? None tu es dn̄s deus nr̄ quē expectauim⁹? Tu eni fecisti oīa hec. XV

Et dixit dn̄s ad me. Si steterit moyses et samuel coram me: nō est anima mea ad pplm̄ istū. Eice illos a facie mea: et egrediant᷑. Quod si dixerint ad te quo egrediem᷑: dices ad eos. Hec dicit domin⁹. Qui ad mortem ad mortē. et qui ad gladiū ad gladiū: et qui ad famē ad famē: et q̄ ad captiuitatē ad captiuitatē. Et visitabo sup eos q̄tuor species dicit dn̄s. Gladiū ad occisionē. et canes ad lacerādū: et volatilia celi et bestias terre ad deuorandū et dissipādū: et dabo eos in feruorē vniūsis regnis terre ꝓpter manassen filiū ezechie regis iuda sup omnibꝯ q̄ fecit in iherusalē. Quis enim miserebit᷑ tui iherusalē? Aut quis ꝯtristabit᷑ pro te? Aut quis ibit ad rogandū p̄ pace tua? Tu reliquisti me dicit dn̄s: retrorsū abisti. Et extendā manū meā sup te: et interficiam te. Laboraui rogās. Et disp̄gam eos ventilabro in portis t̄re. Interfeci et disp̄didi pplm̄ meum: et tamen a viis suis non sunt reuersi.

Multiplicate sũt m̄ vidue eius: sup harenā
maris. Induxi eis sup matrē adolescentis
vastatorē meridie: misi sup ciuitates repēte
terrorē. Infirmata est q̄ pepit septē: defecit
aīa eius. Occidit ei sol cū adhuc esset dies:
ɔfusa est ⁊ erubuit. Et residuos eius in gla-
diū dabo in ɔspectu inimicoꝝ eoꝝ ait dn̄s
deus. Ve michi mater mea. Quaē genuisti
me virū rixe: virū discordie in vniuersa ter-
ra? Nō feneraui: nec fenerauit michi quisq̄.
Oēs maledicūt michi dicit dn̄s. Si nō re-
liquie tue in bonū: si nō occurreit tibi in tp̄e
afflictōnis: ⁊ in tempore tribulacōnis adu̇-
sum inimicū. Nūquid federabit ferrū ferro
ab aquilone ⁊ es? Diuitias tuas ⁊ thesauros
tuos in direpcōz dabo gratis ī omib⁹ pccis
tuis: ⁊ in omib⁹ terminis tuis. Et adducaz
inimicos tuos de terra quā nescis: q̄r ignis
succensus est in furoē meo: ⁊ sup vos arde-
bit. Tu scis domine: recordare mei ⁊ visita
me: ⁊ tuē me ab hijs qui psecūt me. Noli ī
patiētia tua suscipere me. Scito quomā su-
stinui ꝓpter te obprobriū. Inuenti sūt s̄moēs
tui: ⁊ comedi eos. Et factuz est michi vbū
tuū in gaudiū ⁊ ī leticiā cordis mei: quomā
inuocatum est nomē tuū sup me. dn̄s deus
exercituū. Nō sedi in ɔcilio ludentiū: ⁊ glo-
riatus sū a facie manus tue. Solus sedebā:
quoniam ɔminacōe replesti me. Quare fa-
ctus est dolor meus ꝑpetuus: ⁊ plaga mea
desperabilis? Renuit curari. Facta ē michi
quasi mendaciū aquaꝝ infideliū. Propter
hoc hec dicit dn̄s. Si ɔuerteis ɔuertā te. et
ante faciem meā stabis: ⁊ si separaueris p̄-
ciosum a vili: quasi os meū eris. Conuertē-
tur ipsi ad te: ⁊ tu nō cōuerteris ad eos. Et
dabo te populo huic in murū ereum fortez:
et bellabūt aduersū te ⁊ nō p̄ualebūt: quia
ego tecum sū ut saluē te ⁊ eruam te dicit do-
minus. Et liberabo te de manu pessimorū: et
redimam te de manu fortium. XVI

Et factū est vbū domini ad me dicēs.
Nō accipies vxorē: ⁊ nō erūt tibi filij
et filie in loco isto. Quia hec dicit dn̄s sup fi-
lios ⁊ filias qui generāt in loco isto: ⁊ sup
matres eoꝝ que genuerunt eos: ⁊ sup pa-
tres eoꝝ de quoꝝ stirpe sunt nati in terra
hac. Mortibus egrotationū morient. Nō
plangent et nō sepelient: in sterquilinū sup
faciē terre erūt. Et gladio ⁊ fame ɔsumēt:
et erit cadauer eoꝝ in escam volatilib⁹ celi
et bestijs terre. Hec enim dicit dn̄s. Ne in-
grediaris domum conuiuij neq̄ vadas ad
plangendū: neq̄ ɔsoleris eos quia abstuli
pacem meam a populo isto dicit dominus:
misericordiā ⁊ miseracōes. Et morient grā-
des ⁊ parui ī terra ista: nō sepelient neq̄ plā-
gent: et nō se incidēt neq̄ caluiciū fiet ꝑ eis.
Et nō frangēt inter eos lugēti panē ad cō-
solandū sup mortuo: ⁊ nō dabūt eis potū ca-
licis ad ɔsolandū sup patre suo ⁊ matre. Et
domū ɔuiuij nō ingrediaris ut sedeas cū eis
et comedas ⁊ bibas: q̄r hec dicit dn̄s exerci-
tuū deus israhel. Ecce ego auferā de loco isto
in oculis vestris ⁊ in dieb⁹ vestris vocē gau-
dij et vocem leticie: vocem sponsi et vocem
sponse. Et cū annūciaueis populo huic oīa
verba hec et dixerūt tibi. quare locutus est
dn̄s sup nos oīne maluz grande istud: que
nostra iniquitas ⁊ qd̄ peccatū nostrū quod
peccauimus dn̄o deo nostro: dices ad eos.
Quia dereliquerūt me patres vestri ait dn̄s:
et abierūt post deos alienos et s̄uierūt eis.
et adorauerūt eos: ⁊ me dereliquerunt ⁊ le-
gem meā nō custodierūt. Sed et vos pei⁹
operati estis q̄r patres vestri. Ecce enim am-
bulat vnusquisq̄ post prauitatē cordis sui
mali: ut me nō audiat. Et eiciā vos de terra
hac in terram quā ignoratis vos ⁊ patres
vestri: ⁊ s̄uietis ibi dijs alienis die ac nocte
qui nō dabūt vobis requiē. Propterea ec-
ce dies veniēt dicit dn̄s: ⁊ nō dicet vltra vi-
uit dn̄s qui eduxit filios israhel de terra egi-
pti. sed viuit dn̄s qui eduxit filios israhel de
terra aquilonis. et de vniūsis terris ad q̄s
eieci illos: ⁊ reducam eos in terram suā quā
dedi patrib⁹ eoꝝ. Ecce ego mittā piscatoēs
multos dicit dn̄s: ⁊ piscabūt eos. Et post
hec mittaz eis multos venatores ⁊ venabūt
eos de omi monte et de omi colle ⁊ de cauer-
nis petraꝝ: q̄r oculi mei sup oēs vias eoꝝ.
Non sūt abscondite a facie mea: ⁊ non fuit
occultata iniq̄tas eoꝝ ab oculis meis. Et
reddaz primū duplices iniquitates ⁊ pccā
eoꝝ: q̄r ɔtaminauerūt terram meā in morti-
cinis ꝑ dolorꝝ suoꝝ: ⁊ abominacōnib⁹ suis

impleuerũt hereditatẽ meã. Dñe fortitudo mea et robur meũ: et refugium meũ in die tribulacõis. Ad te gentes veniẽt ab extremis terre ⁊ dicẽt. Vere mendaciũ possederũt patres nostri: vanitatẽ que eis non ꝓfuit. Nunquid faciet sibi homo deos? Et ipi nõ sunt dij. Idcirco ecce ego ostendã eis ꝑ vicẽ hãc: ostẽdã eis manũ meã ⁊ ꝟtutẽ meã: et scient q̃ nomen michi dñs.

XVII

Peccatum iuda scriptũ est stilo ferreo in vngue adamãtino: exaratũ sup latitudinẽ cordis eoꝝ: ⁊ in cornib⁹ araꝝ eorum. Cũ recordati fuerint filij eoꝝ araꝝ suaꝝ ⁊ lucoꝝ suoꝝ lignoꝝ q̃ꝫ frondentiũ in montib⁹ excelsis sacrificãtes in agro: fortitudinem tuã ⁊ oĩes thesauros tuos in direpcõẽ dabo: excelsa tua ꝓpter peccata in vniuersis finib⁹ tuis. Et relinqueris sola ab hereditate tua quam dedi tibi: ⁊ seruire te faciã inimicis tuis in terra quã ignoras. Quoniam ignẽ succendisti in furore meo: usq̃ꝫ ĩ eternũ ardebit. Hec dicit dñs. Maledc̃us homo qui ɔfidit in homine: ⁊ ponit carnem brachiũ suũ: ⁊ a dño recedit cor eius. Erit enim quasi mirice in deserto: ⁊ nõ videbit cũ venerit bonũ: ſꝫ habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis ⁊ inhabitabili. Bñdictus vir qui ɔfidit in dño: ⁊ erit dñs fiducia eius. Et erit quasi lignũ quod transplãtatᷣ sup aquas: qd̃ ad humorẽ mittit radices suas: ⁊ nõ timebit cũ venerit estus. Et erit foliũ eius viride: ⁊ in tp̃e siccitatis nõ erit sollicitũ: nec aliquãdo desinet facere fructum. Prauũ est cor hominis ⁊ inscrutabile. Quis cognoscet illud? Ego dñs scrutans cor et ꝓbans renes: q̃ do vnicuiq̃ꝫ iuxta viã suã: et iuxta fructum adinuentionũ suaꝝ. Perdix fouit que nõ peperit. Fecit diuitias ⁊ nõ in iudicio. In dimidio dieꝝ suoꝝ derelinquet eas: ⁊ in nouissimo suo erit insipiens. Soliũ glorie altitudinis a principio: loc⁹ sanctificacõis nostre expectacõ israhel. Domine oĩes qui te derelinquũt cõfundentᷣ: recedẽtes a te in terra scribẽtᷣ: quoniã dereliquerũt venã aquaꝝ viuentiũ dñm. Sana me domine ⁊ sanabor: saluũ me fac ⁊ saluus ero: quoniã laus mea tu es. Ecce ipi dicũt ad me. Vbi est verbũ domini? Veniat. Et ego non sũ turbatus te pastorem sequẽs: et diẽ hominis nõ desideraui. Tu scis qd̃ egressum est de labijs meis: rectũ in ɔspectu tuo fuit. Nõ sis michi tu formidini: spes mea tu in die afflictõis. Cõfundãtᷣ qui me ꝑsecũtᷣ et nõ ɔfundar ego: paueãt illi: ⁊ nõ pauea᷑ ego. Induc sup eos diem afflictõis: et duplici ɔtricõne ɔtere eos. Hec dicit dñs ad me. Vade ⁊ sta in porta filioꝝ populi tui ꝑ quã ingrediũtᷣ reges iuda. et egrediũtur: et in cũctis portis iherusalẽ: ⁊ dices ad eos. Audite ꝟbũ domini reges iuda. et oĩs iudea cũctiq̃ꝫ habitatorẽs iherusalẽ: q̃ ingredimini ꝑ portas istas. Hec dicit dñs. Custodite aĩas vr̃as: ⁊ nolite portarẽ pondera in die sabbati. nec inferatis ꝑ portas ihr̃lm: ⁊ nolite eicere onera de domib⁹ vr̃is in die sabbati et oĩe opus nõ facietis. Sanctificate diẽ sabbati sicut p̃cepi patrib⁹ vr̃is. Et non audierũt nec inclinauerũt aurẽ suã: ſꝫ indurauerũt ceruicẽ suã ne audirẽt me: ⁊ ne acciperẽt disciplinã. Et erit si audieritis me dicit dñs. ut nõ inferatis onera ꝑ portas ciuitatis huius in die sabbati ⁊ si sanctificaueritis diem sabbati ne faciatis ĩ ea oĩe opus: ingredientur ꝑ portas ciuitatis huius reges ⁊ principes sedẽtes sup soliũ dauid. et ascendẽtes in curribus ⁊ equis ipi ⁊ principes eoꝝ viri iuda ⁊ habitatorẽs iherusalẽ: ⁊ habitabitᷣ ciuitas hec ĩ sempiternũ. Et veniẽt de ciuitatib⁹ iuda ⁊ in circuitu iherusalẽ ⁊ de terra beniamin et de campestrib⁹ ⁊ de mõtuosis ⁊ ab austro portãtes olocaustum et victimã ⁊ sacrificiũ et thus: ⁊ inferẽt oblacõem ĩ domũ domini. Si autem nõ audieritis me ut sanctificetis diẽ sabbati ⁊ ne portetis onus ⁊ ne inferatis per portas iherusalẽ in die sabbati: succẽdã ignem in portis eius ⁊ deuorabit domos iherusalem: et non extinguetur.

XVIII

Verbum quod factũ est ad iheremiã a dño dicẽs. Surge ⁊ descende in domũ figuli: ⁊ ibi audies verba mea. Et descẽdi in domũ figuli: ⁊ ecce ipe faciebat opus sup rotam: ⁊ dissipatũ est vas qd̃ ipse faciebat e luto manib⁹ suis. Cõuersusq̃ꝫ fecit illud vas alterũ: sicut placuerat in oculis ei⁹ vt faceret. Et factũ est verbũ domini ad me dicens. Nũquid sicut figulus iste nõ potero

vobis facere domus israhel ait dominus?
Ecce sicut lutū in manibꝫ figuli: sic vos do=
mus israhel in manu mea. Repente loquar
aduersum gentē ⁊ aduersus regnū: ut era=
dicem ⁊ destruā ⁊ disperdam illud. Si peni=
tentiā egerit gēs illa a malo suo qđ locut⁹
sum aduersus eam: agam ⁊ ego penitentiā
sup malo qđ cogitaui ut facerē ei: ⁊ subito
loquar de gente ⁊ regno: ut edificē ⁊ plan=
tez illud. Si fecerit malū in oculis meis ut
nō audiat vocem meā: penitentiā agam su=
per bono quod locutus sum ut facerem ei:

VII

Nūc ergo dic viro iuda ⁊ habitatorī ihrlm
dicens. Hec dicit dn̄s. Ecce ego fingo cō=
tra vos malū: ⁊ cogito ꝯtra vos cogitacōꝫ.
Reuertatur vnusquisqꝫ a via sua mala: ⁊ di=
rigite vias vestras ⁊ studia vestra. Qui dixe=
rūt. Desperauimus. Post cogitacōes enim
nostras ibimus: ⁊ vnusquisqꝫ prauitatem
cordis sui mali faciemus. Ideo hec dicit do=
minus. Interrogate gētes. Quis audiuit
talia horribilia: que fecit nimis ꝟgo israhel.
Nunquid deficiet de petra agri nix libani: ā
euelli possūt aque erumpentes frigide et
defluētes? Quia oblitus est mei populus
meus. frustra libātes ⁊ impingētes in viis
suis. et in semitis seculi: ut ambularēt ꝑ eas
in itinere nō trito: ut fieret terra eoꝝ in deso=
lacōem ⁊ in sibiluꝫ sempiternū. Omis qui
ꝑterierit ꝑ eam obstupescet: ⁊ mouebit ca=
put suū. Sicut ventus vrens dispergā eos
coram inimicis: dorsum ⁊ nō faciē ostendaꝫ eis in
die ꝑdicōnis eoꝝ. Et dixerūt. Venite et co=

VIII

gitemus ꝯtra iheremiā cogitacōes. Non e=
nim peribit lex a sacerdote: neqꝫ ꝯsilium a
sapiēte: nec sermo a ꝓpheta. Venite ⁊ ꝑcuti=
amus eū lingua: ⁊ nō attendamus ad vni=
uersos ſmones eius. Attende domine ad
me: ⁊ audi vocē aduersarioꝝ meoꝝ. Nū=
quid redditur ꝓ bono malū: q꞉ foderūt fo=
ueam anime mee? Recordare q꞉ steterim
in ꝯspcū tuo ut loquerer ꝓ eis bonū: ⁊ auer=
terem indignacōeꝫ tuam ab eis. Propterea
da filios eoꝝ in famē: ⁊ deduc eos in man⁹
gladii. Fiant vxores eoꝝ absqꝫ liberis ⁊ vi=
due: et viri eaꝝ interficiātꝰ morte. Iuuenes
eoꝝ cōfodiantur gladio in ꝑlio: audiatur
clamor de domibus eoꝝ. Adduces enim
sup eos latronē repente: q꞉ foderūt foueaꝫ
vt caperēt me: ⁊ laqueos absconderūt pedi=
bus meis. Tu aūt dn̄e scis omē ꝯsiliū eoruꝫ
aduersum me in mortem. Ne ꝓpicieris ini
quitati eoruꝫ: et peccatum eoruꝫ a facie tua
non deleatur. Fiant corruētes in conspectu
tuo: in tempe furoris tui abutē eis.

XIX

Hec dicit dn̄s. Vade ⁊ accipe lagūculā
figuli testeaꝫ a senioribꝫ populi ⁊ a se=
nioribꝫ sacerdotū: ⁊ egredē ad vallē filioꝝ
ennon q̄ est iuxta introitum porte fictilis: et
ꝑdicabis ibi verba q̄ ego loquor ad te ⁊ di=
ces. Audite ꝟbum domini reges iuda: ⁊ ha=
bitatorēs iherusalē. Hec dic̄ dn̄s exercituū
deus israhel. Ecce ego inducam afflictōnem
sup locū istū: ita ut omnis qui audierit illaꝫ
tinniāt aures eius eo q꞉ dereliquerūt me. et
alienū fecerint locum istū: ⁊ libauerūt in eo
diis alienis quos nescierūt ipsi ⁊ p̄res eoꝝ
et reges iuda: ⁊ repleuerūt locū istū sangui=
ne innocentū: ⁊ edificauerūt excelsa baaliꝫ
ad comburendos filios suos igni in olocaustū
q̄ non ꝑcepi: nec locutus sū nec ascenderūt
in cor meū. Propterea ecce dies veniēt dicit
dn̄s: ⁊ nō vocabitꝰ āplius loc⁹ iste thophet

II

et vallis filii ennon: ſꝫ vallis occisionis. Et
dissipabo ꝯsiliū iuda ⁊ iherusalē in loco isto:
et subuertaꝫ eos gladio in ꝯspectu inimico=
rū suoꝝ ⁊ in manū querentiū animas eoꝝ:
et dabo cadauera eoꝝ escas volatilibꝫ celi
et bestiis terre: ⁊ ponam ciuitatem hāc i stu=
porē ⁊ in sibilū. Omnis qui ꝑterierit ꝑ eam
obstupescet: ⁊ sibilabit sup vniūsa plaga e=
ius. Et cibabo eos carnibꝫ filioꝝ suoꝝ ⁊ car=
nibus filiaꝝ suaꝝ: et vnusquisqꝫ carnē ami=
ci sui comedet in obsidione ⁊ in angustia in
qua ꝯcludēt eos inimici eoꝝ: ⁊ qui querunt
animas eoꝝ. Et ꝯteres lagūculaꝫ in oculis
viroꝝ qui ibūt tecū: ⁊ dices ad eos. Hec
dicit dominus exercituū. Sic ꝯterā populū
istū ⁊ ciuitatem istā: sicut ꝯteritur vas figuli
qđ nō potest vltra instaurari. Et in thophet
sepelientꝰ: eo q꞉ nō sit alius locus ad sepeliē=
dū. Sic faciam loco huic ait dn̄s ⁊ habita=
toribꝫ eius: ut ponam ciuitateꝫ istā sicut tho=
phet. Et erūt domus iherusaleꝫ ⁊ domus re=
gū iuda sicut locus thophet inmūde: omes
domus in quaꝝ domatibus sacrificauerūt

oīni milicie celi: ⁊ libauerūt libamina diis alienis. Venit autem iheremias de thophet quo miserat eum dominus ad ꝓphetandū: et stetit in atrio domus domini: ⁊ dixit ad omēz populū. Hec dicit dn̄s exercituū de⁹ israhel. Ecce ego inducā sup ciuitatē hanc et sup oēs vrbes eius vniūsa mala q̄ locut⁹ sū aduersuz eaz: qm̄ indurauerūt ceruicē suā vt nō audirēt sermones meos.

XX

Et audiuit phassur filius emmer sacerdos qui ɔstitutus erat princeps in domo domini iheremiaz ꝓphetantem sermones istos: ⁊ pcussit phassur iheremiā ꝓphetam: et misit eum in neruū qđ erat in porta beniamin supiori in domo domini. Cūqz illuxisset in crastinū eduxit phassur iheremiā de neruo: ⁊ dixit ad eum iheremias. Nō phassur vocauit dn̄s nomen tuū ſʒ pauorē vndiqz: q̄ȝ hec dicit dn̄s. Ecce ego dabo te in pauorem ⁊ oīes amicos tuos ⁊ corruēt gladio inimicoꝝ suoꝝ: ⁊ oculi tui videbūt. Et oēm iudam dabo in manū regis babilonis: ⁊ traducet eos in babilonem: ⁊ pcutiet eos gladio. Et dabo vniūsam sbām ciuitatis hui⁹. et oīēz laborē eius oīneqz preciū ⁊ cūctos thesauros regū iuda dabo in manū inimicoꝝ eoꝝ: ⁊ diripiēt eos ⁊ tollēt: et ducent in babilonē. Tu aūt phassur ⁊ oīes habitatoēs domus tue ibitis in captiuitatē: ⁊ in babilonē venies ⁊ ibi morieris: ibiqz sepelieris tu et oīes amici tui quib⁹ ꝓphetasti mēdatiū. Seduxisti me dn̄e ⁊ seductus sum: fortior me fuisti ⁊ inualuisti. Factus suz in derisum tota die. Oīes subsannabāt me quia iam olim loquor vociferās: iniquitatē ⁊ vastitatem clamito. Et factus est michi sermo dn̄i in opprobriū ⁊ i derisū tota die. Et dixi. Nō recordabor eius: neqz loquar vltra in noīe illius. Et factus est in corde meo q̄ſi ignis exestuans. claususqz in ossib⁹ meis: ⁊ defeci ferre non sustinēs. Audiui enim ɔtumelias multoꝝ ⁊ terrorē in circuitu: psequimini et psequamur eū: ab oīnib⁹ viris qui erāt pacifici mei ⁊ custodiētes latus meū. Si quomodo decipiat̄ ⁊ p̄ualeamus aduersus eū: et ɔsequamur vl̄cōem ex eo. Dn̄s aūt mecū ē quasi bellator fortis: idcirco qui psequūt̄ me cadent ⁊ infirmi erunt ⁊ confundentur vehementer: q̄ȝ non intellexerūt opprobriū sempiternū qđ nūq̄ȝ delebit̄. Et tu dn̄e exercituū pbator iusti qui vides renes ⁊ cor: videā queso vl̄cōēz tuā ex eis. Tibi enī reuelaui causam meā. Cantate dn̄o laudate dn̄m: q̄ȝ liberauit aīaz pauperis de manū maloꝝ. Maledicta dies in q̄ natus sū: dies in qua pepit me mater mea: nō sit benedicta. Maledictus vir qui annūciauit pr̄i meo dicēs. natus est tibi puer masculus: ⁊ q̄ſi gaudio letificauit eū. Sit homo ille ut sūt ciuitates quas subuertit dn̄s: ⁊ non penituit euz. Audiat clamorē mane: et vlulatū in tp̄e meridiano: quia nō me interfecit a vulua vt fieret michi mater mea sepulcrū: et vulua eius conceptus eternus. Quare de vulua egressus sū vt viderē laborem ⁊ dolorē: et ɔsumerentur in confusione dies mei?

XXI

Verbū quod factū est ad iheremiam a dn̄o: quādo misit ad eū rex sedechias phassur filiū melchie ⁊ sophoniam filiuz maasie sacerdotē dicēs. Interroga p nob dominū: q̄ȝ nabuchodonosor rex babilōis p̄liat̄ aduersū nos: si forte faciat dn̄s nobiscū secundū oīnia mirabilia sua ⁊ recedat a nobis. Et dixit iheremias ad eos. Sic dicetis sedechie. Hec dicit dn̄s de⁹ israhel. Ecce ego ɔuertā vasa belli q̄ in manib⁹ vestris sūt et quib⁹ vos pugnatis adūsuz regē babilonis et caldeos qui obsidēt vos in circuitu muroꝝ: ⁊ ɔgregabo ea in medio ciuitatis huius. et debellabo ego vos in manū extētā ⁊ in brachio forti ⁊ in furore ⁊ in indignacōne et in ira grandi: ⁊ pcutiā habitatoēs ciuitatis huius. Homines ⁊ bestie pestilēcia magna moriant̄. Et post hec ait dn̄s. dabo sedechiā regē iuda ⁊ seruos eius ⁊ populū eius ⁊ qui derelicti sūt in hac ciuitate a peste ⁊ gladio et fame in manū nabuchodonosor regis babilonis ⁊ in manū inimicoꝝ eoꝝ: et in manu querentiū aīaz eoꝝ: ⁊ pcutiet eos in ore gladii: ⁊ nō mouebit̄ neqz parcet nec miserebitur. Et ad populū hūc dices. Hec dicit dn̄s. Ecce ego do coraz vobis viam vite et viam mortis. Qui habitauerit in vrbe hac morietur gladio ⁊ fame et peste: qui aūt egressus fuerit ⁊ transfugerit ad caldeos qui obsidēt vos viuet: et erit ei anima sua quasi spoliū

Posui eñi faciẽ meã sup ciuitatẽ hãc in malũ
et non in bonũ ait dñs. In manũ regis babi-
lonis dabit᷑: ⁊ exuret eam igni et domũ re-
gis iuda. Audite verbũ domini domus da-
uid. Hec dicit dñs. Judicate mane iudiciũ
et eruite vi oppressum de manũ calũniãtis: ne
forte egrediat᷑ ut ignis indignatio mea ⁊
succẽdat᷑ et nõ sit qui extinguat: ꝓpter ma-
liciã studioꝝ vestroꝝ. Ecce ego ad te ha-
bitatricem vallis solide atq̃ campestris ait
dñs: qui dicitis quis percutiet nos ⁊ quis in-
gredietur domus nostras: et visitabo super
vos iuxta fructũ studioꝝ vroꝝ dicit dñs:
et succẽdã ignẽ in saltu eius: ⁊ deuorabit oĩa
in circuitu eius.

Hec dicit XXII dñs. Descende in domũ regis iuda:
et loqueris ibi ṽbum hoc ⁊ dices. Audi ver-
bum domini rex iuda qui sedes sup solium
dauid: tu ⁊ serui tui ⁊ populus tuus q̃ ingre-
dimini p portas istas. Hec dicit dñs. Faci-
te iudiciũ ⁊ iusticiã ⁊ liberate vi oppressũ de
manũ calũniatoris: ⁊ aduenã et pupillũ et vi-
duã nolite ɔtristare neq̃ opprimatis inique:
et sanguinẽ innocentẽ ne effundatis in lo-
co isto. Si eñi facientes feceritis ṽbũ istud.
ingredientur p portas domus huius reges
sedẽtes de genere dauid sup thronũ eius:
et ascendẽtes currus ⁊ equos: ipsi ⁊ serui ⁊
populus eoꝝ. Quod si nõ audieritis ṽbũ
hoc: in memetipso iuraui dicit dñs: q᷑ in so-
litudinẽ erit domus hec. Quia hec dicit do-
minus sup domũ regis iuda. Galaad tu m̃
caput libani. Si nõ posuero te solitudinẽ:
vrbes inhabitabiles. Et sanctificabo super
te interficientẽ virum ⁊ arma eius: ⁊ succidẽt
electas cedros tuas ⁊ p̃cipitabũt in ignẽ:
et ptransibũt gentes multe p ciuitatẽ hãc
et dicet vnusquisq̃ ꝓximo suo. Quare sic
fecit dominus ciuitati huic grandi? Et rñde-
bũt. Eo q᷑ reliquerint pactum dñi dei sui: ⁊
adorauerint deos alienos: ⁊ seruierint illis.
Nolite flere mortuũ: neq̃ lugeatis sup eũ
fletu. Plangite eũ qui egredit᷑: quia nõ re-
uertetur vltra: nec videbit terram natiuitatis
sue. Quia hec dicit dñs ad sellum filiũ io-
sie regem iuda qui regnauit p iosia patre
suo q̃ egressus est de loco isto. Nõ reuertet᷑
huc amplius: ſʒ in loco ad quem transtuli
eum ibi morietur: et terram istam nõ videbit
amplius. Ve qui edificat domũ suã in iniusti-
cia: ⁊ cenacula sua nõ in iudicio. Amicũ suũ
opprimet frustra: ⁊ mercedẽ non reddet ei.
Qui dicit edificabo michi domũ latam ⁊ ce-
nacula spaciosa: qui aperit sibi fenestras et
facit laquearia cedrina: pingitq̃ sinopide.
Nũquid regnabis: quoniã ɔfers te cedro?
Pater tuus nũquid nõ comedit ⁊ bibit et
fecit iudiciũ ⁊ iusticiã: tũc cum bene erat ei?
Judicauit causam pauperis ⁊ egeni in bonũ
suũ. Nũquid nõ ideo: q᷑ cognouit me dicit
dñs? Tui vero oculi ⁊ cor ad auariciã et ad
sanguinẽ innocẽtẽ fundendũ ⁊ ad calũniã:
et ad cursũ mali operis. Propterea hec dicit
dñs ad ioakim filiũ iosie regem iuda. Non
plangẽt eũ ve frater ⁊ ve soror: nõ concrepa-
bũt ei ve dñe ⁊ ve inclite. Sepultura asini se-
pelietur: putrefactus et ꝓiectus extra portas
iherusalem. Ascende libanũ ⁊ clama: ⁊ in ba-
san da vocẽ tuã ⁊ clama ad transeũtes: quia
ɔtriti sũt oĩnes amatores tui. Locutus sũ ad
te in abundãtia tua: dixisti nõ audiã. Hec ẽ
via ab adolescẽtia tua: q᷑ nõ audisti vocẽ
meã. Oĩnes pastores tuos pascet ventus: et
amatores tui ĩ captiuitatẽ ibũt. Et tũc ɔfun-
deris ⁊ erubesces ab oĩni malicia tua: q̃ sedes
in libano ⁊ nidificas ĩ cedris. Quomodo cõ-
gemuisti cũ venissent tibi dolores quasi dolo-
res parturientis? Viuo ego dicit dñs: quia si
fuerit iechonias filius ioakim regis iuda a-
nulus ĩ manũ dextera mea: inde euellã eũ. Et
dabo te in manu querentiũ aĩam tuã: ⁊ ĩ manũ
quoꝝ tu formidas faciẽ: et ĩ manu nabucho-
donosor regis babilonis: ⁊ in manus calde-
orũ. Et mittam te ⁊ matrẽ tuã que genuit te
in terrã alienã ĩ qua nati nõ estis: ibiq̃ mori-
emini. Et in terram ad quã ipsi leuãt animã
suã ut reuertantur illuc: nõ reuertẽtur. Nunquid
vas fictile atq̃ contritũ vir iste iechonias?
Nunquid vas absq̃ oĩni voluptate? Quaré
abiecti sũt ipsi ⁊ semẽ eius: ⁊ ꝓiecti ĩ terram
quã ignorauerũt? Terra terra terra audi s̃mo-
nem domini. Hec dicit dominus. Scribe vi-
rum istum sterilem: virũ qui in diebus su-
is non ꝓsperabitur. Nec enim erit de semĩe
eius vir qui sedeat super soliũ dauid: et po-
testatem habeat vltra in iuda.

Ve pastoribꝫ: qui diſpdūt **XXIII** et dilacerāt gregez paſcue mee dicit dn̄s. Jdeo hec dicit dn̄s deus iſrahel ad paſtores qui paſcūt populū meū. Vos diſpſiſtis gregem meū ⁊ eiecistis eos: ⁊ nō viſitaſtis eos. Ecce ego viſitabo ſup vos maliciā ſtudioꝝ veſtroꝝ ait dn̄s. Et ego ↄgregabo reliq̄as gregis mei de om̄ibꝫ terris ad quas eiecero eos illuc: ⁊ conuertā eos ad rura ſua ⁊ creſcent et multiplicabūtᷣ: et ſuſcitabo ſup eos paſtores ⁊ paſcēt eos. Nō formidabūt vltra ⁊ nō pauebūt: ⁊ nullus queretᷣ ex numero dicit dn̄s. Ecce dies veniūt

IIII

dicit dn̄s: ⁊ ſuſcitabo dauid germē iuſtū et regnabit rex ⁊ ſapiēs erit: ⁊ faciet iudiciū et iuſticiam in terra. Jn diebꝫ illis ſaluabitᷣ iuda: ⁊ iſrahel habitabit ↄfidenter. Et hoc eſt nomē quod vocabūt eū: dominus iuſtꝰ noſter. Propter hoc ecce dies veniūt dicit dominus: ⁊ nō dicēt vltra viuit dn̄s q̄ eduxit filios iſrahel de t̄ra egipti. Sed viuit dn̄s qui eduxit ⁊ adduxit ſemē domus iſrahel de terra aquilonis ⁊ de cūctis terris ad quas eiecera; eos illuc: ⁊ habitabūt in terra ſua. Ad ꝓphetas. Contritū ē cor meū in medio mei: ↄtremuerūt omnia oſſa mea. Fcūs ſum quaſi vir ebrius: ⁊ quaſi homo madidus a vino a facie domini ⁊ a facie v̄boꝝ ſanctoruz eius: qꝛ adulterijs repleta eſt terra: qꝛ a facie maledictionis luxit terra: arefacta ſūt arua deſerti. Factus eſt curſus eoꝝ malus: ⁊ fortitudo eoꝝ diſſimilis. Propheta nāqꝫ ⁊ ſacerdos polluti ſūt: ⁊ in domo mea inueni malū eoꝝ ait dn̄s. Jdcirco via eoꝝ erit quaſi lubricū in tenebris: impellētᷣ eni et corruēt in ea. Afferā enim ſup eos mala: annū viſitacōnis eoꝝ ait dn̄s. Et in ꝓphetis ſamarie vidi fatuitatē: ⁊ ꝓphetabāt in baal: et decipiebāt populū meū iſrl̄. Et in ꝓphetis iheruſalem vidi ſimilitudinē adulterantiū et iter mendacij: ⁊ ↄfortauerūt manus peſſimoꝝ: ut non ↄuerterētᷣ vnuſquiſqꝫ a malicia ſua. Facti ſūt michi om̄es ut ſodoma: ⁊ habitatores eius quaſi gomorra. Propterea hec dicit dn̄s exercituū ad ꝓphetas. Ecce ego cibabo eos abſinthio: ⁊ potabo eos felle. A ꝓphetis enim iheruſalē egreſſa ē pollutio ſup om̄ez terram. Hec dicit dominus

exercituū. Nolite audire verba ꝓphetarum qui ꝓphetant vobis ⁊ decipiūt vos. Viſionē cordis ſui locunturᷣ: nō de ore domini. Dicunt hijs qui blaſphemant me locutus eſt dn̄s. pax erit vobis: ⁊ omni qui ambulat in prauitate cordis ſui dixerūt: non veniet ſup vos malū. Quis enim affuit in ↄſilio domini: et vidit ⁊ audiuit ſermonē eius? Quis ↄſiderauit v̄bū illius ⁊ audiuit? Ecce turbo dominice indignacōnis egredietᷣ: et tempeſtas erumpēs ſup caput impioꝝ veniet. Nō reuertetur furor domini uſqꝫ dū faciat: ⁊ uſqꝫ dum ↄpleat cogitacōez cordis ſui. Jn nouiſſimis diebꝫ intelligetis ↄſiliū eius. Non mittebā ꝓphetas ⁊ ipſi currebāt: non loquebar ad eos: ⁊ ipi ꝓphabāt. Si ſtetiſſēt i ↄſilio meo et nota feciſſent v̄ba mea populo meo: auertiſſem vtiqꝫ eos a via ſua mala ⁊ cogitacōnibus ſuis peſſimis. Putaſne deus e vicino ego ſuz dicit dn̄s: ⁊ nō deus delonge? Si occultabitur vir in abſconditis: ⁊ ego non videbo eum dicit dn̄s? Nunquid non celuz et terrā ego implebo ait dn̄s? Audiui q̄ dixerūt ꝓphete: ꝓphetantes in nomine meo mendaciū atqꝫ dicētes. Sōniaui: ſomniaui. Vſqꝫ quo iſtud eſt in corde ꝓphetaꝝ vaticinantiū mēdaciū: et ꝓphetantiū seductōes cordis ſui? Qui volūt facere ut obliuiſcatur populus meus nominis mei. ꝓpter ſomnia eoꝝ que narrant vnuſquiſqꝫ ad ꝓximū ſuū: ſicut obliti ſūt patres eoꝝ nominis mei ꝓpter baal. Propheta q̄ hꝫ ſomniū narret ſomniū: et q̄ habet ſermonē meū loq̄tᷣ ſermonē meū verē. Quid paleis ad triticū dicit dn̄s? Nūquid non v̄ba mea ſūt quaſi ignis ait dn̄s: et q̄ſi malleus ↄterēs petrā? Propterea ecce ego ad ꝓphetas ait dn̄s: qui furantᷣ verba mea vnuſquiſqꝫ a ꝓximo ſuo. Ecce ego ad ꝓphetas ait dn̄s q̄ aſſumūt linguas ſuas: et aiūt dicit dn̄s. Ecce ego ad ꝓphetas ſomniātes mendaciū dicit dn̄s: qui narrauerūt ea ⁊ seduxerūt populū meū in mēdacio ſuo ⁊ in miraculis ſuis cū ego non miſiſſez eos. nec mādaſſez eis: qui nichil ꝓfuerūt ꝑplō huic dicit dn̄s. Si igitᷣ interrogauerit te populus iſte vel ꝓpheta aut ſacerdos dicēs. quod ē onꝰ domini: dices ad eos. Vt quid vobis onus? Proiciā quippe vos dicit dn̄s: ⁊ ꝓpheta et

ſacerdos et populus qui dicit onus domī:
viſitabo ſup virū illū ⁊ ſup domū eius. Hec
dicetis vnuſquiſq; ad ꝓximū ⁊ ad fratrem
ſuū. Quid rn̄dit dominus? Et q̄d locutus ē
dominus? Et onus domī vltra nō memora-
bitur: q2 onus erit vnicuiq; ſermo ſuus. Et
puertiſtis verba dei viuētis: domī exercituū
dei noſtri. Hec dices ad ꝓphetā. Quid rn̄-
dit tibi dominus: ⁊ quid locutus eſt dn̄s?
Si autē onus dn̄i dixeritis: ꝓpter hoc hec
dic̄ dominus. Quia dixiſtis ſermonē iſtuz
onus dn̄i: ⁊ miſi ad vos dicēs. nolite dicē
onus domini: ꝓpterea ecce ego tollam vos
portans. et derelinquā vos ⁊ ciuitatē quā
dedi vobis ⁊ prībꝫ veſtris a facie mea: ⁊ da-
bo vos in oppꝛobriū ſempiternū: ⁊ in igno-
miniam eternā que nūq̄ꝫ obliuione delebitꝛ.

OStendit michi dn̄s: **XXIIII**
et ecce duo calathi pleni ficis poſiti ā-
te templum domini: poſtq̄ꝫ tranſtulit nabu-
chodonoſoꝛ rex babilonis iechoniā filiū io-
akim regem iuda ⁊ principes eius ⁊ fabrū
et incluſoꝛē de iheruſalē ⁊ adduxit eos in
babilonem. Calathus vnus ficus bonas
habebat nimis: ut ſolēt ficus eſſe primi tpiſ.
Et calathus vnus ficus habebat malas ni-
mis: que comedi non poterant eo q2 eſſent
male. Et dixit dn̄s ad me. Quid tu vides ihe-
remia? Et dixi. Ficus bonas. bonas valde:
et malas. malas valde: que comedi nō poſ-
ſunt eo q2 ſint male. Et factum eſt verbum
domini ad me dicēs. Hec dicit dn̄s deus iſ-
rahel. Sicut ficus hee bone ſic cognoſcam
tranſmigracōeꝫ iuda quā emiſi de loco iſto
in terram caldeoꝝ in bonū: ⁊ ponā oculos
meos ſup eos ad placandū. Et reducā eos
in terram hāc: ⁊ edificabo eos ⁊ nō deſtruā:
et plantabo eos et non euellam: ⁊ dabo eis
cor ut ſciant me q2 ego ſum dn̄s. Et erūt m̄
in populū: ⁊ ego ero eis in deū: q2 reuertēt̄
ad me in toto corde ſuo. Et ſicut ficus peſſi-
me que comedi nō poſſunt eo q2 ſint male:
hec dic̄ dominus ſic dabo ſedechiam regē
iuda ⁊ principes eius et reliquos de ihrl̄m
qui remanſerūt in vrbe hac: ⁊ qui habitāt
in terra egipti. Et dabo eos in vexacōeꝫ affli-
ctionēq; omībꝫ regnis terre: in oppꝛobriū
et in parabolā ⁊ in ꝓuerbiū ⁊ in maledictōꝫ
in vniuerſis locis ad quas eieci eos: ⁊ mittā
in eis gladiū ⁊ famē ⁊ peſtē donec ꝯſumātur
de terra quā dedi eis ⁊ prībꝫ eoꝝ. **XXV**

UErbū quod factuꝫ eſt ad iheremiam
de omī populo iude in āno quarto io-
akim filij ioſie regis iuda: ipe eſt ānus pri-
mus nabuchodonoſoꝛ regis babilonis. Et
locutus eſt iheremias ꝓpheta ad omēꝫ po-
pulū iuda ⁊ ad vniūſos habitatoꝛes ihrl̄m
dicēs. A terciodecimo āno ioſie filij āmon
regis iuda uſq; ad dieꝫ hāc iſte eſt terciuſ
et viceſim9 annuſ: factū ē verbū dn̄i ad me:
et locutus ſum ad vos de nocte ꝯſurgēs et
loquēs ⁊ nō audiſtiſ. Et miſit dn̄s ad vos
omēs ſeruos ſuos ꝓphetas ꝯſurgēs dilucl̄o
mittēſq; et nō audiſtis: neq; inclinaſtis au-
res veſtras ut audiretis cū diceret. Reuerti-
mini vnuſquiſq; a via ſua mala. et a peſſimiſ
cogitacōībꝫ veſtris: ⁊ habitabitis in terra
quā dedit dn̄s vobis ⁊ prībꝫ veſtris a ſecl̄o
et uſq; in ſeculū. Et nolite ire poſt deos alie-
nos ut ſeruiatis eiſ adoꝛetiſq; eos: neq; me
ad iracundiā ꝓuocetis in operibꝫ manuū ve-
ſtraꝝ: ⁊ nō affligā voſ. Et nō audiſtis me di-
cit dn̄s: ut me ad iracundiā ꝓuocaretis in o-
pibꝫ manuū veſtraꝝ in malū veſtrū. Propter-
ea hec dicit dn̄s exercituū. Pro eo q2 non
audiſtis verba mea: ecce ego mittā ⁊ aſſu-
mā vniuerſas cognacōes aquilonis ait do-
min9 et nabuchodonoſoꝛ regem babilonis
ſeruū meū ⁊ adducā eos ſup terram iſtam
et ſup habitatoꝛes ei9 et ſup omēs nacōes
que in circuitu ei9 ſūt: ⁊ interficiam eos ⁊ po-
naꝫ eos in ſtupoꝛē ⁊ in ſibilū ⁊ in ſolitudineſ
ſempiternas. Perdāq; ex eis vocem gaudij
et vocē leticie: vocē ſponſi ⁊ vocē ſponſe: vo-
ceꝫ mole ⁊ lumē lucerne. Et erit vniūſa t̄ra
eius in ſolitudinē ⁊ in ſtupoꝛē: ⁊ ſeruiēt oēs
gētes iſte regi babilonis ſeptuaginta āniſ.
Cūq; impleti fuerint āni ſeptuaginta viſita-
bo ſup regem babilonis ⁊ ſuper gentē illaꝫ
dicit dn̄s iniquitatem eoꝝ: ⁊ ſup terraꝫ cal-
deoꝝ: ⁊ ponā illā in ſolitudines ſempit̄naſ.
Et adducā ſup terrā illam omnia v̄ba mea
que locutus ſū ꝯtra eaꝫ: omē quod ſcriptū
eſt in libro iſto quecūq; prophetauit ihere-
mias adūſuꝫ oēs genteſ: q2 ſeruierūt eis cū
eſſent gētes multe ⁊ reges magni. Et reddā

eis secundū opera eorū: et secundū fcā manuū suarū. Quia sic dicit dñs exercituū deus israhel. Sume calicē vini furoris huius de manu mea: et ppinabis de illo cūctis gētibus ad quas ego mittam te et bibēt: et turbabūtur et insanient a facie gladij quē ego mittam inter eos.

III

Et accepi calicē de manu domini: et ppinaui cūctis gentibus ad quas misit me dñs: iherusalē et ciuitatibus iude et regibus eius et principibus eius ut darē eos in solitudinē et in stuporē et in sibilū et in maledictiōez sicut est dies ista: et pharaoni regi egipti et suis eius et principibus eius et omni populo eius: et vniuersis gńaliter cūctis regibus terre ausitidis: et cūctis regibus terre philistijm et ascalonis et gaze et accaron et reliquijs azoti: et idumee et moab et filijs ammō et cūctis regibus tyri et vniūsis regibus sydonis et regibus terre insularū qui sūt trās mare: et dedan et themā et buz et vniūsis qui attonsi sūt in comam et cūctis regibus arabie et cūctis regibus occidētis qui habitant in deserto: et cūctis regibus zambri et cūctis regibus elaz et cūctis regibus medorū et cūctis quoque regibus aquilonis de prope et de longe: vnicuiqz cōtra fratrem suū: et omnibus regnis terre que sup faciem eius sūt. Et rex sesach bibet post eos. Et dices ad eos. Hec dicit dñs exercituū deus isrl. Bibite et inebriamini: et vomite et cadite: neqz surgatis a facie gladij quē ego mittam inter vos. Cūqz noluerint accipe calicē de manu tua ut bibāt: dices ad eos.

IIII

Hec dicit dñs exercituū. Bibētes bibetis. Quia ecce in ciuitate in qua inuocatū est nomē meū ego incipio affligere: et vos quasi innocētes et immunes eritis? Nō eritis immunes. Gladiū enim ego voco sup omnes habitatorēs terre: dicit dñs exercituū. Et tu pphetabis ad eos omnia verba hec: et dices ad illos. Dominus de excelso rugiet: et de habitaculo scō suo dabit vocē suā. Rugiēs rugiet sup decorem suū. Celeuma quasi calcantiū concinetur aduersus omnes habitatorēs terre. Peruenit sonitus usqz ad extrema terre: quia iudiciū dño cū gētibus. Judicatur ipse cū omni carne. Impios tradidi gladio dicit dñs. Hec dicit dominus exercituū. Ecce afflictō egredietur de gente in gentem: et turbo magnus egredietur de finitatibus terre: et erūt interfecti domini in die illa a summo terre vsqz ad summū eius. Non plangētur: et non colligētur neqz sepelientur: in sterquilinio sup faciē terre iacebūt. Vlulate pastores et clamate: et aspgite vos cinere optimates gregis: quia cōpleti sūt dies vestri ut interficiamini: et dissipacōes vestre. et cadetis quasi vasa pciosa. Et pibit fuga a pastoribus: et saluacō ab optimatibus gregis. Vox clamoris pastorū et vlulatus optimatū gregis: quia vastauit dñs pascua eorū: et conticuerūt arua pacis a facie ire furoris domini. Dereliquit quasi leo vmbraculū suū: facta est terra eorū in desolacōez a facie ire columbe: et a facie ire furoris domini.

XXVI

In principio regni ioakim filie iosie regis iuda factuz est verbum istud a domino dicens. Hec dicit dominus. Sta in atrio domus dñi: et loqueris ad omnes ciuitates iuda de quibus veniūt ut adorēt in domo domini vniūsos sermones: quos ego mādaui tibi ut loquaris ad eos. Noli subtrahere verbum: si forte audiāt et cōuertantur vnusquisqz a via sua mala: et peniteat me mali qđ cogito facere eis pter maliciam studiorū eorū. Et dices ad eos. Hec dicit dominus. Si non audieritis me vt ambuletis in lege mea quam dedi vobis vt audiatis sermonē seruorū meorū pphetarū quos ego misi ad vos de nocte cōsurgēs et dirigēs et nō audistis: dabo domū istam sicut sylo: et vrbem hanc dabo in maledictiōez cunctis gētibus terre. Et audierūt sacerdotes et prophete et omnis populus ihéremiā loquentē verba hec in domo domini. Cūqz cōplesset iheremias loquēs omnia que preceperat ei dominus vt loqueretur ad vniuersū populū: apphenderūt eum sacerdotes et pphete et omnis populus dicēs. Morte moriatur. Quare pphetauit in nomine domini dicēs: sicut sylo erit domus hec: et vrbs ista desolabitur eo quod nō sit habitator? Et cōgregatus est omnis populus aduersus iheremiā in domo dñi. Et audierūt principes iuda verba hec: et ascenderūt de domo regis in domū domini: et sederūt in introitu porte domus dñi noue. Et locuti sunt sacerdotes et prophete ad principes et ad omnez populuz dicentes. Judiciū mortis est viro huic: quia pphetauit aduersus ciuitatē istā sicut audistis auribus vestris.

Et ait ihꝛremias ad oẽs pꝛĩcipes et ad vni=
uerſũ populũ dicẽs. Dñs miſit me ut ꝓphe=
tarem ad domũ iſtam ⁊ ad ciuitatẽ hanc
oĩa ꝟba que audiſtis. Nũc ergo bonas
facite vias veſtras ⁊ ſtudia veſtra: ⁊ audite
vocem dñi dei veſtri: ⁊ penitebit dñm mali
quod locutus eſt aduerſũ vos. Ego autẽ
ecce in manibꝰ veſtris ſũ: facite michi quod
bonũ ⁊ rectũ eſt in oculis veſtris. Verũtamẽ
ſcitote ⁊ cognoſcite: ſi occideritis me ſangui=
nem innocentẽ tradetis ꝯtra voſmetipſos:
et ꝯtra ciuitatem iſtam ⁊ habitatores eius.
In veritate enim miſit me dñs ad vos: ut lo=
querer in auribꝰ veſtris omnia ꝟba hec. Et
dixerũt pꝛĩcipes ⁊ oĩs populus ad ſacerdo=
tes ⁊ ad ꝓphetas. Nõ eſt viro huic iudiciũ
mortis: quia in nomĩe domĩ dei noſtri locutus
ẽ ad nos. Surrexerũt ergo viri de ſenioribꝰ
terre: ⁊ dixerũt ad oĩem cetũ populi loquẽ=
tes. Micheas de moraſthim fuit ꝓpheta in di=
ebus ezechie regis iuda: ⁊ ait ad oĩem po=
pulũ iude dicẽs. Hec dicit dñs exercituũ.
Syon quaſi ager arabit̃: ⁊ ihrlm in acuũ lapi=
dũ erit: ⁊ mõs domus in excelſa ſiluarũ. Nũ=
quid morte ꝯdẽnauit eũ ezechias rex iuda
et oĩs iuda? Nũquid nõ timuerunt dñm
et depꝛecati ſunt faciem dñi: ⁊ penituit dominũ
mali quod locutus fuerat aduerſum eos?
Itaqꝫ nõ faciamus malũ grande ꝯtra aĩas
nr̃as. Fuit quoqꝫ vir ꝓphetãs in nomĩe domini
vrias filius ſemei de cariathiarim: ⁊ ꝓpheta=
uit aduerſus ciuitatẽ iſtam. et adũſus terrã
hanc iuxta omnia ꝟba ihꝛẽmie. Et audiuit
rex ioakim ⁊ oĩes potentes ⁊ pꝛĩcipes eius
ꝟba hec: ⁊ queſiuit rex interficẽ eum. Et au=
diuit vrias ⁊ timuit: fugitqꝫ et ingreſſus eſt
egiptum. Et miſit rex ioakim viros in egi=
ptum helnathan filiũ achobor ⁊ viros cũ eo
in egiptũ. Et eduxerũt vriam de egipto: et
adduxerũt eum ad regem ioakim ⁊ percuſſit
eũ gladio: ⁊ ꝓiecit cadaũ eius in ſepulcris
vulgi ignobilis. Igit̃ manus aichan filij
ſaphã fuit cũ ihꝛẽmia ut nõ traderet̃ in ma=
nus populi ⁊ interficerẽt eũ.

XXVII

In pꝛĩcipio regni ioakim filij ioſie regis iu=
da factum eſt ꝟbum iſtud ad ihꝛẽmiam a
dño dicẽs. Hec dicit dñs ad me. Fac tibi
vincla ⁊ cathenas ⁊ pones eos in collo tuo:
et mittes eas ad regẽ edom ⁊ ad regẽ mo=
ab et ad regẽ filioꝝ ammõ ⁊ ad regẽ tyri et
ad regẽ ſydonis in manũ nũcioꝝ qui venerũt
ihꝛeruſalẽ ad ſedechiã regẽ iuda: ⁊ p̃cipies
eis ut ad dños ſuos loquãt̃. Hec dicit do=
minus exercituum deus iſrahel. Hec dicetis
ad dños veſtros. Ego feci terrã ⁊ hoĩem ⁊ iu=
mẽta que ſũt ſup faciẽ terre in fortitudine
mea magna. et in brachio meo extẽto: et de=
di eã ei qui placuit in oculis meis. Et nunc
itaqꝫ ego dedi oĩes terras iſtas in manũ na=
buchodonoſor regis babilonis ſerui mei:
inſuper ⁊ beſtias agri dedi ei ut ſeruiant illi: et
ſeruient ei oĩes gentes ⁊ filio eius et filio fi=
lij eius donec veniat tẽpus t̃re eius ⁊ ipſius.
Et ſeruient ei gentes multe et reges magni:
gens autẽ et regnũ quod non ſeruierit nabu=
chodonoſor regi babilonis ⁊ quecũqꝫ non
curuauerit collum ſuũ ſub iugo regis babi=
lonis ĩ gladio ⁊ in fame et in peſte viſitabo
ſuper gentẽ illam ait dñs: donec ꝯſumã eos
in manu eius. Vos ergo nolite audire ꝓphe=
tas vr̃os ⁊ diuinos et ſomniatores ⁊ augu=
res ⁊ maleficos qui dicũt vobis nõ ſeruietis
regi babilõis: quia mendaciũ ꝓphetant vobis
vt lõge faciant vos de terra veſtra: et eiciãt
vos et pereatis. Porro gens q̃ ſubiecerit
ceruicẽ ſuã ſub iugo regis babilõis ⁊ ſeruierit
ei dimittam eam in terra ſua dicit dominus:
et colet eã ⁊ habitabit ĩ ea. Et ad ſedechiam
regem iuda locutus ſũ ſcdm oĩa ꝟba hec
dicẽs. Subicite colla veſtra ſub iugo regis
babilonis: ⁊ ſeruite ei ⁊ populo eius: ⁊ viue=
tis. Quarẽ moriemini tu ⁊ ꝑplus tuus gladio
fame et peſte: ſicut locutus ẽ dñs ad gentẽ
q̃ ſeruire noluerit regi babilõis? Nolite au=
dire ꝟba ꝓphetaꝝ dicentiũ vobis nõ ſeruietis
regi babilonis: quia mendaciũ ipſi locuntur
vobis. Quia nõ miſi eos ait dñs: ⁊ ipſi ꝓphe=
tant ĩ nomĩe meo mendaciter: ut eiciãt vos
et pereatis tam vos q̃ ꝓphete qui vaticinãt̃
vobis. Et ad ſacerdotes ⁊ ad populũ iſtum
locutus ſũ dicẽs. Hec dicit dñs. Nolite au=
dire ꝟba ꝓphetaꝝ veſtroꝝ qui ꝓphetãt vo=
bis dicentes: ecce vaſa domini reuertẽt̃ de
babilõe nunc cito. Mendaciũ enim ꝓphetãt
vobis. Nolite ergo audire eos: ſed ſeruite
regi babilõis ut viuatis. Quare datur hec

ciuitas in solitudinez? Et si ꝓphete sũt. et est
ꝟbuz domini in eis occurrãt dño exercituũ:
vt non veniãt vasa que derelicta fuerãt in
domo domini ⁊ in domo regis iuda ⁊ in ihe-
rusalẽ in babilonẽ. Quia hec dicit dominus
exercituũ ad colũnas ⁊ ad mare ⁊ ad bases
et ad reliqua vasorũ que manserũt in ciui-
tate hac: q̃ nõ tulit nabuchdonosor rex ba-
bilonis cũ transferret iechoniã filiũ ioakim
regem iuda de iherusalẽ in babilonẽ ⁊ oẽs
optimates iuda ⁊ iherusalẽ. Quia hec dicit
dñs exercituũ deus israhel ad vasa q̃ dereli-
cta sũt in domo domini ⁊ in domo regis iuda
et ihrlm. In babilonẽ trãsferẽtur: et ibi erũt us-
q3 ad diẽ visitacõis sue dic dñs. Et afferri
faciã ea: ⁊ restitui i loco isto **XXVIII**

ET factũ est in anno illo in principio re-
gni sedechie regis iuda in ãno quar-
to in mense quĩto: dixit ad me ananias filius
azur ꝓpheta de gabaon in domo domini co-
ram sacerdotibus ⁊ omni populo dicẽs. Hec
dicit dñs exercituũ deus israhel. Contriui iu-
gũ regis babilõis. Adhuc duo ãni dierũ:
et ego referri faciam ad locum istũ omnia
vasa domini q̃ tulit nabuchodonosor rex ba-
bilonis de loco isto: ⁊ transtulit ea in babi-
lonẽ. Et iheconiaz filiũ ioakim regem iuda
et omnez transmigracõem iude qui ingressi
sũt in babilonẽ ego conuertam ad locũ istũ
ait dñs. Conterã enim iugũ regis babilo-
nis. Et dixit iheremias ꝓpheta ad ananiã
ꝓphetã in oculis sacerdotũ et in oculis oĩs
populi qui stabat in domo domini: ⁊ ait ihe-
remias ꝓpheta. Amen. Sic faciat dñs. Su-
scitet dñs ꝟba tua q̃ ꝓphetasti: vt referant
vasa in domũ domini: ⁊ omnis transmigracõ
de babilone ad locum istũ. Verũtamẽ audi
ꝟbuz hoc quod ego loquor in auribus tuis:
et in auribus vniũsi populi. Prophete q̃ fuerũt
ante me ⁊ te ab inicio et ꝓphetauerũt super
terras multas ⁊ sup regna de ꝓlio ⁊ de affli-
ctõne ⁊ de fame: ꝓpheta qui vaticinatus ẽ
pacem cũ venerit ꝟbum eius: scietur ꝓpheta
quẽ misit dñs in veritate. Et tulit ananias
ꝓpheta cathenaz de collo ihẽmie ꝓphete: et
confregit eam. Et ait ananias in conspectu
oĩs popli dicẽs. Hec dicit dñs. Sic confrin-
gã iugũ nabuchodonosor regis babilonis
post duos annos dierũ de collo omniũ gẽ-
tiũ. Et abijt iheremias ꝓpheta in viam suaz.
Et factum est ꝟbum domini ad iheremiam
postq̃ confregit ananias ꝓpheta cathenam de
collo iheremie prophete dicẽs. Vade: et di-
ces ananie. Hec dicit dominus. Cathenas
ligneas contriuisti ⁊ facies ꝓ eis cathenas fer-
reas. Quia hec dicit dñs exercituũ deus israhel.
Jugum ferreũ posui sup collũ cunctarũ gen-
tiũ istarũ ut seruiãt nabuchodonosor regi ba-
bilonis: et seruiẽt ei: insup ⁊ bestias terre de-
di ei. Et dixit iheremias ꝓpheta ad ananiã
ꝓphetam. Audi anania. Non misit te dñs:
et tu confidere fecisti populũ istũ in mendacio.
Idcirco hec dicit dominus. Ecce ego mittã
te a facie terre. Hoc anno morieris. Aduersum
enim dñm locutus es. Et mortuus ẽ ananias
ꝓpheta in ãno illo mẽse septĩo. **XXIX**

ET hec sũt ꝟba libri quẽ misit ihẽmias
de ihrlm ad reliquias seniorũ transmi-
gracõis ⁊ ad sacerdotes ⁊ ꝓphetas et ad oẽz
populũ quẽ traduxerat nabuchodonosor de
ihrlm in babilonẽ: postq̃ egressus ẽ iecho-
nias rex ⁊ domina ⁊ eunuchi ⁊ principes iuda
et ihrlm ⁊ faber et inclusor de iherusalem in
manu elasa filij saphan ⁊ gamalie filij helchie
quos misit sedechias rex iuda ad nabucho-
donosor regẽ babilonis in babilonẽ: dicẽs.
Hec dicit dñs exercituũ deus israhel omni
transmigracõni quã trãstuli de ihrlm in ba-
bilonẽ. Edificate domos ⁊ habitate: ⁊ plan-
tate ortos ⁊ comedite fructũ eorũ. Accipite
vxores ⁊ generate filios et filias: ⁊ date filijs
vr̃is vxores ⁊ filias vr̃as viris date. ⁊ pariãt
filios ⁊ filias: ⁊ multiplicamini ibi ⁊ nolite eẽ
pauci numero: ⁊ querite pacẽ ciuitatis ad quã
trãsmigrare vos feci ⁊ orate ꝓ ea ad dñm: quia
in pace illius erit pax vobis. Hec dicit dñs
exercituũ deus israhel. Nõ vos seducãt pro-
phete vestri qui sunt in medio vr̃m ⁊ diuini
vestri: et ne attendatis ad somnia vr̃a que
vos somniatis: quia falso ipsi ꝓphetant vobis
in nomine meo: ⁊ nõ misi eos dicit dominus.
Quia hec dicit dñs. Cuz ceperint impleri in
babilone septuaginta ãni visitabo vos ⁊ su-
scitabo sup vos ꝟbum meũ bonũ: ut reducã
vos ad locum istũ. Ego enim scio cogitaci-
ones q̃s cogito sup vos ait dñs. cogitacões

pacis et nō afflictōnis ut dem vobis finem et paciētiā: ⁊ inuocabitis me ⁊ viuetis. et orabitis me ⁊ ego exaudiam vos: queretis me ⁊ inuenietis. Cū quesieritis me in toto corde vestro: inueniar a vobis ait dominus. Et reducā captiuitatē vestrā: ⁊ congregabo vos de vniūsis gentib⁹ ⁊ de cūctis locis ad q̄ expuli vos dicit dn̄s. Et reuerti vos faciam de loco ad quē transmigrare vos feci: q2 dixistis. Suscitauit nobis dn̄s ꝓphetas in babilone. Quia hec dicit dominus ad regem qui sedet sup soliū dauid ⁊ ad om̄ez populū habitatorem vrbis huius: ad frēs vestros qui non sūt egressi vobiscū in trāsmigracōem. Hec dicit dn̄s exercituū. Ecce mittam in eos gladiū ⁊ famē et pestem: et ponam eos quasi ficus malas que comedi non possunt eo q2 pessime sint: et ꝑsequar eos in gladio ⁊ in fame et in pestilentia. Et dabo eos in vexacōez vniūsis regnis terre in maledictōez ⁊ in stuporē et in sibilū et in opprobriū cūctis gētib⁹ ad quas ego eieci eos: eo q2 nō audierint ꝟba mea dicit dn̄s q̄ misi ad eos ꝑ seruos meos ꝓphetas denocte ꝯsurgens ⁊ mittēs: ⁊ nō audistis dicit dominus. Vos ergo audite ꝟbum domini omnis transmigracō quā emisi de iherusalē in babilonē. Hec dicit dn̄s exercituū deus israhel ad achab filiū chulie ⁊ ad sedechiā filiū maasie qui ꝓphetant vobis in nomine meo mendaciter. Ecce ego tradam eos in manus nabuchodonosor regis babilonis: et ꝑcutiet eos in oculis vestris. Et assumet ex eis maledictō omni trāsmigracōni iude q̄ est in babilone dicentiū. Ponat te dn̄s sicut sedechiam ⁊ sicut achab quos frixit rex babilonis in igne: ꝓ eo q2 fecerint stulticiā in israhel ⁊ mechati sūt in vxores amicorū suoꝝ: ⁊ locuti sunt ꝟbū in nomine meo mēdaciter qđ nō mandaui eis. Ego sū iudex et testis dicit dn̄s. Et ad semeiā neelamiten dicēs. Hec dicit dn̄s exercituū deus israhel. Pro eo q2 misisti in nomine meo libros ad om̄ez populū qui ē in ihr̄l'm ⁊ ad sophoniā filiū maasie sacerdotē ⁊ ad vniūsos sacerdotes dicēs: dominus dedit te sacerdotem ꝓ ioiade sacerdote ut sis dux in domo domini sup om̄ez virū arrepticiū ⁊ ꝓphetantem ut mittas eū in neruū ⁊ in carcerē. Et nūc q̄re nō increpasti ihieremiā anathotiten qui ꝓphetat vobis? Quia sup hoc misit in babilonē ad nos dicēs. Longū ē: edificate domos et habitate: ⁊ plātate ortos ⁊ comedite fructus eoꝝ. Legit ergo sophonias sacerdos librū istū in aurib⁹ ihēmie ꝓphete. Et factū est ꝟbum domini ad iheremiā dicēs. Mitte ad om̄ez transmigracōem dicēs. Hec dicit dn̄s ad semeiam neelamiten. Pro eo q2 prophetauit vobis semeias ⁊ ego nō misi eum: ⁊ fecit vos ꝯfidere in mendacio: idcirco hec dicit dominus. Ecce ego visitabo sup semeiam neelamiten ⁊ sup semen eius. Nō erit ei vir sedens in medio populi huius: ⁊ nō videbit bonū quod ego faciam populo meo ait dominus: quia preuaricacōnem locutus est aduersus dominū.

XXX

Hoc verbū quod factū est ad iheremiam a dn̄o dicēs. Hec dicit dominus deus israhel dicēs. Scribe tibi om̄ia ꝟba q̄ locutus sū ad te in libro. Ecce enim dies veniūt dicit dn̄s: ⁊ ꝯuertā ꝯuersionē popli mei israhel ⁊ iuda ait dn̄s: et ꝯuertam eos ad t̄ram quā dedi patrib⁹ eoꝝ ⁊ possidebūt eā. Et hec ꝟba que locutus est dn̄s ad israhel ⁊ iudā: quoniā hec dicit dn̄s. Vocē terroris audiuimus: formido: ⁊ non ē pax. Interrogate ⁊ videte si generat masculus. Quare ergo vidi omnis viri manus supra lumbū suū quasi parturiētis? Et ꝯuerse sūt vniuerse facies in aurugīnē. Ve q2 magna dies illa nec est similis eius: tempusq3 tribulacōis est iacob: ⁊ ex ip̄o saluabit᷑. Et erit: in die illa ait dn̄s exercituū ꝯteram iugū ei⁹ de collo tuo: ⁊ vincula ei⁹ dirumpā. Et nō domiabunt᷑ ei amplius alieni: s3 seruiēt domīo deo suo: ⁊ dauid regi suo quē suscitabo eis. Tu ergo ne timeas serue meus iacob ait dn̄s: neq3 paueas israhel: q2 ecce ego saluabo te de terra longīq̄ ⁊ semē tuū de terra captiuitatis eoꝝ. Et reūtetur iacob ⁊ quiescet: ⁊ cunctis affluet bonis. et non erit quē formidet: quoniā tecum ego sū ait dn̄s vt saluem te. Faciam eni ꝯsumacōez in cunctis gentibus in quib⁹ dispsi te: te aūt non faciā in ꝯsumacōez: sed castigabo te in iudicō ut nō tibi videaris innoxius: quia hec dicit dominus.

Insanābilis fractura tua: pessima plaga tua.
Non est qui iudicet iudiciū tuū: ad alligā-
dā curacōez tuā vtilitas non est tibi. Omēs
amatores tui obliti sūt tui: teqꝫ nō querent.
Plaga enim inimici pcussi te: castigatione
crudeli. Propter multitudinē iniq̄tatis tue
dura facta sūt peccata tua. Quid clamas
sup ɔtricōne tua? Insanabilis est dolor tu⁹.
Propter multitudinē iniq̄tatis tue ⁊ dura
peccata tua feci hec tibi. Propterea oēs qui
comedūt te deuorabūt: et vniūsi hostes tui
in captiuitatem ducent̄. Et omnes q̄ te va-
stant vastabūt: cūctosqꝫ predatores tuos
dabo in predam. Obducam enim cicatricē
tibi: ⁊ a vulneribꝫ tuis sanabo te dicit dn̄s
Quia eiectam vocauerūt te syon: hec est q̄
nō habebat requirentē. Hec dicit domin⁹.

IIII

Ecce ego ɔuertam ɔuersionē tabnaculoꝝ
iacob: et tectis eis miserebor. Et edificabit̄
ciuitas in excelso suo: ⁊ templū iuxta ordi-
nem suū fundabit̄. Et egrediet̄ de eis laus
voxqꝫ ludentiū: ⁊ multiplicabo eos ⁊ non
minuēt̄: ⁊ glorificabo eos ⁊ nō attenuabūt̄:
et erūt filij eius sicut a principio: ⁊ cetus ei⁹
coraꝫ me pmanebit. Et visitabo aduersum
omnes qui tribulant eū: ⁊ erit dux eius ex
eo: ⁊ princeps de medio eius pducetur. Et
applicabo eū: ⁊ accedet ad me. Quis enī iste
est qui applicet cor suū: ut appropinquet m̄
ait dn̄s. Et eritis michi in poplm̄: ⁊ ego ero
vobis in deū. Ecce turbo domini furor egre-
diens: pcella ruens ī capite impioꝝ ɔquie-
scet. Nō auertet irā indignationis dn̄i: donec
faciat ⁊ ɔpleat cogitacōez cordis sui. In no-
uissimo dieꝝ intelligetis ea.

XXXI

In tempoē illo dicit dn̄s ero deus vniuersis
cognacōmbꝫ israhel: ⁊ ipsi erūt michi in po-
pulū. Hec dicit dn̄s. Inuenit grāz in deserto
populus qui remanserat gladio. Vadet ad
requiē suam israhel. Lōge dn̄s apparuit m̄.
Et in caritate ppetua dilexi te: ideo attraxi
te miserans. Rursūqꝫ edificabo te: ⁊ edifica-
beris virgo israhel. Adhuc ornaberis tym-
panis tuis: ⁊ egredieris in choro ludentiū.
Adhuc plantabis vineas in mōtibꝫ sama-
rie. Plantabūt plantātes: ⁊ donec tempus
veniat nō vindemiabūt: qꝛ erit dies in q̄ cla-
mabūt custodes in mōte effraim. Surgite
et ascendamus in syon ad dn̄m deū nostrū:
qꝛ hec dicit dominus. Exultate in leticia ia-
cob: ⁊ hinnite ɔtra caput gentiū: psonate
et canite: ⁊ dicite. Salua domine populū tuū
reliquias israhel. Ecce ego adducā eos de t̄-
ra aquilonis: ⁊ ɔgregabo eos ab extremis
terre: inter quos erunt cecus ⁊ claudus et
pregnans et pariens simul cetus magnus
reuertentiū huc. In fletu venient: ⁊ in p̄cibus
reducā eos. Et adducā eos p torrentes aq̄-
rum in via recta ⁊ non impingent in ea: qꝛ
factus sū israheli pater: et ephraim p̄moge-
nitus meus est. Audite v̄buꝫ domini gētes:
et annūciate in insulis que pcul sūt: ⁊ dicite.
Qui dispsit israhel ɔgregabit eum: ⁊ custo-
diet eum sicut pastor gregem suū. Redimet
enī dominus iacob: ⁊ liberabit eum de manū
potentioris. Et venient ⁊ laudabūt in monte
syon: ⁊ ɔfluent ad bona domini sup frumē-
to ⁊ vino et oleo ⁊ fetu pecorū et armentorū:
eritqꝫ anima eoꝝ quasi ortus irriguus: et
vltra non esurient. Tunc letabitur virgo in
choro: iuuenes ⁊ senes simul. Et ɔuertam lu-
ctum eoꝝ in gaudiū: ⁊ ɔsolabor eos: ⁊ letifi-
cabo a dolore suo. Et inebriabo animā sacer-
dotū pinguedine: ⁊ poplus meus bonis ad-
implebit̄ ait dominus. Hec dicit dominus.
Vox in excelso audita ē lamētacōis luct⁹
et fletus: rachel plorātis filios suos ⁊ nolēns
ɔsolari sup eis: quia non sūt. Hec dicit dn̄s.
Quiescat vox tua a ploratu ⁊ oculi tui a la-
crimis: qꝛ est merces operi tuo ait dominus.
Et reūtent̄ de terra inimici: ⁊ est spes nouis-
simis tuis ait dn̄s: ⁊ reuertent̄ filij tui ad ter-
minos suos. Audiēs audiui ephraim trāsmi-
grantē. Castigasti me domine: ⁊ eruditus
sum quasi iuuenculus indomitus. Cōuerte
me ⁊ reuertar: qꝛ tu dn̄s deus meus. Postq̄
enim ɔuertisti me egi penitentiā: ⁊ postq̄ o-
stendisti michi pcussi femur meū. Confusus
sum ⁊ erubui: qm̄ sustinui opprobriū adole-
scentie mee. Si filius honorabilis michi e-
phraim: si puer delicatus: qꝛ ex quo locutus
sum de eo adhuc recordabor eius. Idcirco
conturbata sūt viscera mea sup eū: miserās
miserebor ei⁹ ait dn̄s. Statue tibi speculā:
pone tibi amaritudines. Dirige cor tuum in
viaꝫ rectā in qua ambulasti. Reūtere v̄go

israhel: reuertere ad ciuitates tuas istas. Usqȝ
q̊ delitijs dissolueris filia vaga? Quia crea-
uit dominus nouū sup terrā: femina circun-
dabit virū. Hec dicit dominus exercituum
deus israhel. Adhuc dicent v̄bū istud in t̄ra
iuda ⁊ in vrbibꝫ eius: cū ɔuertero captiuita-
tez eoꝝ. Benedicat tibi dominus pulcritu-
do iusticie mons sanctus. Et habitabūt in
eo iudas ⁊ om̄es ciuitates eius simul agri-
cole ⁊ minātes greges: qꝛ inebriaui animā
lassam: ⁊ om̄ez aīaz esurientē saturaui. Ideo
quasi de somno suscitatus sum ⁊ vidi: et so-
mnus meus dulcis michi. Ecce dies venīēt
dicit dn̄s: ⁊ seminabo domū iuda ⁊ domum
israhel semine hominis ⁊ semine iumentoꝝ.
Et sicut vigilaui sup eos ut euellerē ⁊ demo-
lirer et dissiparem ⁊ disp̄derem ⁊ affligerē:
sic vigilabo sup eos vt edificē ⁊ plantē ait
dominus. In diebꝫ illis non dicēt vltra. pa-
tres ɔmederūt vuam acerbam ⁊ dentes fili-
orū obstupuerīt: sed vnusquisqȝ in iniq̄tate
sua morietᵘ. Om̄is homo qui ɔmederit vuā
acerbā: obstupescent dentes eius. Ecce di-
es venient dicit dn̄s. et feriam domui israhel
et domui iuda fedus nouū. Non secundū
pactum quod pepegi cum pr̄ibꝫ eoꝝ ī die
qua app̄hendi manū eoꝝ vt educerē eos
de terra egipti: pactuz quod irritū fecerīt et
ego dominatus sū eoꝝ dicit dominus. Sed
hoc erit pactū quod feriaz cū domo israhel.
Post dies illos dicit dominus dabo legē
meam in visceribꝫ eoꝝ: ⁊ in corde eoꝝ scri-
bam eā: ⁊ ero eis in deū. et ipsi erūt michi in
p̄p̄lm. Et nō docebit vltra vir p̄ximū suū. et
vir fratrem suū dicēs: cognosce dn̄m. Oēs
eni cognoscent me a minimo eoꝝ usqȝ ad
maximū ait dn̄s: qꝛ p̄piciabor iniq̄tati eoꝝ
et pcc̄i eoꝝ non ero memor amplius. Hec
dicit dn̄s qui dat solem in lumie diei. ordi-
nē lune ⁊ stellaꝝ in lumine noctis: q̄ turbat
mare ⁊ sonant fluctus eius: dn̄s exercituū
nomen illi. Si defecerint leges iste coram
me dicit dn̄s: tūc ⁊ semen israhel deficiet vt
non sit gens coram me cūctis diebꝫ. Hec
dicit dn̄s. Si mensurari poterint celi sursuz
et inuestigari fundamēta t̄re deorsū: et ego
abiciam vniuersū semen israhel p̄pter om̄ia
q̄ fecerūt dicit dn̄s. Ecce dies venient dicit
dominus: et edificabitᵘ ciuitas dn̄o a turre a-
nanehel vsqȝ ad portā āguli. Et exibit vltra
norma mensure in ɔspectu eius sup collē ga-
reb: ⁊ circuibit goatha ⁊ om̄em vallē cada-
uerū ⁊ cineres et vniūsam regionem mortis.
vsqȝ ad torrentē cedron ⁊ vsqȝ ad angulū
porte eq̊ꝝ orīētalis. Scm̄ dn̄i nō euelletᵘ: et
nō destruetᵘ vltra ī p̄petuū.

XXXII

Verbū qđ factū est ad iheremiā a dn̄o
in anno decimo sedechie regis iuda:
ipse est ānus octauusdecimus nabuchodo-
nosor. Tunc exercitus regis babilonis ob-
sidebat iherusalem: ⁊ iheremias p̄pheta erat
clausus in atrio carceris qui erat in domo re-
gis iuda. Clauserat enim eā sedechias rex
iuda dicēs. Quaē vaticinaris dicēs hec dicī
dn̄s. ecce ego dabo ciuitatem istā in manꝰ
regis babilōis ⁊ capiet eū. et sedechias rex
iuda nō effugiet de manū caldeoꝝ: s̄ tradetᵘ
in manus regis babilonis. et loquetᵘ os eiꝰ
cum ore illius ⁊ oculi eius oculos illius vide-
būt. et in babilonē ducet sedechiā ⁊ ibi erit
donec visitē eum ait dn̄s: si aūt dimicaueitis
aduersū caldeos nichil p̄sperum habebitis?
Et dixit iheremias. Factū est v̄bum domini
ad me dicēs. Ecce ananehel filius sellū pa-
truelis tuus veniet ad te dicēs. Eme tibi a-
grum meū qui est in anathot. Tibi enim cō-
petit ex p̄pinq̄tate vt emas. Et venit ad me
ananehel filius patrui mei secundū verbum
dn̄i ad vestibulū carceris: ⁊ ait ad me. Possi-
de agrū meū qui est ī anathot in terra benia-
min: qꝛ tibi ɔpetit hereditas ⁊ tu p̄piquus es
vt possideas. Intellexi aūt qꝛ verbū domini
esset. Et emi agruz ab ananehel filio patrui
mei qui est ī anathot. Et appendi ei argentū
septem stateres. et decē argēteos: ⁊ scripsi
in libro ⁊ signaui: ⁊ adhibui testes. Et appē-
di argentū ī statera: ⁊ accepi librū possessio-
nis signatū ⁊ stipulacōes ⁊ rata et signa fo-
rinsecus. Et dedi librū possessionis baruch
filio neri filie maasie ī oclis ananehel patru-
elis mei ⁊ ī oculis testiūz qui scripti erant ī li-
bro emptionis: ⁊ ī oculis omniū iudeoꝝ q̄
sedebant ī atrio carceris. Et p̄cepi baruch
coram eis dicēs. Hec dicit dn̄s exercituum
deus israhel. Sume libros istos: librū em-
ptionis hūc signatū. et librum hūc q̄ apertus

S III

eſt: et pones illos in vaſe fictili ut permane-re poſſint diebꝫ multis. Hec enim dicit dñs exercituũ deus iſrahel. Adhuc poſſidebunt domus ⁊ agri et vinee in terra iſta. Et ora-ui ad dñm poſtq̃ tradidi librũ poſſeſſionis baruch filio neri dicẽs. Heu heu heu domine deus. Ecce tu feciſti celũ ⁊ terrã in fortitudine tua magna: ⁊ in brachio tuo extento. Nõ erit tibi difficile omne verbũ qui facis miſeri-cordiam in milibꝫ: ⁊ reddis iniquitatẽ pa-trum in ſinũ filiorũ eorꝫ poſt eos fortiſſime magne ⁊ potẽs. dominus exercituũ nomẽ tibi: magnus in ↄſilio ⁊ incomp̃henſibilis ĩ cogitatu: cuius oculi aperti ſunt ſup omnes vias filiorũ adam. ut reddas vnicuiqꝫ ſcḋꝫ vias ſuas. ⁊ ſcḋm fructũ adinuencõis eiꝰ.

IIII

qui poſuiſti ſigna ⁊ portenta in terra egipti vſqꝫ ad diẽ hanc et in iſrahel et ĩ hominibꝫ: et tibi feciſti nomẽ ſicut ẽ dies hec. Et edu-xiſti populũ tuũ iſrahel de terra egipti in ſi-gnis ⁊ portentis et in manũ robuſta ⁊ in bra-chio extento ⁊ in terrore magno: ⁊ dediſti eis terrã hanc quã iuraſti p̃ribꝫ eorꝫ ut da-res eis terrã fluentẽ lacte ⁊ melle: ⁊ ingreſſi ſunt ⁊ poſſiderũt eam. Et nõ obedierũt voci tue ⁊ in lege tua nõ ambulauerũt: omnia q̃ mandaſti eis ut facerẽt nõ fecerũt: ⁊ euene-rũt eis omĩa mala hec. Ecce municõnes ex-ſtructe ſũt aduerſum ciuitatẽ ut capiatur: et vrbs data eſt in manus caldeorꝫ q̃ preli-antur aduẽſus eam a facie gladij ⁊ famis et peſtilentie: et quecũqꝫ locutus es acciderũt vt tu ipſe cernis. Et tu dicis michi dñe deꝰ. eme agrum argento ⁊ adhibe teſtes: cum vrbs data ſit in manus caldeorꝫ. Et factũ eſt verbũ domini ad iheremiã dicẽs. Ecce e-go dominus deus vniuerſe carnis. Nunquid michi difficile erit omne verbũ? Propterea hec dicit dñs. Ecce ego tradã ciuitatẽ iſtã in manus caldeorꝫ ⁊ in manus regis babi-lonis ⁊ capient eam: ⁊ venient caldei p̃liãtes aduerſũ vrbẽ hanc. et ſuccendẽt eam igni et ↄburẽt eam: ⁊ domus in quarꝫ domatibꝫ ſacrificabant baal ⁊ libabant dijs alienis libamina ad irritandũ me. Erant enĩ filij iſ-rahel et filij iuda iugiter facientes malũ in o-culis meis ab adoleſcentia ſua: filij iſrahel q̃ vſqꝫ nũc exacerbabãt me in opere manuũ

T b

ſuarꝫ dicit dñs: qꝛ in furore ⁊ in indignacõe mea facta eſt michi ciuitas hec a die q̃ edi-ficauerũt eam uſqꝫ ad diem iſtam q̃ auferetur de cõſpectu meo ꝓpter maliciã filiorꝫ iſrl' et filiorũ iuda quã fecerunt ad iracundiam me ꝓuocantes. ipſi ⁊ reges eorꝫ ⁊ principes eorꝫ et ſacerdotes ⁊ ꝓphete eorꝫ viri iuda ⁊ habitatores iheruſalẽ. Et verterunt ad me terga ⁊ nõ facies: cũ docerẽ eos ⁊ erudirẽ diluculo: ⁊ nollẽt audire ut acciperent diſci-plinã. Et poſuerũt ydola ſua in domo in qua inuocatũ eſt nomẽ meũ ut pollueręt eam: et edificauerũt excelſa baal que ſũt in valle fi-lij ennon ut initiaret filios ſuos ⁊ filias ſuas moloch qḋ nõ mandaui eis nec aſcendit ĩ cor meũ ut facerẽt abominacõẽꝫ hanc: et in peccatũ deducerẽt iudã. Et nunc ꝓpter iſta hec dicit dominus deus iſrahel ad ciuitatem hanc: de qua vos dicitis qꝛ tradatur in manꝰ regis babilonis in gladio ⁊ in fame et ĩ pe-ſte. Ecce ego ↄgregabo eos de vniuerſis ter-ris ad quas eieci eos in furore meo ⁊ in ira mea ⁊ in indignacõne grandi: ⁊ reducã eos ad locum iſtũ ⁊ habitare eos faciã ↄfiden-ter: ⁊ erunt michi in populũ ⁊ ego ero eis ĩ deum. Et dabo eis cor vnũ ⁊ viam vnã vt ti-meant me vniũſis diebꝫ: ⁊ bene ſit eis ⁊ filijs eorꝫ poſt eos. Et feriam eis pactũ ſempiter-nũ ⁊ nõ deſinam eis benefacere: ⁊ timorem meũ dabo in corde eorꝫ ut nõ recedãt a me: et letabor ſup eis cũ bene eis fecero. Et plã-tabo eos ĩ terra iſta in veritate in toto corde meo ⁊ in tota aĩa mea: qꝛ hec dicit dominus. Sicut adduxi ſup populũ iſtũ omne malũ hoc grande: ſic adducã ſup eos omne bonũ quod ego loquor ad eos. Et poſſidebunt agri in terra iſta de qua vos dicitis qꝛ deſerta ſit eo qꝛ nõ remanſerit homo ⁊ iumentũ: et data ſit ĩ manus caldeorꝫ. Agri emẽtur pe-cunia ⁊ ſcribentur ĩ libro ⁊ imprimetur ſignũ: et teſtis adhibebitur ĩ terra beniamin ⁊ ĩ circu-itu iherlm ĩ ciuitatibꝫ iuda ⁊ in ciuitatibꝫ mõ-tanis ⁊ ĩ ciuitatibꝫ campeſtribꝫ ⁊ ĩ ciuitatibꝫ que ad auſtrum ſunt: quia conuertam ca-ptiuitatem eorꝫ ait dominus.

XXXIII

Et factum eſt verbũ domini ad ihere-miam ſcḋo: cũ adhuc clauſus eſſꝫ in a-trio carceris dicẽs. Hec dicit dominus qui

facturus ē et formaturus illō et paraturus: dominus nomē eius. Clama ad me ⁊ exaudiam te: ⁊ annūciabo tibi grandia ⁊ firma q̄ nescis. Quia hec dic̄ dn̄s deus isrl̄ ad domos vrbis hui⁹ ⁊ ad domos regis iuda que destructe sūt ⁊ ad municōes ⁊ gladiū venientiū vt dimicent cū caldeis ⁊ impleāt eas cadaueribȝ hominū quas pcussi ī furore meo et ī indignacōe mea: abscondens faciez meā a ciuitate hac ꝓpter omēz maliciā eoꝝ. Ecce ego obducā eis cicatricē ⁊ sanitatē: ⁊ curabo eos: ⁊ reuelabo eis depcacōem pacis ⁊ veritatis. Et ꝯuertā ꝯuūsionē iuda ⁊ ꝯuersionē iherusalē ⁊ edificabo eos sicut a principio: et emūdabo eos ab omī iniquitate sua in q̄ peccauerūt michi: ⁊ ꝓpicius ero cūctis iniq̄tatibȝ eoꝝ ī quibȝ deliquerūt michi ⁊ spreuerunt me. Et erūt michi in nomē ⁊ ī gaudiū et in laudem ⁊ ī exultacōem cūctis gētibus terre que audierint omnia bona q̄ ego facturus sum eis: ⁊ pauebūt ⁊ turbabūt ī vniuersis locis ⁊ ī omi pace quē ego faciā eis.

II Hec dicit dominus. Adhuc audiet̄ ī loco isto quē vos dicitis esse desertū eo q̄ non sit homo ⁊ iumentū ī ciuitatibȝ iuda ⁊ foris iherusalē que desolate sunt absq̄ homine et absq̄ habitatore ⁊ absq̄ pecore. vox gaudij ⁊ vox leticie vox spōsi ⁊ vox spōse: vox dicentiū ꝯfitemini domino exercituū qm̄ bonus dominus. qm̄ in eternū misēdia eius: et portantiū vota in domo dn̄i. Reducā enim ꝯuersionē terre sicut a pn̄cipio dic̄ domin⁹. Hec dicit dominus exercituū. Adhuc erit in loco isto deserto absq̄ homine ⁊ absq̄ iumento. ⁊ in cūctis ciuitatibȝ eius habitaculum pastoꝝ accubantiū gregū ī ciuitatibȝ montuosis ⁊ ī ciuitatibȝ campestribȝ: et in ciuitatibȝ que ad austrum sūt ⁊ ī terra beniamin ⁊ ī circuitu iherusalē ⁊ ī ciuitatibȝ iuda: adhuc transibunt greges ad manū numerantis ait dn̄s. Ecce dies veniēt dicit dn̄s: et suscitabo ꝟbum bonū quod locutus sum ad domū israhel et ad domū iuda. In diebȝ illis et ī tempore illo germinaē faciā dauid germen iusticie: et faciet iudiciū ⁊ iusticiā in terra. In diebȝ illis saluabit̄ iuda: et isrl̄ habitabit ꝯfidenter. Et hoc est nomen qd̄ vocabūt euȝ: dominus iustus noster. Quia hec dicit domin⁹. Nō interibit de dauid vir qui sedeat sup thronū domus israhel: et de sacerdotibȝ ⁊ de leuitis nō interibit vir a facie mea qui offerat olocaustomata ⁊ incendat sacrificiū et cedat victimas omibus diebȝ.

III Et factum est verbū domini ad iheremiā dicēs. Hec dicit dn̄s. Si irritū potest fieri pactum meū cum die ⁊ pactum meū cū nocte vt nō sit dies ⁊ nox ī tempore suo: ⁊ pactū meū irritū esse poterit cum dauid seruo meo vt non sit ex eo filius qui regnet ī throno eius: ⁊ leuite et sac̄dotes ministri mei. Sicuti enumerari nō possunt stelle celi ⁊ metiri arene maris: sic multiplicabo semē dauid serui mei: ⁊ leuitas ministros meos. Et factū est ꝟbū domini ad iheremiā dicēs. Nunq̄d nō vidisti quid populus hic locutus sit dicēs. Due ꝯgnacōes quas elegerat dn̄s abiecte sūt: Et populū meū despexerūt: eo q̄ non sit vltra gens coram eis. Hec dicit dominus. Si pactū meū inter diē ⁊ noctem et leges celo et terre nō posui. equidē ⁊ semē iacob ⁊ dauid serui mei piciā: ut nō assumā de semine eius pn̄cipes seminis abraham ⁊ ysaac et iacob. Reducā eni ꝯuersionē eoꝝ ⁊ miserebor eis.

IIII Verbū qd̄ XXXIIII factum est ad iheremiā a domino: qn̄ nabuchodonosor rex babilonis ⁊ omis exercitus eius vniūsaq̄ regna terre que erāt sb̄ potestate manus eius ⁊ omes populi bellabāt ꝯtra iherusalē ⁊ ꝯtra omes vrbes eius dicēs. Hec dicit dn̄s deus israhel. Vade ⁊ loq̄re ad sedechiam regem iuda: ⁊ dices ad eū. Hec dicit dn̄s. Ecce ego tradā ciuitatē hāc in manus regis babilonis: ⁊ succendet eaȝ igni. Et tu nō effugies de manu eius ſȝ ꝯprehensione capieris et in manu eius traderis: et oculi tui oculos regis babilonis videbūt. et os eius cū ore tuo loquet̄: ⁊ babilonē introibis. Attamē audi verbū domi sedechia rex iuda. Hec dicit dn̄s ad te. Nō morieris in gladio sed ī pace morieris: ⁊ scd̄m ꝯbustiones patrū tuoꝝ regū prioꝝ qui fuerūt ante te sic ꝯburent te. et ve dn̄e plangēt te: q̄ verbum hoc ego locutus sum dicit dominus. Et locutus est iheremias ꝓpheta ad sedechiam regē iuda vniuersa verba hec in ihrl̄m: ⁊ exercitus regis babilonis pugnabat ꝯtra

iherusalē et ɔtra oēs ciuitates iuda que
reliq̄ erant ɔtra lachis ⁊ ɔtra azecha. Hee
enī superāt de ciuitatib⁹ iuda vrbes muīte.
Verbū quod factū ē ad iheremiā a dño:
postq̄ pcussit rex sedechias fedus cū oēi
populo in iherusalē p̄dicans ut dimitteret
vnusquisq; seruū suū ⁊ vnusquisq; ancillaz
suā hebreū ⁊ hebream liberos: ⁊ nequaquā
dominaret̄ eis id est ī iudeo ⁊ in fratre suo.
Audierūt ergo oēs pn̄cipes ⁊ vniuersus
populus qui inierunt pactuz ut dimitteret
vnusquisq; ſuū suū ⁊ vnusquisq; ancillam
suam liberos: et vltra non dominarent̄ eis.
Audiert igit̄: ⁊ dimiserūt. Et conūsi sūt de-
inceps et retraxert ſuos suos ⁊ ancillas su-
as quos dimiserūt libeós: ⁊ subiugauert
in famulos ⁊ famulas. Et factum est v̄buz
ad iheremiā a dño dicens. Hec dicit domi-
nus deus israhel. Ego pcussi fedus cū prib⁹
vestris: in die qua eduxi eos de terra egipti
de domo ſuitutis dicēs. Cū ɔpleti fuerit se-
ptem anni dimittat vnusquisq; fratrez suū
hebreuz qui venditus est ei: ⁊ ſuiet tibi sex
annis: ⁊ dimittes eum a te liberū. Et nō au-
dierūt patres vestri me: nec inclinauert au-
rē suam. Et conūsi estis vos hodie ⁊ fecistis
quod rectum est in oculis meis ut p̄dicaē-
tis libtatem vnusquisq; ad amicū suū: ⁊ ini-
stis pactum in ɔspectu meo in domo in qua
inuocatū est nomē meū sup eam. Et reuersi
estis ⁊ ɔmaculastis nomē meū: ⁊ reduxistis
vnusquisq; ſuū suū ⁊ vnusquisq; ancillam
suā quos dimiseratis ut essent liberi et sue
potestatis: ⁊ subiugastis eos ut sint vobis
ſui ⁊ ancille. Propterea hec dicit dñs. Vos
nō audistis me: ut p̄dicaētis libtatez vnus-
quisq; fratri suo ⁊ vnusquisq; amico suo. Ec-
ce ego p̄dico libtatē ait dñs ad gladiū ad
pestem ⁊ ad famem: ⁊ dabo vos in ɔmocō-
nem cunctis regnis t̄re. Et dabo viros qui
p̄uaricant̄ fedus meū ⁊ non obſuauerunt
v̄ba federis quib⁹ assensi sūt ī ɔspectu meo.
vitulū quē ɔcidert in duas ptes ⁊ trāsierūt
inter diuisiōes ei⁹. pn̄cipes iuda ⁊ pn̄cipes
ihrlm. eunuchi ⁊ sacerdotes ⁊ oīs pp̄ls t̄re
qui transierūt inter diuisiones vituli: ⁊ da-
bo eos in manus inimicoꝝ suoꝝ ⁊ in man⁹
querētiū aīaz eoꝝ: et erit morticinū eoꝝ in
escam volatilib⁹ celi ⁊ bestijs terre. Et sede-
chiam regē iuda ⁊ pn̄cipes eius dabo ī ma-
nus inimicoꝝ suoꝝ ⁊ in manus querentiū
animas eoꝝ: ⁊ in manus exercituū regis
babilonis qui recessert a vobis. Ecce ego
p̄cipio dicit dñs: ⁊ reducā eos in ciuitatem
hāc ⁊ p̄liabunt̄ aduersū eam: ⁊ capient eaz
et incēdēt igni. Et ciuitates iuda dabo ī solitu-
dinē: eo q̄ nō sit habitator. XXXV

Verbū quod factum est ad iheremiaz
a domino in dieb⁹ ioakim filij iosie re-
gis iuda dicēs. Vade ad domū rechabitaꝝ
et loquē eis: ⁊ introduces eos in domū dñi
in vnam exedram thesauroꝝ: ⁊ dabis eis bi-
bere vinū. Et assumpsi iechoniā filiū iheremie
filij absame ⁊ fratres eius ⁊ oēs filios eius
et vniūsam domū rechabitaꝝ: ⁊ introduxi
eos in domū domini ad gazophilatiū filioꝝ
anan filij iezedelie hominis dei quod erat iu-
xta gazophilaciū pn̄cipū sup thesaurū maa-
sie filij sellū: qui erat custos vestibuli. Et po-
sui coram filijs domus rechabitaꝝ ciphos
plenos vino ⁊ calices: ⁊ dixi ad eos. Bibite
vinū. Qui rn̄derūt. Non bibemus vinū: q̄r
ionadab fili⁹ rechab pater noster p̄cepit
nobis dicēs. Non bibetis vinū vos ⁊ filij ve-
stri usq; in sempiternū. Et domū nō edifica-
bitis ⁊ sementē nō seretis ⁊ vineas nō plan-
tabitis nec habebitis: ſ; in tabnaculis habi-
tabitis cunctis dieb⁹ v̄ris: ut viuatis dieb⁹
multis sup faciē t̄re in qua vos pegrinami.
Obediuim⁹ ergo voci ionadab filij rechab
patris nostri in omnib⁹ que p̄cepit nobis:
ita ut nō biberemus vinū cunctis dieb⁹ no-
stris nos ⁊ muliēs nostre filij ⁊ filie nostre
et nō edificaremus domos ad habitandū:
et vineā ⁊ agrū ⁊ sementē nō habuimus: ſ;
habitauimus in tabnaculis: ⁊ obediētes fui-
mus iuxta oīa q̄ p̄cepit nobis ionadab
pater nr̄. Cuz aūt ascendisſ; nabuchodono-
sor rex babilonis ad terram nostrā diximus.
Venite ⁊ ingrediamur iherusalē a facie ex-
ercitus caldeoꝝ ⁊ a facie exercitus syrie: et
mansimus in iherusalē. Et factū est v̄bū do-
mini ad iheremiam dicēs. Hec dicit dñs exē-
cituū deus israhel. Vade ⁊ dic viris iuda ⁊ ha-
bitatorib⁹ iherusalē. Nūquid nō recipietis
disciplinā: ut obediatis v̄bis meis dic dñs.

Preualuerūt ſmones ionadab filij rechab
quos p̄cepit filijs ſuis ut nō biberēt vinū:
et non biberūt uſq; ad diem hāc: q2 obedi-
erūt p̄cepto patris ſui. Ego aūt locutus ſū
ad vos de mane ꝯſurgēs ⁊ loquēs: et non
obediſtis michi. Miſiq; ad vos oēs ſeruoſ
meos ꝓphas ꝯſurgens diluculo: mittenſq;
et dicens. Conūtimini vnuſquiſq; a via ſua
peſſima ⁊ bona facite ſtudia veſtra: ⁊ nolite
ſequi deos alienos neq; colatis eos: ⁊ ha-
bitabitis in terra quā dedi vobis ⁊ prībuſ
veſtris. Et non inclinaſtis aurem veſtram:
neq; audiſtis me. Firmauerunt igit̄ filij io-
nadab filij rechab p̄ceptū patris ſui quod
p̄cepat eis: pp̄ls aūt iſte nō obediuit m. Id-
circo hec dicit dn̄s exercituū deus iſrl̄. Ecce e-
go adducā ſup iudā ⁊ ſup oēs habitatoēſ
iheruſalem vniūſam afflictōez quā locutuſ
ſū aduerſū illos: eo q2 locutus ſum ad illoſ
et nō audierūt: vocaui illos ⁊ nō rn̄derunt
michi. Domui aūt rechabitaꝝ dixit iheremi-
as. Hec dicit dn̄s exercituū deus iſrl̄. Pro
eo q2 obediſtis p̄cepto ionadab patris vr̄i
et cuſtodiſtis oīa mandata eius ⁊ feciſtiſ
vniūſa q̄ precepit vobis: ꝓpterea hec dicit
dominus exercituū deus iſrahel. Nō deficiet
vir de ſtirpe ionadab filij rechab ſtans in
ꝯſpectu meo cūctis dieb;

XXXVI

Et factum eſt in anno quarto ioakim
filij ioſie regis iuda: factū eſt verbū
hoc ad iheremiam a dn̄o dicēs. Tolle volu-
men libri ⁊ ſcribes in eo omnia v̄ba que lo-
cutus ſū tibi aduerſus iſrahel ⁊ iudam ⁊ ad-
uerſum oēs gētes a die qua locutus ſum
ad te ex dieb; ioſie uſq; ad diem hāc: ſi for-
te audiēte domo iuda vniūſa mala q̄ ego
cogito facere eis reūtat̄ vnuſquiſq; a via
ſua peſſima: ⁊ ꝓpicius ero iniquitati et pcc̄o
eoꝝ. Vocauit ergo iheremias baruch filiū
nerie: ⁊ ſcripſit baruch ex ore ihēmie oēs
ſmones domini quos locutus eſt ad eū in
volumine libri. Et p̄cepit ihēmias baruch
dicēs. Ego clauſus ſū: nec valeo ingredi ī
domū domini. Ingredē ergo tu ⁊ lege de
volumine in quo ſcripſiſti ex ore meo v̄ba
domini audiente pp̄lo in domo domini ī die
ieiunij: inſup ⁊ audiente vniūſo iuda qui ve-
niūt de ciuitatibus ſuis. Leges eis: ſi forte

II

cadat oratio eoꝝ in ꝯſpectu domini et reūta-
tur vnuſquiſq; a via ſua peſſima: qm̄ magn9
furor ⁊ indignatio eſt quā locutus eſt dn̄s
adūſus pp̄lm hūc. Et fecit baruch filius ne-
rie iuxta oīa q̄ p̄ceperat ei ihēmias ꝓpha:
legens ex volumīe ſermones dn̄i in domo
domini. Factuz eſt aūt in āno quīto ioakim
filij ioſie regis iuda: in mēſe nono p̄dicaue-
rūt ieiuniū in ꝯſpectu domini oīni pp̄lo in ihe-
ruſalē et vniūſe multitudini q̄ cōfluxerat de
ciuitatib; iuda in iheruſalē. Legitq; baruch
ex volumine ſmones ihēmie in domo dn̄i ī
gazophilatio gamarie filij ſaphan ſcribe in
veſtibulo ſupiori in introitu porte noue do-
mus domini: audiēte omni pp̄lo. Cumq; au-
diſſ; micheas filius gamarie filij ſaphā oēs
ſmones domini ex libro: deſcendit in domū
regis ad gazophilatiū ſcribe. Et ecce ibi o-
mnes pn̄cipes ſedebant: eliſama ſcriba ⁊ da-
laias filius ſemeie ⁊ helnathan filius acho-
bor ⁊ gamarias filius ſaphan ⁊ ſedechias
filius ananie ⁊ vniūſi pn̄cipes. Et nūciauit
eis micheas oīa v̄ba: q̄ audiuit legentez
baruch ex volumine in aurib; pp̄li. Miſerūt
itaq; oēs pn̄cipes ad baruch iudi filium
nathanie filij ſelemie filij chuſi dicētes. Vo-
lumē ex quo legiſti audiente pp̄lo ſume in
manū tuā ⁊ veni. Tulit ergo baruch filius ne-
rie volumē in manū ſua: et venit ad eos. Et
dixerūt ad eū. Sede: ⁊ lege hec in aurib;
noſtris. Et legit baruch ī aurib; eoꝝ. Igi-
tur cū audiſſent oīa v̄ba obſtupuerunt
vnuſquiſq; ad ꝓximū ſuū: ⁊ dixerūt ad ba-
ruch. Nūciare debem9 regi oēs ſermoneſ
iſtos. Et interrogauerūt eū dicētes. Indica
nobis: quō ſcripſiſti oēs ſmones iſtos
ex ore ei9. Dixit aūt eis baruch. Ex ore ſuo
loq̄batur quaſi legēs ad me oēs ſmoēſ
iſtos: et ego ſcribebā in volumine atramēto.
Et dixerūt pn̄cipes ad baruch. Vade ⁊ ab-
ſcondē tu et ihēmias: ⁊ nemo ſciat vbi ſitis.
Et ingreſſi ſūt ad regē ī atriū. Porro volu-
men ꝯmendauerūt ī gazophilatio eliſame
ſcribe: ⁊ nūciauerūt audiente rege oēs ſ-
mones. Miſitq; rex iudi ut ſumēt volumē:
qui tollēs illud de galophilatio eliſame ſcri-
be legit audiēte rege: ⁊ vniūſis pn̄cipibus
qui ſtabāt circa regē. Rex autē ſedebat in

III

IIII

domo hiemali in mense nono: ⁊ posita eȃt arula coram eo plena prunis. Cūq; legiſſ; iudi tres pagellas vel q̃tuor ſcidit illō ſcalpello ſcribe ⁊ ꝓiecit in ignē qui eȃt ſup arulam: donec ↄſumeret̄ om̄e volumē igni qui erat in arula. Et nō timuerūt neq; ſciderūt veſtimēta ſua rex ⁊ om̄es ſerui eius: qui audierūt vniuerſos ſermones iſtos. Veruntamē elnathan ⁊ dalaias ⁊ gamarias contradixerūt regi ne ↄburēt librū: ⁊ nō audiuit eos. Et p̄cepit rex iheremiel filio amalech et ſaraie filio ezribel ⁊ ſelemie filio abdehel: vt ↄp̄henderēt baruch ſcribam ⁊ ihēmiā ꝓphetam. Abſcondit aūt eos dn̄s. Et fcm̄ eſt verbum dn̄i ad ihēmiā ꝓphetam: poſtq̄ ↄbuſſerat rex volumē ⁊ ſmones quos ſcripſerat baruch ex ore ihēmie dicens. Rurſū tolle volumē aliud: ⁊ ſcribe in eo om̄es ſermones p̄ores qui erāt in p̄mo volumīe qđ cōbuſſit ioakim rex iuda. Et ad ioakim regem iuda dices. Hec dicit dn̄s. Tu ↄbuſſiſti volumē iſtud dicēs. Quaē ſcripſiſti in eo annuncians. feſtinus veniet rex babiloīs: et vaſtabit terram hāc ⁊ ceſſare faciet ex illa hoīem ⁊ iumentū? Proptēa hec dicit dominus deus ↄtra ioakim regē iuda. Nō eit ex eo qui ſedeat ſup ſoliū dauid: ⁊ cadauer eius proicietur ad eſtum per diem ⁊ ad gelu per noctem. Et viſitabo contra eū ⁊ cōtra ſemē eius et contra ſeruos eius iniquitates ſuas: et adducam ſuper eos ⁊ ſuper habitatores iheruſalē ⁊ ſup viros iuda om̄e malū quod locutus ſū ad eos: ⁊ non audierunt. Ihēmias aūt tulit volumē aliud ⁊ dedit illud baruch filio nerie ſcribe: qui ſcpſit ī eo ex ore ihēmie om̄es ſmones libri quē combuſſeȃt ioakim rex iuda igni: ⁊ inſup additi ſūt ſermones multo pl̄es q̄ antea fuerūt.

XXXVII

Et regnauit rex ſedechias filius ioſie ꝓ iechonia filio ioakim quē ↄſtituit regē nabuchodonoſor rex babilonis in terra iuda: ⁊ nō obediuit ipſe ⁊ ſerui eius et populus terre v̄bis dn̄i q̄ locutus ē in manu ihēmie ꝓphete. Et miſit rex ſedechias iuchal filiū ſelemie ⁊ ſophoniā filiū maaſie ſacerdotē ad ihēmiā ꝓphetam dicēs. Ora ꝓ nobis dn̄m deum noſtrū. Ihēmias aūt libere ambulabat in medio ꝑpli. Nō enim miſeȃt eū in cuſtodiā carceris. Igit̄ exercitus pharaonis egreſſus eſt de egipto: ⁊ audiētes caldei qui obſedebāt iheruſalē huiuſcemodi nunciū receſſerūt ab iheruſalē. Et factum eſt v̄bū domini ad ihēmiam ꝓphetam dicēs. Hec dicit dn̄s deus iſrahel. Sic dicetis regi iuda qui miſit vos ad me interrogandū. Ecce exēcitus pharaoīs qui egreſſus eſt vobis in auxiliū reuertet̄ in terrā ſuā in egiptū: ⁊ redīet caldei ⁊ bellabūt ↄtra ciuitatē hanc: ⁊ capiēt eam ⁊ ſuccēdēt igni. Hec dicit dn̄s. Nolite decipe aīas veſtras dicētes eūtes abibūt ⁊ recedent a nobis caldei: q2 nō abibūt. Sed ⁊ ſi ꝑcuſſeritis om̄ez exercitū caldeoꝝ qui p̄liant̄ aduerſū vos ⁊ derelicti fuerint ex eis aliq̄ vulnerati: ſinguli de tentorio ſuo ↄſurgēt: ⁊ incēdent ciuitatē hāc igni. Ergo cū receſſiſſ; exēcitus caldeoꝝ ab ihrl̄m ꝓpter exercitū pharaonis. egreſſus eſt ihēmias de iheruſalē ut iret in terrā beniamin: ⁊ diuideret ibi poſſeſſionē in ↄſpectu ciuiū. Cūq; ꝑueniſſ; ad portam beniamin erat ibi cuſtos porte ꝑ vices nomine iherias filius ſelemie filij ananie: et apprehendit ihēmiam ꝓphetam dicēs. Ad caldeos ꝓfugis. Et rn̄dit ihēmias. Falſū ē: nō fugio ad caldeos. Et nō audiuit eū: ſed ↄp̄hendit iherias ihēmiam: ⁊ adduxit eū ad p̄ncipes. Quāobrem irati p̄ncipes cōtra ihēmiam: ceſū eū miſerūt in carcerē qui erat in domo ionathan ſcribe. Ipſe enim ꝑpoſit⁹ erat ſup carcerē. Itaq; ingreſſus ē ihēmias in domū laci ⁊ in ergaſtulū: ⁊ ſedit ibi iheremias dieb⁹ multis. Mittēs aūt ſedechias rex tulit eum: ⁊ interrogauit eū in domo ſua abſcondite: ⁊ dixit. Putaſne eſt ſmo a domino? Et dixit iheremias. Eſt. Et ait. In manus regis babilonis tradeis. Et dixit ihēmias ad regē ſedechiā. Quid peccaui tibi et ſeruis tuis ⁊ populo tuo: q2 miſiſti me in domū carceris? Vbi ſūt ꝓphete veſtri q̄ prophetabāt vobis ⁊ dicebāt: nō veniet rex babilonis ſup vos ⁊ ſup terram hāc? Nūc ergo audi obſecro domine mi rex. Valeat dep̄catio mea in ↄſpcū tuo: ⁊ ne me remittas in domū ionathe ſcribe ne moriar ibi. Precepit ergo rex ſedechias ut traderet̄ in veſtibulū carceris: ⁊ daretur ei torta quotidie panis

excepto pulmēto: donec ↄsumerent̄ omnes
panes de ciuitate. Et mansit iheremias in
vestibulo carceris. XXXVIII

Audiuit aūt saphacias fili⁹ madian
et ihedelias filius phassur ⁊ iucha
filius selemie ⁊ phassur fili⁹ melchie ſmoēs
quos ihēmias loq̄bat̄ ad omem populū
dicēs. Hec dicit dominus. Quicūq₃ manse-
rit in ciuitate hac morietur gladio ⁊ fame et
peste: qui aūt ꝓfugerit ad caldeos viuet: et
erit aīa eius sospes et viuēs. Hec dicit dn̄s.
Tradendo tradetur ciuitas hec in manu ex-
ercitus regis babilonis: ⁊ capiet eā. Et di-
xerūt pn̄cipes regi. Rogamus vt occidat̄
homo iste. De industria enim dissoluit ma-
nus virorū bellantiū q̄ remanserūt i ciuitate
hac ⁊ manus vniūsi populi: loquēs ad eos
vniūsa ṽba hec. Siquidē homo iste non q̄-
rit pacē populo huic: sed malū. Et dixit rex
sedechias. Ecce ipse in manib⁹ vr̄is ē. Nec
enim fas est vobis quicq̄ negaē. Tulerūt
ergo ihēmiam ⁊ ꝓiecerūt eū in lacū elchie
filij amalech: qui erat in vestibulo carceris.
et sūmiserūt ihēmiā in funib⁹ in lacū: in quo
non erat aqua sed lutū. Descendit itaq₃ ihe-
remias in cenū. Audiuit autē abdemelech
ethiops vir eunuchus qui erat in domo re-
gis: q̄ misissent ihēmiā in lacū. Porro rex
sedebat in porta beniamin. Et egressus ē ab-
demelech de domo regis: ⁊ locutus ē ad re-
gē dicēs. Domīe mi rex male fecerūt viri isti
oīa quecūq₃ ꝑpetrarūt ↄtra ihēmiā ꝓphā:
mittentes eum in lacū ut moriatur ibi fame.
Non sūt enim panes vltra in ciuitate. Pre-
cepit itaq₃ rex abdemelech ethiopi dicens.
Tolle tecum hinc triginta viros: ⁊ leua ihe-
remiā ꝓphetam de lacu anteq̄ moriatur. As-
sūptis ergo abdemelech secū viris ingres-
sus ē domū regis q̄ erat sub cellario: ⁊ tulit
inde veteres pannos ⁊ antiqua q̄ ↄputrue-
rant: ⁊ sūmisit ea ad ihēmiam in lacū p funi-
culos. Dixitq₃ abdemelech ethiops ad ihe-
remiā ꝓphetam. Pone veteres pānos ⁊ hec
scissa et putrida sub cubitu manuū tuarū: et
sup funes. Fecit ergo ihēmias sic. Et extra-
xerunt ihēmiam funib⁹: ⁊ eduxerūt de lacu.
Mansit autē ihēmias in vestibulo carceris.
Et misit rex sedechias: ⁊ tulit ad se ihēmiā
ꝓphā ad ostiū terciū in domo domini: et
dixit rex ad ihēmiam. Interrogo ego te ſ-
monē: ne abscondas a me aliq̄d. Dixit aūt
ihēmias ad sedechiam. Si annūciauero ti-
bi: nūquid non interficies me? Et si consiliū
dedero tibi: nō me audies. Iurauit ergo rex
sedechias ihēmie clam dicēs. Viuit dn̄s q̄
fecit nobis animā hāc si occideō te: ⁊ si tra-
didero in manus virorū istorū qui querunt
animā tuā. Et dixit ihēmias ad sedechiam.
Hec dicit dn̄s exercituū deus israhel. Si ꝓfe-
ctus exieris ad principes regis babilonis
viuet anima tua: ⁊ ciuitas hec nō succēdet̄
igni: ⁊ saluus eris tu ⁊ domus tua. Si autē
nō exieris ad pn̄cipes regis babilonis tra-
det̄ ciuitas hec in manus caldeorū: ⁊ succen-
dēt eam igni: ⁊ tu nō effugies de maū eorū.
Et dixit rex sedechias ad ihēmiā. Sollicit⁹
sū ꝓpter iudeos qui trāsfugerūt ad caldeos:
ne forte tradar in manus eorū ⁊ illudāt m̄.
Rn̄dit autē ihēmias. Nō te tradēt. Audi q̄-
so vocem domini quā ego loquar ad te: et
bene tibi erit ⁊ viuet anima tua. Quod si no-
lueris egredi: iste ē ſmo quē ostēdit michi
dominus. Ecce omēs mulieres q̄ remanse-
rūt in domo regis iuda educēt̄ ad pn̄cipes
regis babilonis: ⁊ ipse dicēt. Seduxerūt te
et ꝑualuerūt aduſuz te viri pacifici tui: dimer-
serūt in cenū ⁊ in lubricū pedes tuos: ⁊ reces-
serūt a te. Et omēs vxores tue ⁊ filij tui edu-
cent̄ ad caldeos ⁊ nō effugies man⁹ eorū:
sed in maū regis babilonis capieis: ⁊ ciuita-
tem hāc ↄburet igni. Dixit ergo sedechias
ad ihēmiā. Nullus sciat ṽba hec: ⁊ nō morī-
eris. Si aūt audierint pn̄cipes q̄ locutus
sū tecū. et venerint ad te ⁊ dixerint tibi indi-
ca nobis quid locutus sis cū rege ne celes
nos ⁊ nō te interficiemus: ⁊ quid locutus ē
tecū rex: dices ad eos. Prostraui ego p̄ces
meas coram rege: ne me reduci iubēt in do-
mū ionathan ⁊ ibi morerer. Venerūt ergo o-
mnes pn̄cipes ad ihēmiam: ⁊ interrogauerūt
eū. Et locutus est eis iuxta omia ṽba q̄ p̄ce-
perat ei rex. Et cessauerūt ab eo. Nichil eni
fuerat auditū. Mansit vero ihēmias in vesti-
bulo carceris vsq₃ ad diem quo capta ē ihe-
rusalē. Et factū ē vt caperetur ihrlm.

Anno nono sedechie XXXIX

regis iuda mense decimo venit nabuchodo-
nosor rex babilonis ⁊ omnis exercitus eius
ad iherusalē: ⁊ obsidebāt eā. Vndecimo au-
tem anno sedechie mense quarto quīta mē-
sis apta est ciuitas: ⁊ ingressi sūt omēs pn̄-
cipes regis babilonis ⁊ sederūt in porta me-
dia neregel sereser semegar nabusarsathiz
rabsares neregel sereser rebmag ⁊ oēs reli-
qui principes regis babilonis. Cūq3 vidiss3
eos sedechias rex iuda ⁊ omēs viri bellato-
res fugerīt: ⁊ egressi sūt nocte de ciuitate ꝑ
viam orti regis ⁊ ꝑ portā que erat int' duos
muros: ⁊ egressi sūt ad viam deserti. Perse-
cutus est autē eos exercitus caldeoꝝ. ⁊ cō-
prehenderūt sedechiam in campo solitudis
ihericontine: ⁊ captū adduxerūt ad nabu-
chodonosor regē babilonis in reblatha q̄
est ī terra emath: ⁊ locutus ē ad eū iudicia.
Et occidit rex babilonis filios sedechie in
reblatha in oculis eius: ⁊ omēs nobiles iu-
da occidit rex babilōis. Oculos q3 sedechie
eruit: et vinxit eum cōpedib9 ut duceretur
in babilonē. Domū quoq3 regis et domū
vulgi succēderūt caldei igni: ⁊ muꝝ iheru-
salem subuerterunt. Et reliquias populi q̄
remāserāt in ciuitate et ꝑfugas qui transfu-
gerant ad eū. ⁊ superfluos vulgi qui reman-
serant trāstulit nabusardan magister mili-
tū in babilonē: et de plebe pauperū qui ni-
chil penit9 habebāt dimisit nabusardā ma-
gister militū in terra iuda: ⁊ dedit eis vi-
neas ⁊ cisternas in die illa. Preceperat aūt
nabuchodonosor rex babilonis de ihēmia
nabuzardan magistro militū dicēs. Tolle
illū: ⁊ pone super eū oculos tuos nichilq3 ei
mali facias: sed ut voluerit sic facies ei. Mi-
sit ergo nabuzardan princeps militie ⁊ na-
bu et sesban et rapsares et neregel et sereser
et rebmag et omēs optimates regis babi-
lonis miserūt ⁊ tulerūt iheremiā de vestibulo
carceris: ⁊ tradiderunt eū godolie filio ay-
cham filij saphan: ut intraret in domū et ha-
bitaret in ꝑplo. Ad ihēmiā aūt factus fue-
rat sermo dn̄i cū clausus fuisset in vestibulo
carceris dicēs. Vade et dic abdemelech ethi-
opi dicēs. Hec dicit dn̄s exercituū deus is-
rahel. Ecce ego inducā sermones meos su-
ꝑ ciuitatē hāc in malū ⁊ nō in bonū: et erūt
in cōspectu tuo in die illa: et liberabo te ī die
illa ait dn̄s. Et nō traderis ī manus viroꝝ
quos tu formidas: sed eruens liberabo te et
gladio nō cades: sed erit tibi anima tua in sa-
lutē: q2 ī me habuisti fiduciā ait dn̄s. XL

Sermo qui factus ē ad ihēmiam a do-
mino: postq̄ dimissus ē a nabusardan
magistro militie de rama quādo tulit eū vin-
ctū cathenis in medio omniū qui migrabāt
de ihr̄lm ⁊ iuda: ⁊ ducebant' in babilonē.
Tollēs ergo princeps militie ihēmiā dixit
ad eū. Dn̄s deus tuus locutus est malū hoc
sup locū istū: ⁊ adduxit ⁊ fecit dn̄s sicut lo-
cutus ē. quia peccastis dn̄o et non audistis
vocem eius: et factus est vobis ꝯmo hic.
Nūc ergo ecce solui te hodie de cathenis q̄
sunt in manib9 tuis. Si placet tibi ut venias
mecū in babilonē veni: ⁊ ponā oculos meos
super te. Si aūt displicet tibi venire mecū in
babilonē. reside. Ecce omīs terra ī cōspectu
tuo est. Quo elegeris ⁊ quo placuerit tibi ut
vadas. illuc perge: ⁊ mecū noli venire: sed
habita apud godoliā filiū aycham filij sa-
phan: quē ꝑposuit rex babilonis ciuitatibus
iude. Habita ergo cū eo in medio ppl'i: uel
quocūq3 placuerit tibi ut vadas vade. De-
dit quoq3 ei magister militie cibaria ⁊ mu-
nuscula: et dimisit eū. Venit aūt ihēmias ad
godoliā filiū aycham in masphath: ⁊ habi-
tauit cū eo in medio ppl'i qui relictus fuerāt
in terra. Cūq3 audissent omēs principes ex-
ercitus qui dispsi fuerant ꝑ regiones ipsi et
socij eoꝝ. q2 ꝑfecisset rex babilonis godoli-
am filiū aycham terre: ⁊ q2 cōmendasset ei
viros ⁊ mulieres ⁊ paruulos et de paupe-
rib9 terre qui nō fuerāt trāslati in babilonē:
venerūt ad godoliā in masphat et ysmahel
filius nathanie et iohanan filius caree et io-
nathan ⁊ sareas filius thenoemeth ⁊ filij
offi qui erāt de nethophati et iechonias fili-
us maachati ipsi et viri eoꝝ. Et iurauit eis
godolias fili9 aycham filij saphan ⁊ comiti-
bus eoꝝ dicens. Nolite timere seruire cal-
deis. Habitate in terra et seruite regi babi-
lonis: et bene erit vobis. Ecce ego habito
in masphat: ut respōdeam ꝑcepto caldeoꝝ
qui mittunt' ad nos. Vos aūt colligite vinde-
miā ⁊ messem ⁊ oleū ⁊ cōdite ī vasis vr̄is:

et manete in vrbibꝰ vr̃is quas tenetis. Sed et om̃es iudei qui erant in moab ⁊ in finibꝰ ammõ ⁊ in ydumea ⁊ in vniũsis regionibꝰ: audito q̄ dedisset rex babilonis reliquias in iudea ⁊ q̄ ꝓposuiss̄ sup eos godoliam filiũ aycham filij saphan: reũsi sũt inq̄ om̃es iudei de vniũsis locis ad q̄ ꝓfugerant: et venerũt ad terram iuda ad godoliam in masphat: ⁊ collegerũt vinũ ⁊ messem multam nimis. Iohanan autẽ filius caree ⁊ omnes principes exercitus qui dispersi fuerãt in regionibꝰ venerũt ad godoliã in masphat: et dixerũt ei. Scito q̄ bahalis rex filiorum ammon misit ismahel filiũ nathanie pcutẽ aiaz tuã. Et nõ credidit eis godolias filius aycham. Iohanan autez filius caree dixit ad godoliã deorsũ in masphat loquẽs. Ibo ⁊ pcutiã ysmahel filiũ nathanie nullo sciẽte: ne interficiat animã tuã. et dissipent oẽs iudei qui congregati sunt ad te: ⁊ peribũt reliq̃e iuda. Et ait godolias filius aycham ad iohanan filiũ caree. Noli facere verbum hoc. Falsũ enim tu loq̃ris de ismahel.

XLI

Et factum est in mense septimo venit ysmahel filius nathanie filij elisama de semine regali ⁊ optimates regis ⁊ decem viri cũ eo ad godoliã filiũ aycham in masphat: ⁊ comederunt ibi panes simul in masphat. Surrexit autẽ ysmahel filius nathanie ⁊ decem viri qui cũ eo erãt ⁊ pcusserunt godoliã filiũ aycham filij saphan gladio: ⁊ interfecerũt eũ quẽ ꝓfecerat rex babilonis terre. Om̃es q̄z iudeos q̄ erant cũ godolia in masphat: ⁊ caldeos qui reperti sũt ibi et viros bellatoẽs pcussit ysmahel. Secundo autem die postq̄ occiderat godoliã nullo adhuc sciẽte venerũt viri de sychem ⁊ de sylo et de samaria octoginta viri rasi barba ⁊ scissis vestibꝰ ⁊ squalẽtes: ⁊ munera ⁊ thus habebãt in manu: vt offerrẽt in domo domini. Egressus ergo ismahel filius nathanie ĩ occursũ eorum de masphat: incedens ⁊ plorãs ibat. Cum autẽ occurriss̄ eis: dixit ad eos. Venite ad godoliã filiuz aycham. Qui cũ venissent ad mediũ ciuitatis: interfecit eos ismahel filius nathanie circa mediũ laci ipse et viri qui erant cũ eo. Decez autẽ viri repti sũt inter eos. qui dixerũt ad ismahel. Noli occidẽ nos: q̄ habemus thesauros ĩ agro fruinẽti ⁊ hordei ⁊ olei et mellis. Et cessauit: et nõ interfecit eos cũ frĩbꝰ suis. Lacus aũt in quẽ piecẽat ismahel om̃ia cadauera virorũ quos pcussit ꝓpter godoliã: ipse est quẽ fecit rex asa ꝓpter baasa regẽ israhel. Ipsum repleuit ysmahel filius nathanie occisis. Et captiuas duxit ismahel om̃es reliquias populi qui erant in masphat filias regis ⁊ vniuersũ populũ qui remanserant in masphat: quos cõmendauerat nabuzardan princeps militie godolie filio aycham. Et cepit eos ysmahel filius nathanie: ⁊ abijt ut transiret ad filios ammon. Audiuit autẽ iohanan filius caree. et om̃es principes bellatorum qui erãt cũ eo om̃e malũ quod fecerat ysmahel filius nathanie: ⁊ assumptis vniuersis viris ꝓfecti sũt ut bellarẽt aduũsum ysmahelẽ filiũ nathanie: ⁊ inuenerũt eũ ad aq̃s multas q̄ sunt in gabaon. Cũq̄z vidiss̄ om̃is populus qui erat cũ ismahel iohanan filium caree et vniuersos principes bellatorum qui erant cũ eo letati sũt. Et reuersus est om̃is populus quẽ ceperat ysmahel in masphat: reuersusq̄z abijt ad iohanan filiũ caree. Ysmahel autez filius nathanie fugit cũ octo viris a facie iohanan: ⁊ abijt ad filios ammõ. Tulit ergo iohanan filius caree ⁊ om̃es principes bellatorum qui erãt cũ eo vniuersas reliquias vulgi quas reduxerãt ab ysmahel filio nathanie de masphat: postq̄ pcussit godoliã filiũ aycham fortes viros ad preliũ ⁊ mulieres ⁊ pueros ⁊ eunuchos quos reduxerat de gabaon: ⁊ abierũt ⁊ sederũt peregrinãtes in chamaan que est iuxta bethleem ut pergerent ⁊ introirẽt egiptũ a facie caldeorum. Timebãt enim eos: q̄ pcusserat ysmahel filius nathanie godoliã filiũ aychaz quẽ ꝓposuerat rex babilõis in terra iuda.

XLII

Et accesserũt om̃es principes bellatorũ ⁊ iohanan filius caree ⁊ iezonias filius osie ⁊ reliquũ vulgus a paruo usq̄z ad magnũ: dixeruntq̄z ad iheremiã ꝓphetam. Cadat oratio nostra in cõspectu tuo et ora ꝓ nobis ad dominũ deũ tuũ ꝓ vniũsis reliquijs istis: q̄ derelicti sumus pauci de pluribꝰ sicut oculi tui nos intuentur: et annũciet nobis dominus deus tuus viã ꝑ quã pgamus: et vbũ

quod faciamus. Dixit aūt ad eos ih'emias
ꝓpheta. Audiui. Ecce ego oro ad dominū
deum vestrū scd'm verba vr̄a: omē verbū qd-
cūq; responderit michi indicabo vobis nec
celabo vos quicq̄. Et illi dixerūt ad ih'emi-
am. Sit dn̄s inter nos testis veritatis ⁊ fidei:
si nō iuxta omē verbū in quo miserit te dn̄s
deus tuus ad nos sic faciemus siue bonum
est siue malū. Voci domini dei nostri ad quē
mittimus te obediemus: ut bene sit nob̄ cū
audierimus vocē domini dei nostri. Cū au-
tem ꝯpleti essent decē dies: factū est verbū
domini ad ih'emiā. Vocauitq; iohanan filiū
caree ⁊ omes principes bellatoꝝ q̄ erant cū
eo ⁊ vniuersū populū a minimo usq; ad ma-
gnū: ⁊ dixit ad eos. Hec dicit dn̄s deus isrl'
ad quē misistis me: ut ꝓsternerē p̄ces vr̄as
in ꝯspectu eius. Si quiescentes manseritis
in terra hac. edificabo vos ⁊ non destruam:
plantabo ⁊ non euellā. Jam enim placatus
sum sup malo qd' feci vobis. Nolite timere
a facie regis babilōis: quē vos pauidi for-
midatis. Nolite metuere eū dicit dominus:
qꝛ vobiscū sum ego ut saluos vos faciā et
eruam de manū eius: ⁊ dabo vobis misericor-
dias. ⁊ miserebor vestri. et habitare vos fa-
ciam in terra vestra. Si aūt dixeritis vos nō
habitabimus in terra ista nec audiemus
vocem dn̄i dei nostri dicētes nequaq̄: sed
ad terram egipti pgemus vbi nō videbim⁹
bellū. et clangorē tube non audiemus. et fa-
mē non sustinebimus. et ibi habitabimus:
ꝓpter hoc nūc audite v'bū domini reliquie
iuda. Hec dicit dn̄s deus exercituū. de⁹ isrl'.
Si posueritis faciem vestram ut ingrediami
egiptum ⁊ intraueritis ut ibi habitetis: gla-
dius quē vos formidatis. ibi ꝯprehendet
vos in terra egipti: ⁊ fames ꝓ qua estis sol-
liciti adherebit vobis in egipto ⁊ ibi mori-
emini. Omesq; viri qui posuerūt faciem suam
vt ingrediant' egiptū ut habitent ibi: mori-
ent' gladio ⁊ fame et peste. Nullus de eis
remanebit: nec effugiet a facie mali qd' ego
afferam sup eos: qꝛ hec dicit dn̄s exercituū.
deus israhel. Sicut ꝯflatus est furor meus ⁊
indignacō mea sup ihrl'm: sic ꝯflabit' indig-
natio mea sup vos cū ingressi fueritis egiptū:
et eritis in iusiurādum et in stuporem et in
maledictū ⁊ in obprobriū: et nequaq̄ vltra
videbitis locū istū. Verbū dn̄i sup vos reliq̄e
iuda. Nolite intrare egiptū. Sciētes scietis
qꝛ obtestatus sū vob̄ hodie: qꝛ decepistis a-
nimas vr̄as. Vos eni misistis me ad dn̄m deū
nr̄m dicētes. Ora ꝓ nob̄ ad dn̄m deū nr̄m: et
iuxta oīa quecūq; dixerit tibi deus nr̄ sic ānūcia
et nō audistis vocem dn̄i dei vestri sup vniu-
nobis ⁊ faciem⁹. Et ānūciaui vobis hodie:
sis ꝓ quib⁊ misit me ad vos. Nūc ergo sciē-
tes scietis: qꝛ gladio ⁊ fame ⁊ peste moriemi
in loco ad quē voluistis intrare ut habitare-
tis ibi.

XLIII

Factū ē aūt cū ꝯplesset ih'emias loquēs ad ꝑplm vni-
uersos sermones domini dei eoꝝ ꝓ quibus
miserat eū dominus deus eoꝝ ad illos omia
v'ba hec: dixit azarias filius ozie ⁊ iohanan
filius caree ⁊ omes viri supbi dicētes ad ihe-
remiā. Mendaciū tu loqueris. Non misit te
dn̄s deus noster dicēs ne ingrediamini egi-
ptū vt habitetis illic: s3 baruch filius nerie
incitat te aduśum nos vt tradat nos in ma-
nus caldeoꝝ ⁊ interficiat nos et traduci fa-
ciat in babilonē. Et nō audiuit iohanan fili-
us caree. et omes principes bellatoꝝ ⁊ vniu-
sus ꝑplus vocē domini ut manerēt in terra
iuda: sed tollēs iohanan filius caree ⁊ vniu-
si principes bellatoꝝ vniūsos reliq̄aꝝ iuda
qui reuersi fuerāt de cūctis gentib⁊ ad quas
fuerāt ante dispsi ut habitarēt in terra iuda.
viros ⁊ mulieres ⁊ paruulos ⁊ filias regis
et omem aīam quā reliq̄rat nabuzardan prī-
ceps milicie cū godolia filio aycham filio sa-
phan ⁊ iheremiā ꝑphetā ⁊ baruch filiū nerie:
et ingressi sūt in terrā egipti. qꝛ nō obedierīt
voci dn̄i: et venerūt vsq; ad tafnis. Et f'cus
est s'mo domini ad iheremiā in tafnis dicēs.
Sume tibi lapides grandes in manū tua et
abscondes eos in cripta q̄ est sub muro la-
tericio in porta domus pharaonis in tafnis
cernētib⁊ viris iudeis: ⁊ dices ad eos. Hec
dicit dn̄s exercituū. deus israhel. Ecce ego mit-
tam ⁊ assumā nabuchodonosor regē babilo-
nis seruū meū ⁊ ponam thronū eius super la-
pides istos quos abscondi: et statuet solium
suū sup eos. Veniensq; ꝑcutiet terrā egipti
quos in mortē in mortē: ⁊ quos i captiuita-
tē in captiuitatē: ⁊ quos i gladiū in gladiū.

Et succendet ignē in delubris deoꝝ egipti et oburet ea: ⁊ captiuos ducet illos. Et amiciet᷒ terra egipti sicut amicit᷒ pastor pallio suo: ⁊ egrediet᷒ inde in pace. Et oteret statuas domus solis q̄ sūt in t̄ra egipti: et delubra deoꝝ egipti obuēt igni.

XLIIII

Verbū quod factū est ad ihēmiam: et ad oēs iudeos qui habitabant in terra egipti habitātes in magdalo et in tafnis ⁊ in memphis ⁊ i terra phatures dicēs. Hec dicit dominus exercituū. deus isrl̄. Vos vidistis oē malū istud qd̄ adduxi sup ihe̅rusalē ⁊ sup oēs vrbes iuda: ⁊ ecce deserte sūt hodie ⁊ non est in eis habitator ꝑpter maliciā quā fecerūt ut me ad iracundiā ꝓuocarēt: ⁊ irēt et sacrificarēt ⁊ colerēt deos alienos quos nesciebāt ⁊ illi et vos et patres vestri. Et misi ad vos oēs seruos meos ꝓphetas de nocte ꝯsurgēs. mittensq; et dicēs. Nolite facere verbū abominacōis huiuscemodi. Et non audierūt: nec inclinauerūt aurē suā ut nō ꝯuerterēt᷒ a malis suis: et nō sacrificarent dijs alienis. Et conflata est indignacō mea ⁊ furor meus: ⁊ succensa est in ciuitatib; iuda ⁊ in plateis ihe̅rusalē: et verse sūt in solitudinē ⁊ vastitatē scd̄ʒ diē hāc. Et nūc hec dicit dn̄s exercituū. deus israhel. Quare vos facitis malū grāde ꝯtra animas vestras ut intereat ex vobis vir et mulier paruulus ⁊ lactens de medio iude nec relinquatur vobis quicq̄ residuū: prouocātes me in operib; manuū v̄raꝝ sacrificando dijs alienis in terra egipti in quā ingressi estis ut habitetis ibi. et dispereatis ⁊ sitis in maledictōem ⁊ in opprobriū cunctis gentib; terre? Nunquid obliti estis mala patrum vestroꝝ. ⁊ mala regū iuda ⁊ mala vxorū eius ⁊ mala vestra ⁊ mala vxorū v̄rarū q̄ fecerūt in terra iuda ⁊ in regionib; ihe̅rusalem? Nō sūt mūdati vsq; ad dieʒ hāc: et nō timuerūt ⁊ nō ambulauerūt in lege dn̄i et in p̄ceptis meis: q̄ dedi corā vobis et corām prib; vestris. Ideo hec dicit dominus exercituū. deus israhel. Ecce ego ponā faciē meam in vobis in malū: ⁊ disp̄dam oēm iudam. Et assumā reliquias iude q̄ posuerūt facies suas ut ingrederent᷒ in terrā egipti vt habitarent ibi: et ꝯsumētur oēs i terra egipti ⁊ cadēt in gladio ⁊ in fame. Cōsumētur a minimo usq; ad maximū: i gladio et i fame moriētur: ⁊ erūt in iusiurandū ⁊ i miraculū ⁊ in maledictōem et i opprobriū. Et visitabo habitatores terre egipti sicut visitaui sup ihe̅rusalē i gladio ⁊ i fame et in peste: et nō erit qui effugiat et sit residuus de reliquis iudeoꝝ qui vadūt ut p̄egrinēt᷒ i terra egipti ⁊ reuertāt᷒ in terram iuda: ad quā ipi eleuāt animas suas ut reuertant᷒ et habitēt ibi. Nō reuertēt᷒ nisi qui fugerit. Respōderūt autē ihe̅mie oēs viri sciētes q᷑ sacrificarēt vxores eoꝝ dijs alienis ⁊ vniuerse muliēs quaꝝ stabat multitudo grandis: ⁊ omnis populus habitantiū in terra egipti i phatures dicētes. Sermonē quē locutus es ad nos in nomine domini non audiemus ex te: sed faciētes faciemus oē verbū qd̄ egrediet᷒ de ore nostro: ut sacrificemus regine celi. et libemus ei libamīa. sicut fecimus nos et patres n̄ri reges nostri ⁊ p̄ncipes nostri in vrbibus iuda et in plateis ihe̅rusalem: et saturati sumus panibus. et bene nobis erat. malūq; nō vidimus. Ex eo autem tempore quo cessauimus sacrificaē regine celi ⁊ libaē ei libamīa indigemus oīb;: et gladio ⁊ fame ꝯsūpti sumus. Quod si nō sacrificamus regine celi. et libamus ei libamīa: nunquid sine viris n̄ris fecimus ei placētas ad colendam eā. et liba ad libandū? Et dixit ihe̅mias ad oēʒ populū aduersū viros ⁊ aduersū muliēs ⁊ aduersū vniuersam plebē qui responderāt ei v̄bum dicēs. Nūquid nō sacrificiū quod sacrificastis i ciuitatib; iuda ⁊ in plateis ihrl̄m vos ⁊ patres v̄ri reges v̄ri et p̄ncipes v̄ri et populus terre: hoꝝ recordatꝰ est dominus ⁊ ascendit sup cor eius? Et non poteāt dn̄s vltra portaē ꝑpter maliciā studiorū vestroꝝ ⁊ ꝑpter abominacōes quas fecistis: ⁊ facta est terra vestra i desolacōem ⁊ in stuporē et i maledictū eo q᷑ non sit habitator: sicut est dies hec. Proptēa q᷑ sacrificaueritis ydolis et peccaueritis domino: ⁊ non audieritis vocē domi ⁊ in lege et in p̄ceptis et i testimonijs eius nō ambulaueritis: idē︤o︥ co euenerūt vobis mala hec sicut ē dies hec. Dixit autē ihe̅mias ad oēʒ populū: et ad vniuersas mulieres. Audite v̄bum domini

om̄is iuda qui estis in terra egipti. Hec in-
quit dn̄s exercituū deus israhel dicēs. Vos
et vxores vestre locuti estis ore vestro: ⁊ ma-
nib⁹ vr̄is implestis dicētes. Faciamus vo-
ta nostra que vouimus: ut sacrificemus re-
gine celi ⁊ libemus ei libamina. Implestis
opera vestra: ⁊ ope ꝑpetrastis ea. Ideo audi-
te verbū domini om̄is iuda q̄ habitatis in t-
ra egipti. Ecce ego iuraui ī nomīe meo ma-
gno ait dn̄s: qꝛ nequaq̄ vltra vocabit̄ no-
men meū ex ore omnis viri iudei dicentis:
viuit dn̄s deus in om̄i terra egipti. Ecce e-
go vigilabo sup eos in malū ⁊ nō in bonū:
et cōsumēt̄ omnes viri iuda qui sūt in terra
egipti gladio ⁊ fame donec penitus ꝯsumā-
tur. Et qui fugerint gladiū reutent̄ de t̄ra
egipti in terrā iuda viri pauci: ⁊ sciēt om̄es
reliquie iuda ingredientiū terrā egipti ut
habitēt ibi: cuius sermo cōpleat̄: meus an
illoꝝ. Et hoc vobis signū ait dn̄s qꝛ visitē
ego sup vos ī loco isto: ut sciatis qꝛ vere cō-
plebūt̄ ꝯmones mei ꝯtra vos ī malū. Hec
dicit dn̄s. Ecce ego tradā pharaonē efree
regē egipti in manu inimicoꝝ eius ⁊ in ma-
nu querentiū animā illius: sicut tradidi se-
dechiam regē iuda in maū nabuchodono-
sor regis babilonis inimici sui ⁊ q̄rētis aīaꝫ

XLV

Verbū qđ locutus ē eius. ihēmias ꝓpheta ad baruch filiū nerie
cū scripsisset vba hec in libro ex ore ihēmie:
āno quarto ioakim filij iosie regis iuda di-
cēs. Hec dicit dn̄s de⁹ israhel ad te baruch.
Dixisti. Ve misero michi: quoniā addidit do-
minus dolorē dolori meo. Laboraui cuꝫ ge-
mitu meo: ⁊ requiē nō inueni. Hec dicit do-
minus. Sic dices ad eū. Ecce quos edifica-
ui ego destruo: ⁊ quos plātaui ego euello:
et vniūsam terrā hāc. Et tu queris tibi grā-
dia? Noli querē: qꝛ ecce ego adducā malū
sup om̄eꝫ carnē ait dn̄s: ⁊ dabo tibi aīaꝫ tuā
in salutē in om̄ib⁹ locis ad q̄cūqꝫ prexeris.

XLVI

Quod factum est vbū domini ad ihēmiā ꝓpheta ꝯtra gētes.
ad egiptū aduersū exercitū pharaonis ne-
chao regis egipti: qui erat iuxta fluuiū eu-
fraten in charchamis quē ꝑcussit nabucho-
donosor rex babilōis ī quarto āno ioakim
filij iosie regis iuda. Preparate scutum et
clipeū: ⁊ ꝓcedite ad bellū. Iungite equos et
ascendite equites: state in galeis polite lan-
ceas: induite vos loricis. Quid igitur? Vi-
di ipsos pauidos ⁊ terga vertentes: fortes eo-
rū cesos. Fugerūt ꝯcito: nec respexerūt. Ter-
ror vndiqꝫ ait dn̄s. Nō fugiet velox: nec sal-
uari se putet fortis. Ad aq̄lonē iuxta flumē
eufraten victi sūt: ⁊ ruerūt. Quis est iste q̄
quasi flumē ascēdit: ⁊ veluti fluuioꝝ intume-
scūt gurgites ei⁹? Egiptus fluminis instar
ascendit: ⁊ velut flumina mouebūt̄ fluctus
eius: ⁊ dicet. Ascendēs operiā terrā: perdaꝫ
ciuitatē ⁊ habitatores eius. Ascendite eq̄s
et exultate in curribus: ⁊ ꝓcedāt fortes. Ethi-
opia ⁊ libies tenētes scutū: ⁊ lidij arripiētes
et iaciētes sagittas. Dies aūt ille domini dei
exercituū dies vlcōnis: ut sumat vindictam
de inimicis suis. Deuorabit gladius ⁊ satura-
bitur: ⁊ inebriabit̄ sanguine eoꝝ. Victima
enim domini exercituū in terra aquilonis: iu-
xta flumen eufraten. Ascende in galaad: ⁊
tolle resinam virgo filia egipti. Frustra mul-
tiplicas medicamīa: sanitas nō erit tibi. Au-
dierūt gētes ignominiā tuā: ⁊ vlulatus tuus
repleuit terram. Quia fortis impegit in for-
tem: ⁊ ambo pariter ꝯciderūt. Verbum qđ
locutus est dominus ad ihēmiā ꝓphetā sup
eo qꝛ venturus esset nabuchodonosor rex ba-
bilonis ⁊ ꝑcussurus terrā egipti. Annūciate
egipto: ⁊ auditū facite ī magdalo ⁊ resonet
in memphis: ⁊ in tafnis dicite. Sta et ꝑpara
te: qꝛ deuorabit gladius ea que ꝑ circuitū
tuū sūt. Quarē ꝯputruit fortis tuus? Nō ste-
tit: quoniā dominus subuertit eū. Multipli-
cauit ruētes: ceciditqꝫ vir ad ꝓximū suū. Et
dicēt. Surge: ⁊ reuertamur ad populū nr̄m
et ad terrā natiuitatis nostre a facie gladij
colūbe. Vocate nomē pharaonis regis egi-
pti: tumultū adduxit tempus. Viuo ego in-
quit rex. dominus exercituū nomē eius: quo-
niā sicut thabor ī montibus ⁊ sicut carmelus ī
mari veniet. Vasa transmigracōnis fac tibi
habitatrix filia egipti: qꝛ memphis in soli-
tudine erit: ⁊ deseretur et inhabitabilis erit.
Vitula elegās atqꝫ formosa egiptus: stimu-
lator ab aquilone veniet ei. Mercenarij q̄ꝫ
eius qui versabāt̄ in medio eius quasi vitu-
li saginati versi sūt ⁊ fugerūt simul: nec stare

potuerūt: q̄r dies interfectionis eoꝝ venit sup eos: tēpus visitationis eoꝝ. Vox eius quasi eris sonabit: quoniā cū exercitu ꝓperabūt: ⁊ cū securib⁹ venient ei. Quasi cedētes ligna succiderūt saltū eius ait dominus: qui supputari nō potest. Multiplicati sunt super locustas: ⁊ nō est eis numerus. Confusa ē filia egipti: ⁊ tradita in manus ꝑpli aq̄lōis. Dicit dominus exercituū deus israhel. Ecce ego visitabo sup tumultū allexādrie ⁊ super pharao ⁊ sup egiptū et sup deos eius et sup reges eius ⁊ sup pharao ⁊ sup omnes qui cōfidūt in eo: ⁊ dabo eos in manus q̄rētiū animā eoꝝ: ⁊ in manus nabuchodonosor regis babilonis ⁊ i manus seruoꝝ ei⁹. Et post hec habitabitur sicut diebus pristinis ait dn̄s. Et tu ne timeas serue meus iacob: et ne paueas israhel. Quia ecce ego saluum te faciā de lōginquo: ⁊ semē tuū de terra captiuitatis tue. Et reuertet᷑ iacob ⁊ reqescet et ꝓsperabit᷑: ⁊ non erit qui exterreat eum. Et tu noli timere serue meus iacob ait dn̄s quia tecū ego sum: q̄r ego cōsumā cunctas gentes ad quas eieci te. Te vero nō cōsumā: sed castigabo te in iudicō: nec quasi innocēti parcā tibi. XLVII

Quod factū ē verbū dn̄i ad iheremiā ꝓphetā contra palestinos: anteq̄̄ ꝑcuteret pharao gazam. Hec dicit dominus. Ecce aque ascendent ab aquilone ⁊ erunt quasi torrēs inundans: et operiēt terrā et plenitudinē eius: vrbē ⁊ habitatorē eius. Clamabūt homines ⁊ vlulabunt oēs habitatores terre a strepitu pompe armoꝝ et bellatoꝝ eius: a cōmotōne quadrigaꝝ eius: ⁊ multitudine rotaꝝ illius. Nō respexerunt patres filios manib⁹ dissolutis. ꝓ aduentu diei in quo vastabūt᷑ omnes philistijm: ⁊ dissipabit᷑ tyrus ⁊ sydon cū omnib⁹ reliq̄s auxilijs suis. Depopulatus est enī dominus palestinos: reliquias insule capadocie. Venit caluiciū sup gasam: cōticuit ascalon: ⁊ reliquie valles eaꝝ. Vsq̄ quo concides o mucro domini: usq̄ quo non quiesces? Ingredere in vaginam tuā: refrigerare ⁊ sile. Quomō quiescet cū dn̄s p̄cepit ei aduersus ascalonē et aduersū maritimas eius regiones: ibiq̄ condixerit illi. XLVIII

Ad moab. Hec dic᷑ dn̄s exercituū deus israhel. Ve super nabo: q̄m vastata ē confusa. Capta est cariathiarim: confusa est fortis et tremuit. Non est vltra exultatio in moab: cōtra esebon cogitauerūt malū. Venite ⁊ disꝑdamus eā de gente. Ergo silens cōticesces: sequeturq̄ te gladius. Vox clamoris de oronaim: vastitas ⁊ cōtritio magna. Cōtrita ē moab: ānūciate clamorē paruulis ei⁹. Per ascensū enī luith plorās ascēdet in fletu: quoniā in descēsu oronaim hostes vlulatū cōtritionis audierūt. Fugite: saluate animas vestras: et eritis quasi mirice i deserto. Pro eo enim q̄ habuisti fiduciā in municionib⁹ tuis ⁊ in thesauris tuis: tu q̄q̄ capieris. Et ibit chamos in trāsmigrationē: sacerdotes eius ⁊ pri̅cipes eius simul. Et veniet p̄do ad omnē vrbē: et vrbs nulla saluabit᷑. Et peribūt valles: et dissipabūt᷑ cāpestria: quoniam dixit dn̄s. Date florem moab: quia florēs egrediet᷑: ⁊ ciuitates eius deserte erūt et inhabitabiles. Maledictus qui facit op⁹ domini fraudulēter: ⁊ maledictus qui ꝓhibet gladiū suū a sanguine. Fertilis fuit moab ab adolescētia sua: ⁊ requieuit in fecibus suis. Nec trāsfusus ē de vase in vas: ⁊ in trāsmigrationē non abijt. Id circo ꝑmansit gustus eius in eo: ⁊ odor eius nō ē immutatus. Propterea ecce dies veniūt dicit domin⁹: ⁊ mittā eis ordinatores ⁊ stratores lagūcularū ⁊釋 sternēt eū: ⁊ vasa eius exhaurient ⁊ lagūculas eoꝝ collidēt. Et cōfundet᷑ moab a chamos: sicut confusa est domus israhel a bethel in qua habebat fiduciā. Quomō dicitis fortes sumus: ⁊ viri robusti ad p̄liandum? Vastata est moab: ⁊ ciuitates illius succēderūt: ⁊ electi iuuenes eius descenderūt i occisionem ait rex: dn̄s exercituū nomen eius. Prope est interitus moab ut veniat: ⁊ malū eius velociter accurret nimis. Consolamini eū omnes qui estis in circuitu eius: ⁊ vniūsi qui scitis nomen eius dicite. Quomō cōfracta ē virga fortis: bacul⁹ gloriosus? Descēde de gloria ⁊ sede i siti habitacō filie dibon: quoniā vastat᷑ moab ascēdet ad te: dissipabit municiones tuas. In via sta: ⁊ ꝓspice habitatio aroer. Interroga fugientē: ⁊ eū qui euasit. Dic. Quid accidit? Cōfusus ē moab:

quomā victus ē. Vlulate ⁊ clamate · ānūciate in arnō quomā vastata est moab: ⁊ iudiciū venit ad terram campestrē sup elon et sup iasa ⁊ sup mefat ⁊ sup dibon ⁊ sup nabo et sup domū deblathaim et sup cariathaim ⁊ sup beth gamul ⁊ sup beth amaon et sup carioth ⁊ sup bosra ⁊ sup omēs ciuitates terre moab q̄ longe ⁊ ꝓpe sūt. Abscisū est cornu moab: ⁊ brachiū eius ꝯtritū est ait dn̄s. Inebriate eum quomā ꝯtra dominū erectus ē. Et allidet manū moab in vomitu suo: ⁊ erit in derisū etiā ipse. Fuit enim in derisū tibi isrl̄: quasi inter fures repperisses eū. Propter verba ergo tua que aduersū illū locutus es captiuus duceris. Relinquite ciuitates et habitate in petra habitatōes moab: ⁊ estote quasi colūba nidificās in sūmo ore foraminis. Audiuimus supbiam moab. Supbus est valde. Sublimitatē eius ⁊ arrogantiam ⁊ supbiam ⁊ altitudinē cordis eius ego scio ait dominus. Iactantiā eius ⁊ ꝙ non sit iuxta eam virtus eius: nec iuxta qd̄ poterat conata sic facere. Ideo sup moab eiulabo: et ad moab vniuersam clamabo ⁊ ad viros muri fictilis lamentātes. De planctu iazer plorabo tibi vinea sabama. Propagīes tue transierūt maē: usqꝫ ad mare iazer puenerūt. Sup messem tuā ⁊ vindemiā tuā predo irruit. Ablata est leticia ⁊ exultacō de carmelo ⁊ de terra moab: ⁊ vinū de torcularibꝫ sustuli. Nequaq̄ calcatō vue solitū celeuma cantabit. De clamore esebon vsqꝫ eleale et iasa dederūt vocē suā: a segor vsqꝫ ad oronaim vitulam cōsternantē: aque vero nemrim pessime erūt. Et auferā de moab ait dn̄s offerentē in excelsis: ⁊ sacrificantē dijs eius. Propterea cor meū ad moab · q̄̄si tibia resonabit: ⁊ cor meū ad viros muri fictilis dabit sonitū tibiaꝝ: ꝙ plus fecit q̄ potuit. idcirco perierūt. Omē enim caput caluiciū et omis barba rasa erit. In cūctis manibus colligacō: ⁊ sup omē dorsū ciliciū. Et super omia tecta moab ⁊ in plateis eius omnis plāctus: quomā ꝯtriui moab sicut vas inutile ait dominus. Quō victa ē et vlulauerūt? Quomodo deiecit ceruicē moab ⁊ cōfusus est? Eritqꝫ moab in derisū: ⁊ in exemplum omnibꝫ in circuitu suo. Hec dicit dn̄s. Ecce quasi aquila volabit: ⁊ extendet alas suas ad moab. Capta est carioth: ⁊ municōnes ꝯprehense sūt. Et erit cor fortiū moab: in die illa sicut cor mulieris parturiētis. Et cessabit moab esse populus: quomā ꝯtra dn̄m gloriatus est. Pauor ⁊ fouea ⁊ laqueus sup te o habitator moab ait dominus. Qui fugerit a facie pauoris cadet in foueā: ⁊ qui conscenderit de fouea capietᵘʳ laqueo. Adducam enī sup moab annū visitacōnis eoꝝ dicit dominus. In vmbra esebon steterūt de laqueo fugiētes: ꝙ ignis egressus est de esebon ⁊ flāma de medio seon: ⁊ deuorauit partē moab et verticē filioꝝ tumultus. Ve tibi moab. Peristi popule chamos: ꝙ ꝯprehensi sūt filij tui et filie tue in captiuitatē. Et ꝯuertā captiuitatem moab in nouissimis diebꝫ ait dominus. Hucusqꝫ iudicia moab

XLIX

Ad filios ammon. Hec dicit dominus. Nūquid non filij non sūt israhel an heres nō est ei? Cur ergo hereditate possedit melchon gad · et populus eius in vrbibꝫ eiꝰ habitauit? Ideo ecce dies veniēt in te dicit dominus: ⁊ auditū faciā sup rabbath filioꝝ ammō fremitū p̄lij. Et erit in tumultū dissipata: filieqꝫ eius igni succendēt̄: ⁊ possidebit israhel possessores suos ait dn̄s. Vlula esebō: quomā vastata est hai. Clamate filie rabba: accingite vos cilicijs. Plangite ⁊ circuite p sepes: quomā melchon in transmigrationem ducetᵘʳ: sacerdotes eius ⁊ principes eiꝰ simul. Quid gloriaris ī vallibꝫ? Defluxit vallis tua filia delicata: q̄ ꝯfidebas in thesauris tuis · et dicebas. Quis veniet ad me? Ecce ego inducā sup te terrorē ait dn̄s deus exercituū ab omibꝫ qui sūt in circuitu tuo: ⁊ dispgemini singuli a ꝯspectu vestro: nec erit qui ꝯgreget fugiētes. Et post hec reuti faciā fugiētes ⁊ captiuos filioꝝ amon ait dn̄s. Ad ydumeā. Hec dicit dn̄s exercituū. Nunq̄d non vltra est sapiētia in theman? Perijt consiliū a filijs. Inutilis facta est sapiētia eorū. Fugite ⁊ terga v̄tite: descendite in voraginē habitatores dedan: quomā pdicōnem esau adduxi sup eū: tempus visitacōis eiꝰ. Si vindemiatores eius venissent sup te nō reliquissent racemū: si fures in nocte: rapuissent ꝙ sufficeret sibi. Ego vero discooperui

esau: reuelaui abscondita eius ⁊ celarī non poterit. Vastatū est semē eius. et fratres ei⁹. et vicini eius: ⁊ non erit. Relinq̄ pupillos tuos. et ego faciam illos viuē: ⁊ vidue tue in me sperabūt: q̄r hec dicit dn̄s. Ecce quibus non erat iudiciū vt biberēt calicē. bibentes bibent: ⁊ tu quasi innocēs relinq̄ris? Non eris innocēs: sed bibens bibes. Quia ꝑ memetipsū iuraui dicit dn̄s: q̄r in solitudinē et in opprobriū ⁊ in desertū et in maledictōem erit bosra: ⁊ om̄es ciuitates eius erūt in solitudines sempiternas. Auditū audiui a domino: ⁊ legatus ad gētes missus sum. Congregamini ⁊ venite ꝯtra eam: ⁊ ꝯsurgamus in preliū. Ecce eni paruulū dedi te i gētib⁹: ꝯtemptibilē inter hoies. Arrogātia tua decepit te ⁊ supbia cordis tui: q̄ habitas in cauernis petre: ⁊ apphendē niteris altitudinē collis. Cum exaltaueris quasi aquila nidū tuū: inde detrahā te dicit dn̄s. Et erit ydumea deserta. Om̄is q̄ transibit ꝑ eā stupebit: et sibilabit sup om̄es plagas eius: sicut subuersa ē zodoma ⁊ gomorra et vicine eius ait dominus. Non habitabit ibi vir: ⁊ nō incolet eam filius hominis. Ecce quasi leo ascēdet de supbia iordanis ad pulcritudinē robustā: q̄r subito currere faciā eū ad illam. Et quis erit electus quē ꝓponam ei? Quis ē similis mei? Et quis sustinebit me? Et quis ē iste pastor qui resistat vultui meo? Propterea audite ꝯsiliū domini q̄d iniit de edom: ⁊ cogitacōes eius quas cogitauit de habitatoribus theman. Si nō deiecerint eos paruuli gregis: nisi dissipauerit cū eis habitaculū eoꝝ. A voce ruine eoꝝ cōmota ē terra: clamor in mari rubro auditus ē vocis ei⁹. Ecce quasi aquila ascendet: ⁊ euolabit ⁊ expādet alas suas sup bosram. Et erit cor fortiū ydumee in die illa. q̄si cor mulieris parturientis. Ad damascū. Cōfusa ē emath ⁊ arfath: q̄r auditū pessimū audierūt. Turbati sūt in mari ꝑ sollicitudīe quiescere non potuit. Dissoluta est damascus: v̄sa ē in fugā: tremor apphendit eā. Angustia ⁊ dolores tenuerūt eā: quasi parturientē. Quomō dereliquerūt ciuitatē laudabilē: vrbē leticie? Ideo cadēt iuuenes eius in plateis ei⁹: ⁊ oēs viri p̄lii ꝯticescēt in die illa ait dominus exercituū.

Et succendā ignē in muro damasci: ⁊ deuorabit menia benadab. Ad cedar ⁊ ad regnū asor: q̄ ꝑcussit nabuchodonosor rex babilonis. Hec dicit dn̄s. Surgite ⁊ ascēdite ad cedar: ⁊ vastate filios orientis. Tabernacula eoꝝ et greges eoꝝ capiēt: pelles eoꝝ ⁊ oīa vasa eoꝝ ⁊ camelos eoꝝ tollēt sibi: et vocabūt sup eos formidinē in circuitu ei⁹. Fugite: abite vehementer: in voraginib⁹ sedete q̄ habitatis asor ait dn̄s. Iniit enim ꝯtra vos nabuchodonosor rex babilonis ꝯsiliū: ⁊ cogitauit aduersus vos cogitacōes. Cōsurgite et ascendite ad gentē quietā: ⁊ habitantē ꝯfidenter ait dn̄s. Nō ostia nec vectes eis: soli habita~~bitabūt~~ bunt. Et erūt cameli eoꝝ i direpcōnē: ⁊ multitudo iumentoꝝ in predā. Et dispgā eos in om̄ē ventū qui sūt attōsi in comā: ⁊ ex om̄i ꝯfinio eoꝝ adducā interitū sup eos ait dn̄s. Et erit asor in habitaculm draconū: deserta vsq; in eternū. Nō manebit ibi vir: nec incolet eā filius hominis. Quod factum ē verbū domini ad iheremiā ꝓphetā aduersus elam in pncipio regni sedechie regis iuda dicēs. Hec dicit dn̄s exercituū. Ecce ego ꝯfringā arcū elā ⁊ sumā formidinē eoꝝ: et inducā sup elam q̄tuor ventos a q̄tuor plagis celi. ⁊ ventilabo eos in om̄es vētos istos: et nō erit gēs ad quā nō perueniāt ꝓfugi elā. Et pauē faciam elam coram inimicis suis: ⁊ in ꝯspectu querentiū animā eoꝝ. Et adducā sup eos malū: irā furoris mei dicit dn̄s. Et mittam post eos gladiū donec ꝯsumā eos: et ponam soliū meū in elam: ⁊ perdā inde reges ⁊ principes ait dominus. In nouissimis aūt dieb⁹ reuerti faciā captiuos elā dicit dn̄s.

L

Verbū q̄d locutus est dn̄s de babilone ⁊ de terra caldeoꝝ in manu iheremie ꝓphete. Annūciate in gētib⁹. et auditū facite. Leuate signū: p̄dicate: ⁊ nolite celaē. Dicite. Capta ē babilon. ꝯfusus est bel: victus est marodach. Cōfusa sūt om̄ia sculptilia eoꝝ: superata sūt ydola eoꝝ. Quoniā ascendet cōtra eā gēs ab aquilone: q̄ ponet terrā eius in solitudinē: ⁊ non erit q̄ habitet in ea ab homine vsq; ad pecus. Et moti sūt: et abierūt. In dieb⁹ illis ⁊ in tempoē illo ait dominus. venient filii israhel ipsi. et filii iuda simul. Ambulantes ⁊ flentes ꝓperabunt: et

dominū deum suū querēt. In syō interroga-
būt viā: huc facies eoꝝ veniēt: ⁊ apponēt
ad dominū federe sempiterno· qḋ nulla ob-
liuione delebit. Grex ꝑditus fcūs est ꝑplꝰ
meus: pastoēs eoꝝ seduxeeūt eos: fecerūt-
qꝫ vagari in mōtibꝫ. De mōte in collē trāsie-
rūt: obliti sūt cubilis sui. Omēs q̄ inuenerūt
comederūt eos: ⁊ hostes eoꝝ dixerūt. Nō
peccauimus: ꝓ eo ꝙ peccauerūt dn̄o decori
iusticie: ⁊ expectacōni prm̄ eoꝝ domino. Re-
cedite de medio babilonis: de terra caldeo-
rū egredimini: ⁊ estote quasi hedi āte gre-
ges. Quoniā ecce ego suscitabo ⁊ adducā
in babilonē ꝯgregacōez gentiū magnaꝝ
de terra aquilonis: ⁊ ꝑparabunt aduersus
eaꝫ: ⁊ inde capiet. Sagitta eius q̄ꝰ viri for-
tis interfectoris: nō reuertetur vacua. Et e-
rit caldea in predā: om̄es vastātes eam re-
plebūt ait dn̄s. Quoniā exultatis ⁊ mag-
loquimini diripiētes hereditatē meā: quo-
niā effusi estis sicut vituli sup herbam: ⁊ mu-
gitis sicut thauri. Confusa est mater vestra
nimis: ⁊ adequata puluei que genuit vos.
Ecce nouissima erit in gētibꝫ: deserta inuia
et arēs ab ira domini. Nō inhabitabit: sed
rediget tota in solitudinē. Om̄is q̄ trāsibit
ꝑ babilonē stupebit: ⁊ sibilabit sup vniūsis

VI

plagis eius. Preparamini ꝯtra babilonē
ꝑ circuitū. Omes qui intēditis arcū debella-
te eam: nō parcatis iaculis: ꝙ dn̄o peccauit.
Clamate adūsus eam. Vbiqꝫ dedit manū.
Ceciderūt fundamēta eius: destructi sūt mu-
ri eius: quoniā vltio domini ē. Vlcōez acci-
pite de ea. Sicut fecit: facite ei. Dispergite
satorē de babilone: ⁊ tenētem falcē in tēpe
messis a facie gladij colūbe. Vnusquisqꝫ ad
populū suū ꝯuertet: ⁊ singuli ad terraꝫ suā
fugiēt. Grex dispsus israhel: leones eiecerūt
eum. Primus comedit eū rex assur: iste no-
uissimus exossauit eū nabuchodonosor rex
babilonis. Propterea hec dicit dn̄s exerci-
tuū· deus israhel. Ecce ego visitabo regem
babilonis ⁊ terrā eius sicut visitaui regem
assur: ⁊ reducam israhel ad habitaculū suū.
Et pascet carmelus ⁊ basan: ⁊ in monte e-
phraim ⁊ galaad saturabit anima eius. In
diebꝫ illis ⁊ in tempoē illo ait dominus que-
ret iniquitas israhel ⁊ nō erit: ⁊ pccm̄ iuda

et nō inueniet: quoniā ꝓpitius ero eis quos
reliquero. Sup terrā dominantiū ascende:
et sup habitatores eius visita. Dissipa ⁊ inter-
fice q̄ post eos sūt ait dn̄s: ⁊ fac iuxta om̄ia
que ꝑcepi tibi. Vox belli in terra: ⁊ cōtritio

VII

magna. Quō ꝯfractus ē· et ꝯtritus malleus
vniuerse terre? Quō versa est in desertū babi-
lon in gētibꝫ? Illaqueaui te ⁊ capta es babi-
lon ⁊ nesciebas: inuēta es ⁊ apprehēsa: quo-
niam dn̄m ꝓuocasti. Aperuit dn̄s thesaurum
suū ⁊ ꝓtulit vasa ire sue: q̄m opus est domino
deo exercituū in terra caldeoꝝ. Venite ad
eā ab extremis terre finibꝫ: aperite vt exeāt
qui cōculcēt eam. Tollite de via lapides· et
redigite in aceruos: ⁊ interficite eā: nec sit
quicq̄ꝫ reliquū. Dissipate vniūsos fortes e-
ius: descendāt in occisionē. Ve eis ꝙ venit
dies eoꝝ: tempus visitacōis eoꝝ. Vox fu-
gientiū ⁊ eoꝝ q̄ euaserūt de terra babilōis:
vt ānunciēt in syō vltōem domini dei nostri:
vltōem tēpli eius. Annūciate in babilonē
plurimis: om̄ibꝫ qui tendūt arcū. Cōsistite
adūsus eam ꝑ gyrū: ⁊ nullus euadat. Red-
dite ei scd̄m opus suū: iuxta om̄ia que fecit
facite illi· ꝙ ꝯtra dn̄m erecta est: aduersum
sanctū israhel. Idcirco cadent iuuenes eius
in plateis eius: ⁊ omnes viri bellatoēs eius
cōticescent i die illa ait dn̄s. Ecce ego ad te
suꝑbe dicit dn̄s deus exercituū: ꝙ veniet dies
tuus: tēpus visitatōnis tue. Et cadet suꝑbus
et corruet: ⁊ nō erit q̄ suscitet eum. Et succen-
dam ignē in vrbibꝫ eius: ⁊ deuorabit omnia

VIII

in circuitu eiꝰ. Hec dicit dn̄s exercituū. Ca-
lumniā sustinent filij israhel ⁊ filij iuda simul.
Om̄es qui ceperūt eos tenēt: nolūt dimitte-
re eos. Redēptor eoꝝ fortis: dn̄s exercituū
nomen eiꝰ. Judicio defendet causam eorū:
vt exterreat terrā ⁊ cōmoueat habitatoēs
babilonis. Gladius ad caldeos ait dn̄s: ⁊
ego dominus humiliaui lignū sublime. ⁊ ex-
altaui lignū humile: ⁊ siccaui lignū viride:
et frondere feci lignū aridū. Ego dn̄s locu-
tus sū et feci. XVIII

Et factus ē sermo dn̄i ad me dicēs. Quid ē q̄ in-
ter vos parabolā vertitis in p̄uerbiū istud
in terra israhel dicētes: patres comederunt
vuā acerbā. et dentes filior̄ obstupescūt?
Viuo ego dicit dominus deus: si erit vltra
vobis parabola hec in p̄uerbium in israhel.

Ecce om̄es anime mee sūt. Ut anima pr̄is:
ita ⁊ anima filij mea ē. Anima q̄ peccaueit:
ipsa morietᷣ. Et vir si fuerit iustus ⁊ fecerit
iudiciū ⁊ iusticiā: in mōtibꝫ nō comedeit et
oculos suos nō leuauerit ad ydola domus
israhel: ⁊ vxorē ꝓximi sui nō violauerit ⁊ ad
mulierē mēstruatā nō accesserit. ⁊ hoīez nō
ɔtristauerit: pignus debitori reddiderit. ꝑ
vim nichil rapueit. panē suū esurienti dedeit.
et nudū operuerit vestimēto: ad vsuram nō
ɔmodauerit. et amplius non acceperit: ab
iniquitate auerterit manū suā. et iudiciū ve-
rū fecerit inter virū ⁊ virū. et in p̄ceptis meis
ambulauerit ⁊ iudicia mea custodierit vt
faciat veritatē: hic iustus est. Vita viuet:
ait dominus deꝰ. Quod si genuerit filiū la-
tronē effundentē sanguinē. ⁊ fecerit vnū de
istis. et hec quidē om̄ia non facientē: sed in
montibꝫ comedentē. et vxorē ꝓximi sui pol-
luentē. egenū ⁊ pauperē ɔtristantē. rapien-
tem rapinas. pignus non reddentē. et ad
ydola leuantē oculos suos. abominacōem
facientē. ad vsurā dantē. et amplius accipi-
entē: nūquid viuet? Non viuet. Cū vniūsa
hec detestanda fecerit: morte morietᷣ. San-
guis eius in ipo eit. Quod si genuerit filiū
qui videns omnia peccata pr̄is sui q̄ fecit ti-
muerit. et nō fecerit simile eis: sup montes
nō comederit. et oculos suos nō leuauerit
ad ydola domus israhel: et vxorez ꝓximi sui
nō violaueit. et virū nō ɔtristauerit. pignꝰ
nō retinuerit. et rapinam nō rapuerit. panē
suū esurienti dederit. et nudū opuerit vestimē-
to: a paupis iniuria auerteit manū suā: vsu-
ram ⁊ supabūdantiā non accepit ⁊ iudicia
mea fecerit. et in p̄ceptis meis ambulaueit:
hic non morietur in iniquitate pr̄is sui: sed
vita viuet. Pater eius q̄ calūniatus est et
vim fecit fratri: ⁊ malū operatus est in me-
dio ꝑli sui: ecce mortuus est in iniq̄tate sua.
Et dicitis. Quare nō portabit filius iniq̄ta-
tem pr̄is? Videlicet q̄ filius iudiciū et iusti-
ciam operatus est: om̄ia p̄cepta mea custo-
diuit ⁊ fecit illa: vita viuet. Aīa q̄ peccaueit:
ipa morietᷣ. Filius nō portabit iniquitatem
patris: ⁊ pater nō portabit iniquitatē filij.
Justicia iusti sup euz erit: et impietas impij
erit sup eū. Si aūt impius egerit penitētiā
ab om̄ibꝫ pctīs suis q̄ opatus ē. et custodie-
rit oīa p̄cepta mea: ⁊ fecerit iudiciū ⁊ iustici-
am: vita viuet ⁊ nō morietur. Oīm iniquita-
tum eius quas operatus est nō recordabor.
In iusticia sua quā operatus est. viuet. Nū-
quid volūtatis mee est mors impij dicit do-
minus deus: et nō ut ɔuertatur a vijs suis et
viuat? Si aūt auerterit se iustus a iusticia
sua ⁊ fecerit iniquitatē scd̄m omnes abomi-
nacōes quas operari solet impius: nūquid
viuet? Omnes iusticie eius quas feceāt nō
recordabūtur. In p̄uaricacōe q̄ p̄uaricatus
est: ⁊ in peccato suo quod peccauit: in ipsis
morietur. Et dixistis. Nō ē equa via domini.
Audite ergo domus israhel. Nūq̄d via mea
non ē equa: ⁊ nō magis vie vr̄e praue sūt?
Cū enim auerterit se iustus a iusticia sua et
feceit iniquitatē: morietᷣ in eis. In iniusticia
quā operatus est morietur. Et cū auerterit
se impius ab impietate sua quā opatus est
et fecerit iudiciū ⁊ iusticiā: ipe animā suā viui-
ficabit. Considerās eni ⁊ auertēs se ab om̄i-
bus iniquitatibꝫ suis quas operatus est: vi-
ta viuet ⁊ nō morietᷣ. Et dicūt filij isrl̄. Non
est equa via dn̄i. Nūquid vie mee nō sūt eq̄
domus israhel. et non magis vie vr̄e praue?
Idcirco vnūquēqꝫ iuxta vias suas iudicabo
domus israhel: ait dominus deꝰ. Conūtimi-
ni ⁊ agite penitentiā ab om̄ibꝫ iniquitatibꝫ
vestris: ⁊ nō erit vobis in ruinam iniquitas.
Proicite a vobis omnes iniquitates vr̄as
in quibꝫ p̄uaricati estis: ⁊ facite vobis cor
nouū ⁊ spiritū nouū. Et quare moriemini do-
mus israhel? Quia nolo mortē morientis dic
dominus deꝰ. Reuertimini et viuite. XIX

Et tu fili hominis assume planctū sup
principes israhel: ⁊ dices. Quare mr̄
tua leena int̄ leones cubauit? In medio leū-
culoꝝ enutriuit catulos suos. Et eduxit vnū
de leunculis suis: leo factus est: ⁊ didicit ca-
pere predam hominēqꝫ comedere. Et audi-
erūt de eo gētes: ⁊ non absqꝫ vulneribꝫ suis
ceperūt eum: ⁊ adduxerūt eū in cathenis in
terra egipti. Que cū vidisſꝫ quoniā infirma-
ta est ⁊ perijt exspectacō eius: tulit vnū de
leūculis suis: leonē cōstituit eū. Qui incede-
bat inter leones ⁊ factus est leo: ⁊ didicit
predam capere ⁊ homines deuorare: didicit

III

viduas facere ⁊ ciuitates eaꝝ in desertum
adducere: ⁊ desolata est terra ⁊ plenitudo
eius a voce rugitus illius. Et conuenerūt aduꝰ
sus eum gentes vndiqꝫ de prouintijs: ⁊ expā-
derūt sup eū rethe suū. In vulneribꝰ eaꝝ ca-
ptus est ⁊ miserūt eum in caueā. In cathenis
adduxerūt eum ad regē babilonis miserūt-
qꝫ eum in carcerē: ne audiretur vox eius vl-
tra sup montes israhel. Mater tua q̄ͣsi vinea
in sanguine tuo: sup aquaꝫ plantata ē. Fru
ctus eius ⁊ frondes eius creuerūt ex aq̄s
mltis: et facte sūt ei virge solide in ceptra
dominātiū: et exaltata ē statura eius inter
frondes. Et vidit altitudinē suā in multitu-
dine palmitū suoꝝ: ⁊ euulsa est in ira in ter-
ramqꝫ ꝓiecta. et ventus vrēs siccauit fructū
eius: marcuerūt ⁊ arefacte sūt vͦge roboris
eiꝰ. Ignis ꝯmedit eā. Et nūc transplātata
ē in desertū in terra inuia ⁊ sitiēti: ⁊ egressus
est ignis de vͦga ramoꝝ eius qui fructū eiꝰ
ꝯmedit: ⁊ nō fuit in ea vͦga fortis sceptruꝫ
dn̄antiū. Plāctꝰ ē: ⁊ erit in plāctū.

XX

IIII

Et factū est in āno septimo in quinto
in decima mensͤ: venerūt viri de seniori-
bus israhel ut interrogarēt dn̄m: ⁊ sederēt
corā me. Et factus est s̄mo domini ad me
dicēs. Fili hominis loquere senioribꝰ isrl̄: et
dices ad eos. Hec dicit dominus deꝰ. Nū
ad interrogandū me vos venistis? Viuo
ego: q̄ꝛ nō respondebo vobis ait dominus
deus. Si iudicas eos: si iudicas fili hoīs.
Abominacōes patrū eoꝝ ostende eis: et
dices ad eos. Hec dicit dominus deus. In
die qua elegi israhel ⁊ eleuaui manū meam
ꝓ stirpe domus iacob ⁊ apparui eis ī terra
egipti ⁊ eleuaui manū meā ꝓ eis dicēs ego
dn̄s deꝰ vester: in die illa leuaui manū meā
ꝓ eis vt educerē eos de terra egipti in t̄raꝫ
quā ꝓuiderā eis fluentē lacte ⁊ melle: que
est egregia inter oēs terras. Et dixi ad
eos. Vnusquisqꝫ offensiōes oculoꝝ suoꝝ
abiciat: ⁊ in ydolis egipti nolite pollui. E-
go dn̄s deus vester. Et irritauerūt me: nolue-
rūtqꝫ me audire. Vnusquisqꝫ abominacō-
nes oculoꝝ suoꝝ nō ꝓiecit: nec ydola egi-
pti reliquerūt. Et dixi ut effunderē indigna-
tionē meā sup eos: ⁊ implerem iram meam
in eis in medio terre egipti. Et feci propter

nomen meū: ut nō violaretͬ coram gentibꝰ
in quaꝝ medio erant: ⁊ inter quas apparui
eis ut educerē eos de terra egipti. Eieci er-
go eos de terra egipti ⁊ eduxi eos in des̄tū:
et dedi eis p̄cepta mea ⁊ iudicia mea ostēdi
eis: que faciet homo ⁊ viuet in eis. Insup et
sabbata mea dedi eis vt essꝫ signū inter me
et eos: ⁊ scirēt q̄ꝛ ego dominus sanctificans
eos. Et irritauerūt me domus israhel in des̄-
to: in p̄ceptis meis nō ābulauerūt ⁊ iudicia
mea ꝓiecerūt q̄ faciēs homo viuet in eis: et
sabbata mea violauerūt vehementer. Dixi
ergo ut effunderē furorē meū sup eos in de-
s̄to: ⁊ ꝯsumerē eos. Et feci ꝓpter nomē meū
ne violaretͬ corā gentibꝰ: de quibꝰ eieci eos
in ꝯspectu eaꝝ. Ego igitͬ leuaui manū meā
sup eos in des̄to ne inducerē eos in terram
quā dedi eis fluentē lacte ⁊ melle precipuā
terraꝝ omniū: q̄ꝛ iudicia mea ꝓiecerūt ⁊ in
p̄ceptis meis nō ambulauerūt: ⁊ sabbata
mea violauerūt. Post ydola enim cor eorū
gradiebatͬ. Et pepcit oculus meus sup eos
vt nō interficerē eos: nec ꝯsumpsi eos in de-
serto. Dixi autē ad filios eoꝝ in solitudine.
In p̄ceptis patrū vr̄oꝝ nolite incedere: nec
iudicia eoꝝ custodiatis: nec in ydolis eoꝝ
polluamini. Ego dominus deus vester. In p̄-
ceptis meis ābulate: ⁊ iudicia mea custodi-
te ⁊ facite ea ⁊ sabbata mea sanctificate vt
sit signū inter me ⁊ vos: ⁊ sciatͬ q̄ꝛ ego dn̄s
deus vester. Et exacerbauerūt me filij: et in p̄-
ceptis meis non ābulauerūt ⁊ iudicia mea
nō custodierūt ut facerēt ea q̄ cū fecerit hō
viuet in eis: ⁊ sabbata mea violauerūt. Et
comminatus sū ut effunderē furorē meū sup
eos: ⁊ implerem iram meam in eis in deserto.
Auerti autē manū meā: ⁊ feci ꝓpter nomen
meū. ut nō violaretͬ coraꝫ gentibꝰ: de quibꝰ
eieci eos in oculis eaꝝ. Iterū leuaui manū
meam in eos in solitudine ut disp̄gerē illos
in nacōes et ventilarem in terras: eo q̄ꝛ iudi-
cia mea non fecissent. et p̄cepta mea repro-
bassent. et sabbata mea violassent: ⁊ post y-
dola patrū suoꝝ fuissent oculi eoꝝ. Ergo ⁊
ego dedi eis p̄cepta non bona ⁊ iudicia in
quibꝰ nō viuēt: ⁊ pollui eos in muneribꝰ suis
cū offerrent oē quod aperit vuluā ꝓpter
delicta sua: ⁊ scient q̄ꝛ ego dn̄s. Quāobrem

loquere ad domū israhel fili hominis: et di-
ces ad eos. Hec dicit dñs de?. Adhuc τ in
hoc blasphemauerūt me patres vri cū spre-
uissent me contemnētes: et induxissem eos in
terrā sup quā leuaui manū meā ut darē eis.
Viderūt omnē collē excelsū et omē lignū
nemorosū τ immolauerūt ibi victimas suas:
et dederūt ibi irritacōem oblacōis sue: τ po-
suerūt ibi odorē suauitatis sue τ libauerūt
libacōes suas. Et dixi ad eos. Quid est ex-
celsum: ad qd vos ingredimini? Et vocatū
est nomē eius excelsū vsqȝ ad hanc diem.
P Propterea dic ad domū israhel. Hec dicit
dominus de?. Certe in via patrū vroȝ vos
polluimini: et post offendicula eoȝ vos for-
nicamini. Et in oblatione donoȝ vroȝ cū
traducitis filios vros p ignē vos polluimi
in omībȝ ydolis vestris vsqȝ hodie: et ego
respondebo vob domus israhel? Viuo ego
dicit dominus deus: qȝ non rñdebo vobis:
neqȝ cogitacō mētis vre fiet dicentiū. Erimus
sicut gentes τ sicut cognacōes terre: ut co-
lamus ligna τ lapides. Viuo ego dicit do-
minus de?: quoniā in manū forti τ in brachio
extento τ in furore effuso regnabo sup vos.
Et educā vos de populis: et congregabo vos
de terris in quibȝ dispsi estis. In manu vali-
da τ in brachio extento τ in furorē effuso re-
gnabo sup vos: et adducā vos in desertū po-
puloȝ: et iudicabor vobiscū ibi facie ad fa-
ciem. Sicut iudicio contendi aduersū pres
vros in deserto terre egipti: sic iudicabo vos
dicit domin?. Et subiciā vos sceptro meo:
et inducā vos in vinculis federis. Et eligā
de vobis transgressores τ impios: τ de ter-
ra incolatus eoȝ educā eos: et terrā israhel
nō ingredient: et scietis qȝ ego dñs. Et vos
domus israhel: hec dicit dominus de?. Sin-
guli post ydola vra ambulate: et seruite eis.
II Quod si τ in hoc nō audieritis me: et nomē
meū sanctū pollueritis vltra in muneribus
vestris τ in ydolis vris: in mōte scō meo in
mōte excelso isrl ait dñs de?: ibi seruiet michi
omnis domus israhel: omes inquā in terra in
qua placebūt michi. Et ibi querā primicias
vras: et iniciū decimaȝ vraȝ in omībȝ san-
ctificacōibȝ vestris. In odorem suauitatis
suscipiā vos: cū eduxero vos de populis et
congregauero vos de terris in quas dispersi
estis: et sanctificabor in vobis in oculis nati-
onū. Et scietis quia ego domin? cū eduxero
vos ad terrā israhel: in terra p qua leuaui
manū meā vt darem eam pribȝ vestris. Et
recordabimini ibi viarum vraȝ τ omniū sce-
lerū vroȝ quibȝ polluti estis in eis: τ displi-
cebitis vobis in cospectu vestro in omībȝ ma-
licijs vestris quas fecistis: et scietis qȝ ego
domin? cū benefecero vob pter nomē meū:
et nō scdm vias vras malas neqȝ scdȝ scele-
ra vra pessima dom? israhel: ait domin? deus.
III Et factus est sermo domini ad me dicēs. Fi-
li hominis: pone faciem tuam cōtra viam au-
stri τ stilla ad affricū. Et pphta ad saltum a-
gri meridiani: et dices saltui meridiano. Au-
di verbū domini. Hec dicit domin? de?. Ecce
ego succendā in te ignē: τ comburā in te omē
lignū viride τ omne lignū aridū. Nō extin-
guetur flamma succensionis. Et comburet in ea
omnis facies ab austro vsqȝ ad aquilonē:
et videbit vniūsa caro quia ego domin? suc-
cendi eā: nec extinguetur. Et dixi. A a a do-
mine de?. Ipi dicūt de me. Nūquid nō p para-
bolas loqt iste?

XXI

IIII S Et fcūs ē sermo domini ad me dicēs. Fili homis
pone faciem tuam ad iherusalē: et stilla ad
sanctuaria: et pphta contra humū israhel: τ di-
ces terre israhel. Hec dicit domin? de?. Ecce
ego ad te: et eiciam gladiū meū de vagina
sua: τ occidam in te iustum τ impiū. Pro eo
autē qȝ occidi in te iustum τ impiū: idcirco
egredietur gladius meus de vagina sua ad
omnē carnē ab austro vsqȝ ad aquilonē: ut
sciat omnis caro qȝ ego dominus eduxi gla-
dium meū de vagina sua irreuocabilē. Et tu
fili hominis ingemisce in cōtricōe lumboȝ:
et in amaritudinibȝ ingemisce corā eis. Cū
dixerint ad te quare tu gemis: dices. Pro
auditu qȝ venit: τ tabescet omē cor: et dissol-
uentur vniuerse manus: et infirmabit omis
spūs: et p cuncta genua fluent aque. Ecce ve-
nit: et fiet ait dominus de?. b Et factus ē sermo
domini ad me dicēs. Fili hominis: pphta et
dices. Hec dicit dominus de?. Loquere. Gla-
dius gladius exacutus est τ limatus. Ut ce-
dat victimas exacutus ē: ut splēdeat limat?
est. Qui moues sceptrum filij mei succidisti

omne lignū. Et dedi eū ad leuigandū: ut teneatur manu. Iste exacutus est gladius: ⁊ iste limatus est in manu interficientis. Clama ⁊ vlula fili hominis: qꝛ hic factus est in ꝑplo meo: hic in cūctis ducibꝰ israhel qui fugerant. Gladio traditi sūt cū ꝑplo meo. Idcirco plaude sup femur qꝛ ꝓbatus ē: et hoc cū sceptrū subūterit: et nō erit dicit dn̄s deꝰ. Tu ergo fili hominis ꝓpheta: ⁊ ꝑcute manu ad manū: et duplicet᷑ gladius ac triplicet᷑ gladius interfectoꝝ. Hic est gladius occisionis magne: q̄ obstupescere eos facit ⁊ corde tabescē: et multiplicat ruinas. In omnibus portis eoꝝ dedi conturbationē gladij acuti ⁊ limati ad fulgendū: amicti ad cedē. Exacuere: vade ad dexterā siue ad sinistrā: quocūqꝫ faciei tue ē appetitus. Quin ⁊ ego plaudam manu ad manū: et implebo indignationē meā. Ego dn̄s locutus sū. Et factus ē ſmo dn̄i ad me dicēs. Et tu fili hominis. pone tibi duas vias: ut veniat gladius regis babilonis. De terra vna egredient᷑ ambo. Et manu capiet coniecturā: in capite vie ciuitatis coniciet. Viam pones: vt veniat gladius ad rabbath filioꝝ amon: et ad iudam in iherusalē munitissimā. Stetit enī rex babiloīs in biuio in capite duaꝝ viaꝝ diuinacōnem querens: ꝯmiscens sagittas. Interrogauit ydola: exta consuluit. Ad dexterā eius facta ē diuinacō sup iherusalem. ut ponat arietes: ut aperiat os in cede ut eleuet vocem in vlulatu: ut ponat arietes cōtra portas. ut ꝯportet aggerem vt edificet municōnes. Eritqꝫ q̄si ꝯsulēs frustra oraculū in oculis eoꝝ: et sabbatoꝝ ociū imitans. Ipe aūt recordabit᷑ iniq̄tatis ad capiēdū. Idcirco hec dicit dn̄s deꝰ. Pro eo qꝛ recordati estis iniq̄tatis vestre ⁊ reuelastis ꝑuaricacōes vr̄as: et apparuerīt pcc̄a vr̄a in omībꝰ cogitacōībꝰ vr̄is. Pro eo inq̄̄ qꝛ recordati estis: manū capiemi. Tu aūt ꝓphane impie dux israhel cuius venit dies in tp̄e iniq̄tatis ꝑfinita: hec dicit dn̄s deus. Aufer cydarim: tolle coronā. Nōne hec est q̄ humilē sublevauit: et sublimē humiliauit? Iniquitatē iniquitatē iniquitatē ponam eā. Et hoc nō factū est donec veniret cuius est iudiciū: ⁊ tradam ei. Et tu fili hominis ꝓpheta ⁊ dic. Hec dicit dominus deus ad filios amō: et ad opprobriū eoꝝ. Et dices. Mucro. mucro. euagina te ad occidendū: lima te. ut interficias et fulgeas cū tibi videretur vana ⁊ diuinarētur mēdacia: ut dareris sup colla vulneratorū impioꝝ quoꝝ veniet dies in tempore iniquitatis ꝑfinita. Reuertere ad vaginā tuam in locū in quo creatus es. In terra natiuitatis tue iudicabo te: et effundam sup te indignacōem meā. In igne furoris mei sufflabo ī te: daboqꝫ te in manus hominū insipientium ⁊ fabricantiū interitū. Igni eris cibus. Sanguis tuus erit in medio t̄re: obliuioni traderis: qꝛ ego dominus locutus sum. **XXII**

Et factū est v̄bū domini ad me dicēs. Et tu fili hominis nōne iudicas ciuitatem sanguinū: et ostēdis ei omēs abominacōes suas? Et dices. Hec dicit dominus deꝰ. Ciuitas effundēs sanguinē in medio sui vt veniat tempus eius: et q̄ fecit ydola ꝯtra semetipsam ut pollueret᷑. In sanguine tuo q̄ a te effusus est deliquisti: ⁊ in ydolis tuis que fecisti polluta es. Et appropinquare fecisti dies tuos: et adduxisti tēpus ānoꝝ tuoꝝ. Propterea dedi te opprobriū gentibꝰ: et irrisionē vniuersis t̄ris que iuxta sūt ⁊ q̄ ꝓcul a te. Triūphabūt de te: sordida. nobilis. grandis interitu. Ecce principes israhel singuli in brachio suo fuerūt in te ad effundendū sanguinē: patrem ⁊ matrem ꝯtumelijs affecerīt in te. Aduenā calūniati sūt ī medio tui: pupillū et viduā ꝯtristauerīt apud te: sanctuaria mea spreuistis ⁊ sabbta mea polluistis. Viri detractores fuerūt in te ad effundēdū sanguinē: et sup mōtes comederūt in te: scelus opati sūt in medio tui. Verecūdiora patris discooperuerūt in te: inmūdiciā mēstruate humiliauerūt in te. Et vnusquisqꝫ in vxorē ꝓximi sui operatus est abominacōem: et socer nurū suā polluit nepharie: frater sororē suam filiam patris sui oppressit in te. Munera acceperūt apud te ad effundēdū sanguinem: vsuram et supabundantiā accepisti et auare ꝓximos tuos calūniabaris: meiqꝫ oblita es dicit dn̄s deus. Ecce cōplosi manus meas sup auariciā tuā quā fecisti: et sup sanguinē qui effusus est in medio tui. Nūquid sustinebit cor tuū: aut ꝑualebūt manus tue

in dieb⁹ quos ego faciā tibi. Ego dominus
locutus sū. et faciā. Et disp̄gā te in nacões:
et ventilabo te in terras. Et deficere faciam
immundiciā tuā a te: et possidebo te in cōspe-
ctu gentiū: et scies q̄ ego domin⁹. Et fcm̄
est v̄buz domini ad me dicēs. Fili hominis:
versa ē michi domus israhel in scoriā. Omnes
isti es ⁊ stannū et ferrū ⁊ plumbū in medio
fornacis. Scoria argenti facti sūt. Propt-
ea hec dicit dn̄s de⁹. Eo q̄ versi estis omes
in scoriā: p̄pterea ecce ego ɔgregabo vos
in medio ihrl̄m cōgregatione argēti ⁊ eris
et stanni et ferri ⁊ plūbi in medio fornacis:
vt succendā in ea ignē ad conflandū. Sic
cōgregabo in furore meo ⁊ in ira mea: et re-
quiescam. Et ɔflabo vos ⁊ cōgregabo vos:
et succendam vos in igne furoris mei: ⁊ cō-
flabimini in medio eius ut ɔflatur argentū
in medio fornacis: sic eritis in medio ei⁹. Et
scietis q̄ ego dominus: cū effunderim indi-
gnationē meam sup vos. Et factū est v̄bū
dn̄i ad me dicēs. Fili hoīs. dic ei. Tu es ter-
ra immunda ⁊ non compluta in die furoris.
Coniuratio p̄phetarū in medio eius. Sicut
leo rugiēs rapiensq̄ p̄dam animas deuora-
uerūt: opes ⁊ preciū acceperūt: viduas ei⁹
multiplicauerūt in medio illius. Sacerdo-
tes eius ɔtempserūt legē meā: ⁊ polluerūt
sanctuaria mea. Inter sanctū ⁊ p̄phanū nō
habuere distantiā: inter pollutū ⁊ mundū
non intellexerūt ⁊ a sabbatis meis auerte-
rūt oculos suos: et coinquinabar in medio
eoꝝ. Principes eius in medio illius quasi
lupi rapientes predam: ad effundēdū san-
guinē ⁊ ad predendas aīas ⁊ auare sectan-
da lucra. Prophete aūt eius linebant eos
absq̄ temperamēto videntes vana ⁊ diui-
nantes ei mendaciū: dicētes hec dicit dn̄s
deus: cū dominus non sit locutus. Populi
terre calumnabant᷑ calumniā ⁊ rapiebant
violenter: egenū ⁊ pauperem affligebant:
et aduenā opprimebant calūnia absq̄ iudi-
cio. Et quesiui de eis virū qui interponeret
sepē: ⁊ staret oppositus cōtra me p̄ terra ne
dissiparem eā: et non inueni. Et effudi sup
eos indignacōem meā: et in igne ire mee
consumpsi eos. Viam eorum in caput eoꝝ
reddidi ait dominus deus. XXIII

Et fcūs est sermo dn̄i ad me dicēs. Fili
hoīs: due muliēs filie mr̄is vni⁹ fuerūt:
et fornicate sūt in egipto. In adolescētia sua
fornicate sunt. Ibi subacta sūt vbera eaꝝ: et
fracte sūt mamme pubertatis eaꝝ. Nomīa
autez eaꝝ oolla maior: ⁊ ooliba soror eius
minor. Et habui eas: et pepererūt filios ⁊ fili-
as. Porro eaꝝ nomina. samaria oolla: et
iherusalē ooliba. Fornicata est igit᷑ sup me
oolla: ⁊ insaniuit in amatores suos in assyri-
os p̄pinquātes. vestitos iacincto. p̄ncipes
et magistratus. iuuenes cupidinis. vniūsos
equites ascensores equoꝝ: ⁊ dedit fornica-
tiones suas sup eos electos filios assyrioꝝ
vniuersos: et in oīb⁹ in quos insaniuit in
immūdiciis eoꝝ polluta est. Insup ⁊ fornica-
tiones suas quas habuerat in egipto non
reliquit. Nam ⁊ illi dormierūt cū ea in adole-
scentia sua: ⁊ illi ɔfregerūt vbera puberta-
tis eius: et effuderūt fornicationē suā sup eā.
Propterea tradidi eā in manus amatorum
suoꝝ: ⁊ in manus filioꝝ assur sup quoꝝ in-
saniuit libidine. Ipi discooperuerūt ignomi-
niam eius: filios ⁊ filias eius tulerūt: et ipaz
occiderūt gladio. Et facte sūt famose muli-
eres: et iudicia p̄petrarūt in ea. Q̄d cū vidissę
soror eius ooliba: plus q̄ illa insaniuit libi-
dine: et fornicationē suam sup fornicationez
sororis sue ad filios assyrioꝝ p̄buit impu-
denter: ducib⁹ ⁊ magistratib⁹ ad se venienti-
bus indutis veste varia: equitib⁹ qui vecta-
bant᷑ equis: ⁊ adolescentib⁹ forma cunctis
egregia. Et vidi q̄ polluta essę via vna am-
baꝝ: ⁊ auxit fornicacōes suas. Cūq̄ vidissę
viros depictos in pariete imagines chalde-
orū expressas colorib⁹. et accinctos balthe-
is renes. et tyaras tinctas in capitibus eoꝝ
formam ducū oīm. similitudinē filioꝝ babi-
lonis terreq̄ chaldeoꝝ in qua orti sūt: insa-
niuit sup eos ɔcupiscentia oculoꝝ suoꝝ: et
misit nūcios ad eos in chaldeā. Cūq̄ venis-
sent ad eā filii babilōis. ad cubile māmaꝝ.
polluerūt eā in stupris suis: et polluta ē ab
eis. ⁊ saturata est anima eius ab illis. Denu-
dauit q̄q̄ fornicacōnes suas: et discooperuit
ignominiā suā. Et recessit aīa mea ab ea: sicut
recesserat aīa mea a sorore eius. Multiplica-
uit enim fornicacōnes suas recordans dies

adolescentie sue quibꝫ fornicata est in terra egipti: et insaniuit libidine sup concubitū eorꝫ quorꝫ carnes sūt ut carnes asinorꝫ: et sicut fluxus equorꝫ fluxus eorꝫ. Et visitasti scelus adolescentie tue: quādo subacta sūt in egipto vbera tua: et confracte sūt māme pubertatis tue. Propterea oolliba hec dicit dominus deus. Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te de quibꝫ saturata est anima tua: et cōgregabo eos adūsum te in circuitu: filios babilonis ⁊ vniūsos chaldeos. nobiles tyrānosq; ⁊ principes. omes filios assiriorꝫ: iuuenes forma egregia. ⁊ [duces] magistratus. vniūsos pńcipes principū: et nominatos ascensores equorꝫ. Et venient sup te instructi curru et rota: ⁊ multitudo populorꝫ. Lorica ⁊ clipeo ⁊ galea armabūtur cōtra te vndiq;. Et dabo corā eis iudiciū: ⁊ iudicabūt te iudicijs suis. Et ponā zeluz meū in te: quē tecū exercēt in furore. Nasū tuū ⁊ aures tuas ꝑcident: et que remāserūt gladio concident. Ipi filios tuos ⁊ filias tuas capient: et nouissimū tuū deuorabit ignis. Et denudabūt te vestimētis tuis: et tollent vasa glorie tue. Et requiescere faciā scelus tuū de te: et fornicationē tuā de terra egipti. Nec leuabis oculos tuos ad eos: et egipti non recordaberis amplius: qr hec dicit dn̄s deus. Ecce ego tradam te in manus eorum quos odisti: in manus de quibꝫ satiata est anima tua: et agent tecū in odio. Et tollent omnes labores tuos: et dimittent te nudaz et ignominia plenā: et reuelabitur ignominia fornicationū tuarꝫ. Scelus tuū ⁊ fornicacōnes tue fecerūt hec tibi: qr fornicata es post gētes inter quas polluta es in ydolis eorꝫ. In via sororis tue ambulasti: et dabo calicem eius in manu tua. Hec dicit dn̄s deus. Calicem sororis tue bibes. ꝓfundū ⁊ latum. Eris in derisū ⁊ in subsannationē que es capacissima: ebrietate ⁊ dolore repleberis: calice meroris ⁊ tristicie. calice sororis tue samarie. Et bibes illuz et epotabis vsq; ad feces: et fragmēta eius deuorabis ⁊ vbera tua lacerabis: qr ego locutus sum ait dominus deus. Propterea hec dicit dn̄s deus: Quia oblita es mei ⁊ ꝓiecisti me post corpus tuū: tu q̄q; porta scelus tuū ⁊ fornicacōes tuas. Et ait dominus ad me dicens. Fili hominis: nunquid iudicas oollam ⁊ oolibā et annūcias eis scelera earum. quia adulterate sūt. ⁊ sanguis in manibꝫ earꝫ. ⁊ cū ydolis suis fornicati sūt: Insup et filios suos q̄s genuerūt michi obtulerūt eis ad deuorādū. Sed ⁊ hoc fecerūt michi. Polluerūt sanctuariū meū in die illa: et sabbata mea ꝓphanauerūt. Cumq; immolarent filios suos ydolis suis. ⁊ ingrederentur sanctuariū meū in die illa ut pollueret illud: etiā hec fecerunt in medio domus mee. Miserūt ad viros venientes de longe: ad quos nunciū miserat: Itaq; ecce venerūt quibꝫ te lauisti ⁊ circumlinisti stibio oculos tuos: et ornata es mūdo muliebri. Sedisti in lecto pulcerrimo: ⁊ mēsa ornata est ante te. Thimiama meū et vngentū meū posuisti sup eam: et vox multitudinis exultantis erat in ea. Et in viris qui de multitudine hominū adducebant̄ et veniebant de deserto: posuerūt armillas in manibꝫ eorū: et coronas speciosas in capitibꝫ eorū. Et dixi ei que attrita ē in adulterijs. Nunc fornicabitur in fornicacōne sua. etiam hec. Et ingressi sūt ad eam: quasi ad mulierem meretricem. sic ingrediebant̄ ad oollam ⁊ ad oolibam mulieres nepharias. Viri ergo iusti sūt. Hij iudicabūt eas iudiciō adulterarꝫ et iudicio effundentiū sanguinē: q̄a adultere sūt: et sanguis in manibꝫ earꝫ. Hec enim dicit dn̄s deus. Adduc ad eas multitudiēs et trade eas in tumultū ⁊ in rapinā: et lapidētur lapidibꝫ populorꝫ: et confodiant̄ gladijs eorꝫ. Filios ⁊ filias earꝫ interficient: et domos earꝫ igne succendent. Et auferā scelus de terra: et discent omes mulieres ne faciant scd̄m scelus earꝫ. Et dabūt scelus vestrū sup vos: et peccata ydolorꝫ vestrorꝫ portabitis: et scietis q̄a ego dominus deus.

XXIIII

Et factū ē verbū dn̄i ad me in anno nono: in mense decimo decima die mensis dicens. Fili hominis: scribe tibi nomē diei hui⁹ in qua cōfirmatus ē rex babilonis adūsum ihrusalē hodie: et dices p ꝓūbiū ad domū irritatricem parabolam: et loqueris ad eos. Hec dicit dn̄s deus. Pone ollam: pone inq̄: et mitte in eam aquam. Congere frusta eius in eam: omnem partē

bonaȝ· ⁊ femur· ⁊ armū· electa et ossib⁹ plena.
Pinguissimū pec⁹ assume: cōpone q̄ȝ strues
ossiū sub ea. Efferbuit coctio ei⁹: et discocta
sūt ossa illi⁹ in medio eius. Propterea hec
dicit dn̄s deus. Ve ciuitati sanguinū olle
cuius rubigo in ea ē: et rubigo eius nō exi-
uit de ea. Per partes et p partes suas eice
eam. Non cecidit sup eam sors. Sanguis
enim eius in medio eius est: sup limpidissi-
mam petrā effudit illū. Non effudit illū sup
terrā ut possit operiri puluere: vt sup indu-
cerē indignationē meaȝ et vindicta vlciscē-
rer. Dedi sanguinē eius sup petrā limpidissi-
mam: ne operiret᷑. Propterea hec dicit dn̄s
deus. Ve ciuitati sanguinū: cuius ego gran-
dem faciaȝ piram. Congere ossa: que igne
succendam. Consument᷑ carnes: et coquet᷑
vniūsa cōpositō: et ossa tabescent. Pone q̄ȝ
eā sup prunas vacuā ut incalescat ⁊ liquefi-
at es eius: ⁊ conflet᷑ in medio eius inquina-
mentū eius: et consumat᷑ rubigo eius. Mul-
to labore sudatū est: ⁊ nō exiuit de ea nimia
rubigo eius· neq̄ȝ p ignē. Immūdicia tua
execrabilis: q̄a mūdare te volui: et non es
mūdata a sordib⁹ tuis. Sed nec mūdabe-
ris prius: donec quiescere faciā indignacō-
nem meā in te. Ego dn̄s locutus sum. Veni-
et ⁊ faciam: nō trāseā neq̄ȝ parcā: nec placa-
bor. Iuxta vias tuas ⁊ iuxta adinuētiones
tuas iudicabo te dicit dominus. Et factum
est verbū dn̄i ad me dicens. Fili hominis:
ecce ego tollo a te desiderabile oculorū tu-
orū in plaga: ⁊ nō planges neq̄ȝ plorabis
neq̄ȝ fluent lacrime tue. Ingemisce tacens:
mortuoꝝ luctū nō facies. Corona tua circū-
ligata sit tibi: et calciamēta tua erūt in pedi-
bus tuis: nec amictu ora velabis· nec cibos
lugētiū comedes. Locut⁹ sū ergo ad pplm
mane: et mortua ē vxor mea vesperi. Feciq̄ȝ
mane sicut p̄ceperat michi. Et dixit ad me
populus. Quare nō iudicas nobis q̄d ista
significent q̄ tu facis? Et dixi ad eos. Ser-
mo domini factus est ad me dicens. Loq̄re
domui israhel. Hec dicit dn̄s deus. Ecce ego
polluaȝ sanctuariū meū· sup biā imperij vr̄i·
et desiderabile oculoꝝ vr̄oꝝ· et sup quo pa-
uet anima vestra: et filij vestri ⁊ filie vr̄e q̄s
reliquistis gladio cadent: ⁊ facietis sic feci.

Ora amictu nō velabitis: et cibos lugentiū
non comedetis. Coronas habebitis in capi-
tib⁹ vestris: et calciamēta in pedib⁹. Nō plā-
getis neq̄ȝ flebitis: sed tabescetis in iniquita-
tibus vr̄is: et vnusquisq̄ȝ gemet ad fratrem
suū. Eritq̄ȝ ezechiel vobis in portentū. Iuxta
omnia que fecit facietis cū venerit istud: et
scietis q̄a ego dominus deus. Et tu fili homi-
nis ecce in die qua tollaȝ ab eis fortitudinē
eoꝝ· et gaudiū dignitatis· et desideriū ocu-
loꝝ eoꝝ· sup quo requiescūt anime eoꝝ· fi-
lios ⁊ filias eoꝝ: in die illa cū venerit fugiēs
ad te vt annunciet tibi: in die inq̄ illa ape-
rietur os tuū cū eo qui fugit: ⁊ loqueris ⁊ nō
silebis vltra· erisq̄ȝ eis in portentum: et scie-
tis quia ego dominus.

XXV

Et factus est s̄mo domini ad me dicēs.
Fili hominis: pone faciem tuam cōtra filios
āmon ⁊ p̄phetabis de eis: et dices filijs am-
mon. Audite verbū domini dei. Hec dicit do-
minus deus. Pro eo q̄ dixisti euge euge sup
sanctuariū meū q̄ pollutū est· ⁊ sup terram
israhel quoniā desolata est· ⁊ sup domū iuda
quoniā ducti sūt in captiuitatē: idcirco ego
tradam te filijs orientalib⁹ in hereditatē: et
collocabūt caulas suas in te· et ponent in te
tentoria sua. Ipsi comedent fruges tuas: ⁊
ipsi bibent lac tuū. Daboq̄ȝ rabba in habita-
culū cameloꝝ· et filios ammon in cubile pe-
coꝝ: et scietis q̄ ego dominus: q̄ hec dicit
dominus deus. Pro eo q̄ plausisti manu ⁊
p̄cussisti pede ⁊ gauisa es ex toto affectu su-
per terrā israhel: idcirco ecce ego extendam
manū meā sup te· ⁊ tradam te in direptionē
gentiū: et interficiā te de populis· ⁊ perdam
de terris ⁊ conterā: et scietis q̄ ego dominus.
Hec dicit dominus deus. Pro eo q̄ dixerūt
moab ⁊ seyr ecce sicut om̄es gentes dom⁹
iuda: idcirco ecce ego aperiam humeꝝ mo-
ab de ciuitatib⁹: de ciuitatib⁹ inq̄ eius· ⁊ de fi-
nib⁹ eius inclitas terre· bethiesimoth ⁊ beel-
meon ⁊ cariathaim filijs oriētis cū filijs āmō.
Et dabo eam in hereditateȝ: ut non sit vltra
memoria filiorū ammon in gentib⁹. Et ī mo-
ab faciam iudicia: et scient q̄ ego dominus.
Hec dicit dominus de⁹. Pro eo q̄ fecit ydu-
mea vltioneȝ ut se vindicaret de filijs iuda·
peccauitq̄ȝ delinquēs ⁊ vindictam expetiuit

de eis: idcirco hec dicit dominus deus. Extẽdam manũ meã sup ydumeã: et auferã de ea hominẽ et iumentũ: et faciam eam desertam ab austro. Qui sũt in dedan gladio cadẽt: et dabo vltionez meã sup ydumeã p manũ ppli mei isrl'. Et faciẽt in edõ iuxt irã meã et furorẽ meũ: et sciẽt vindictã meã dic dñs deus. Hec dicit dñs de9. Pro eo q fecerũt palestini vindictã. et vlti se sũt toto animo. interficiẽtes et implẽtes inimicicias veteres: propterea hec dicit dominus de9. Ecce ego extendam manũ meã sup palestinos: et interficiã interfectores. Et perdã reliquias maritine regionis: faciamqz in eis vltiones magnas arguẽs i furoẽ: et sciẽt q ego dñs cũ dedero vindictã meã sup eos. XXVI

Et factuz est in vndecimo ãno prima mensis: factus est smo domini ad me dicens. Fili hominis: p eo q dixit tyrus de iherusalem euge ofracte sunt porte pplo: ouersa est ad me. implebor. deserta est: ppterea hec dicit dominus de9. Ecce ego super te tyre: et ascendere faciam ad te gẽtes multas: sicut ascendit mare fluctuãs. Et dissipabũt muros tyri: et destruent turres eius. Et radam puluerẽ eius de ea: et dabo eã in limpidissimã petrã. Siccatio sagena erit in medio maris: q ego locutus sũ ait dominus deus: et erit in direpcõez gentib9. Filie qz eius que sũt in agro gladio interficiẽt: et scient q ego dominus: quoniã hec dicit dominus deus. Ecce ego adducã ad tyruz nabuchodonosor regem babilonis ab aqlone: regem regũ. cũ equis et curribus et equitibus et cetu populoqz magno. Filias tuas que sũt in agro gladio interficiet: et circundabit te municõib9 et oportabit aggerem in gyro. Et eleuabit contra te clipeũ: et vineas et arietes tẽperabit in muros tuos: et turres tuas destruet in armatura sua. Inũdatione equo eius operiet te puluis eo: a sonitu equitũ et rota et curruũ mouebũtur muri tui. Cũ ingressus fuerit portas tuas qsi p introitũ vrbis dissipate. vngulis equo suo oculcabit omes plateas tuas: populũ tuũ gladio cedet: et statue tue nobiles i terrã corruent. Vastabũt opes tuas. diripiẽt negotiacões tuas: et destruẽt muros tuos. et domos tuas pclaras subuertẽt: et lapides tuos et ligna tua et puluerẽ tuũ in medio ponent. Et quiescere faciaz multitudinẽ canticorũ tuo: et sonitus cytharã tuarũ nõ audiet amplius. Et dabo te in limpidissimam petram: siccatio sagena eris nec edificaberis vltra: q ego dominus locutus sum dicit dominus deus. Hec dicit dñs deus de tyro. Nunquid non a sonitu ruine tue. et gemitu interfecto tuo cũ occisi fuerint in medio tui. omouebũt insule: et descendẽt de sedib9 suis omes principes maris. et auferẽt exuuias suas: et vestimẽta sua varia abiciẽt et induent stupore. In terra sedebũt: et attoniti super repentino casu tuo ammirabunt: et assumentes super te lamentũ dicent tibi. Quo pisti que habitas in mari vrbs inclita: que fuisti fortis in mari cũ habitatorib9 tuis qs formidabãt vniuersi. Nũc stupebũt naues in die pauoris tui: et turbabunt insule in mari eo q nullus egrediat ex te: q hec dicit dominus deus. Cũ dedero te vrbez desolatã sicut ciuitates que non habitant: et adduxero super te abissũ. et operuerint te aque multe et detraxero te cũ hijs qui descendũt in lacũ ad populũ sempiternũ: et collocauero in terra nouissima sic solitudines veteres cũ hijs qui deducũtur in lacũ ut non habiteris: porro cũ dedero gloriã in terra viuentiũ. in nichilũ redigam te. et non eris: et requisita non inuenieris vltra in sempiternũ dicit dñs de9. XXVII

Et factũ est verbũ domini ad me dicẽs. Tu ergo fili homis assume sup tyrũ lamentũ: et dices tyro. que habitat in introitu maris: negociacõni populo ad insulas multas. Hec dic dominus deus. O tyre tu dixisti. Perfecti decoris ego sũ: et in corde maris sita. Finitimi tui qui te edificauerũt impleuert decorẽ tuũ: abietib9 de sanir extruxerũt te cũ omib9 tabulatis maris. Cedrũ de libano tulerũt ut facerent tibi malũ: quercus de basan dolauerũt in remos tuos: trãstra tua fecerũt tibi ex ebore indico: et ptoriola de insulis ytalie. Bissus varia de egipto texta est tibi in velũ vt poneret in malo: iacinctus et purpura de insulis elisa facta sũt opimentũ tuũ. Habitatores sydonis et aradij fuerũt remiges tui:

ſapientes tui tyre facti ſunt gubernatores
tui: ſenes biblij ⁊ prudētes eius ꝑbuerunt
nautas. ad miniſteriū varie ſuppellectilis
tue. Omnes naues maris ⁊ naute eaꝝ fue-
rūt in populo negociacōis tue: perſe ⁊ lidij
et libies erant in exercitu tuo viri bellatoꝛēs
tui: clipeū ⁊ galeā ſuſpenderūt in te ꝓ oꝛna-
tu tuo. Filij aradij cū exercitu ſuo ſup muros
tuos in circuitu: ſed ⁊ pigmei qui erant ī tur-
ribus tuis pharetras ſuas ſuſpenderūt in
muris tuis ꝑ gyrū. Ipi ꝯpleuerūt pulcritu-
dinē tuā. Carthaginenſes negociatoꝛes
tui. A multitudine cunctaꝝ diuitiaꝝ argē-
to ferro ſtanno plūboq̨ repleuerūt nūdinas
tuas. Grecia thubal ⁊ moſoch inſtitoꝛes tui.
Mancipia et vaſa erea adduxerūt populo
tuo de domo thogoꝛma: equos ⁊ equites ⁊
mulos adduxerūt ad foꝛū tuū. Filij dedan
negociatoꝛes tui. Inſule multe negociatio
manus tue. Dentes eburneos ⁊ hebeninos
ꝯmutauerūt in ꝑcio tuo. Syrus negociatoꝛ
tuus. Propter multitudinē operū tuoꝝ gē-
mam ⁊ purpurā ⁊ ſcutulata ⁊ biſſuꝫ et ſericū
et chodchod ꝓpoſuerūt in mercatu tuo. Iuda
et terra iſrahel ipſi inſtitoꝛēs tui in frumento
primo: balſamū ⁊ mel ⁊ oleū et reſinā ꝓpoſu-
erūt in nundinis tuis. Damaſcenus negoti-
atoꝛ tuus in multitudine opm tuoꝝ: in mul-
titudine diūſaꝝ opū in vino pingui: in lanis
coloꝛis optimi. Dan ⁊ grecia ⁊ mozel in nū-
dinis tuis ꝓpoſuerūt ferrū fabrefactū: ſta-
cte ⁊ calamus in negociacōne tua. Dedan
inſtitoꝛes tui in tapetibꝫ ad ſedenduꝫ. Ara-
bia et vniuerſi principes cedar ipſi negoci-
atoꝛes manus tue: cū agnis ⁊ arietibꝫ et he-
dis venerūt ad te negociatoꝛes tui. Vendito-
res ſaba ⁊ rema ipi negotiatoꝛēs tui: cū vniū-
ſis primis aromatibꝫ ⁊ lapide ꝑcioſo ⁊ auro
quod ꝓpoſuerūt in mercatu tuo. Araꝫ ⁊ chen-
ne ⁊ eden negotiatoꝛes tui. Saba aſſur et
chelmach venditoꝛes tui: ipſi negotiatoꝛes
tui multiphariam inuolucris iacincti ⁊ poli-
mitoꝝ gazaꝝq̨ ꝑcioſaꝝ que obuolute et
aſtricte erāt funibꝫ: cedros q̨ habebant in
negotiacōnibꝫ tuis. Naues maris pn̄cipes
tui in negotiacōne tua: et repleta es: ⁊ gloꝛi-
ficata nimis in coꝛde maris. In aquis maris
adduxerūt te remiges tui. Ventus auſter
contriuit te. In coꝛde maris diuitie tue: et
theſauri tui ⁊ multiplex inſtrumētū tuū. Nau-
te tui ⁊ gubernatoꝛes tui qui tenebāt ſuppel-
lectilem tuā ⁊ populo tuo ꝑerant: viri q̨ bel-
latoꝛes tui qui erant in te cū vniuerſa multi-
tudine tua q̄ eſt in medio tui: cadent in coꝛ-
de maris in die ruine tue. A ſonitu clamoꝛis
gubernatoꝝ tuoꝝ ꝯturbabunt̄ claſſes: ⁊ de-
ſcendent de nauibꝫ ſuis om̄es qui tenebant
remū. Naute et vniuerſi gubernatoꝛes ma-
ris in terra ſtabūt: et eiulabūt ſuper te voce
magna: et clamabūt amare. Et ſupiacient
puluerem capitibꝫ ſuis. et cinere conſpgēt̄:
et radent ſup te caluiciū: et accingēt̄ cilicijs.
Et ploꝛabūt te in amaritudine anime ploꝛa-
tu amariſſimo: et aſſument ſup te carmen lu-
gubre: et plangēt te. Que eſt ut tyrus que
obmutuit in medio maris? Que in exitu ne-
gotiacōnū tuaꝝ de mari impleſti populos
multos: in multitudine diuitiaꝝ tuaꝝ et po-
puloꝝ tuoꝝ ditaſti reges terre. Nūc cōtri-
ta es a mari: in ꝓfundis aquaꝝ opes tue: et
omnis multitudo tua q̄ erat in medio tui ce-
ciderūt. Vniuerſi habitatoꝛes inſulaꝝ ob-
ſtupuerūt ſup te: et reges eaꝝ oēs tēpeſta-
te ꝑculſi mutauerūt vultus. Negociatoꝛes
ꝑploꝝ ſibilauerūt ſup te. Ad nichilū deducta
es: et nō eris uſq̨ in ꝑpetuū. XXVIII

ET factus eſt ſermo domini ad me di-
cens. Fili hoīs: dic principi tyri. Hec
dicit dominus deꝰ. Eo qꝫ eleuatū eſt coꝛ tuū
et dixiſti. deus ego ſū ⁊ in kathedra dei ſedi ī
coꝛde maris: cū ſis homo ⁊ non deus: ⁊ dedi-
ſti coꝛ tuū quaſi coꝛ dei. Ecce ſapientioꝛ es
tu daniele: oīne ſecretū non eſt abſconditū
a te. In ſapientia ⁊ prudentia tua feciſti tibi
foꝛtitudinē: et acquiſiſti aurū et argentū in
theſauris tuis in multitudine ſapientie tue:
et in negotiacōne tua multiplicaſti tibi foꝛti-
tudinē. et eleuatum eſt coꝛ tuū in roboꝛe tuo.
Propterea hec dicit dominus deus. Eo qꝫ e-
leuatū eſt coꝛ tuū quaſi coꝛ dei: idcirco ecce
ego adducam ſup te alienos robuſtiſſimos
gentiū. Et nudabūt gladios ſuos ſup pul-
critudinē ſapientie tue: ⁊ pollueēt decoꝛē tuū.
Interficient ⁊ detrahent te: et morieris in in-
teritu occiſoꝛū in coꝛde maris. Nūq̄d dicēs
loqueris deus ego ſū coꝛam interficientibꝫ

te cū sis homo ⁊ nō deus? In manu occidētiū te morte īcircūcisoꝝ morieris: in manu alienoꝝ: q̄ ego locutus sū ait dominus deus. Et factus est sermo domini ad me dicēs. Fili hoīs: leua planctū sup regē tyri ⁊ dices ei. Hec dicit dn̄s deꝰ. Tu signaculū similitudinis plenus sapientia pfectus decore: ī delicijs paradisi dei fuisti. Oīs lapis p̄ciosus opimentū tuū: sardius thopazius et iaspis. crisolitus ⁊ onix et berillus. saphirus. et carbunculus ⁊ smaragdus. Aurum op᷑ decoris tui ⁊ foramina tua in die qua cōditus es p̄parata sunt. Tu cherub extētus ⁊ ptegens: et posui te in monte sancto dei. In medio lapidū ignitoꝝ ambulasti: pfectus in vijs tuis a die cōdicōis tue: donec inuenta est iniquitas in te. In multitudine negociacōnis tue repleta sūt interiora tua iniquitate. et peccasti: et eieci te de monte dei: ⁊ pdidi te o cherub ptegens de medio lapidū ignitoꝝ. Et eleuatū est cor tuū in decore tuo. Perdidi sapientiā tuā in decore tuo: in terrā pieci te: ante faciem regū dedi te ut cernerēt te. In multitudine iniquitatū tuaꝝ ⁊ iniquitate negociacōnis tue polluisti sanctificacōem tuā. Producam ergo ignē de medio tui qui cōedat te: et dabo te in cinerē sup terrā in cōspectu omniū videntiū te. Omnes qui viderint te in gentibꝫ obstupescēt sup te. Nichili factus es: et non eris in ppetuū. Et factus est sermo domini ad me dicēs. Fili hominis: pone faciem tuam contra sydonem ⁊ pphabis de ea: et dices. Hec dicit dominus deus. Ecce ego ad te sydon: et glorificabor ī medio tui. Et sciēt q̄ ego dn̄s cū fecero in ea iudicia: et sanctificatus fuero in ea. Et immittam ei pestilentiā ⁊ sanguinē in plateis eius: ⁊ corruent interfecti in medio eius gladio p circuitū: et sciēt quia ego dominus. Et non erit vltra domui israhel. offendiculū amaritudinis ⁊ spina dolorē inferēs vndiq̄ p circuitū eoꝝ qui aduersant᷑ eis: ⁊ scient q̄ ego dominus deus. Hec dicit dn̄s deus. Quando cōgregauero domū israhel de pplis in quibꝫ dispsi sūt. sanctificabor in eis coram gentibꝫ: ⁊ habitabūt in t̄ra sua quā dedi suo meo iacob: ⁊ habitabūt in ea securi. Et edificabūt domos et plantabūt vineas: et habitabūt confidēter cū fecero iudicia ī omnibꝫ q̄ aduersantur eis p circuitū: ⁊ sciēt q̄ ego dn̄s deꝰ eoꝝ.

XXIX

In anno decimo et duodecimo mense vna die mensis factum est verbum domini ad me dicēs. Fili hominis pone faciē tuam cōtra pharaonē regem egipti: et pphabis de eo: et de egipto vniūsa loquēs ⁊ dices. Hec dicit dn̄s deꝰ. Ecce ego ad te pharao rex egipti draco magne qui cubas ī medio fluminū tuoꝝ ⁊ dicis. meus ē fluuius: ⁊ ego feci memetipm. Et ponam frenū in maxillis tuis: et cōglutinabo pisces fluminū tuoꝝ squamis tuis. Et extraham te de medio fluminū tuoꝝ: ⁊ vniuersi pisces tui squamis tuis adherebūt. Et piciam te in desertum: ⁊ oēs pisces fluminis tui. Sup faciem terre cades. Non colligeris neq̄ cōgregaberis. Bestijs terre ⁊ volatilibꝫ celi dedi te ad deuorandū: et scient oēs habitatoēs egipti quia ego dominus. Pro eo q̄ fuisti baculus arūdineꝰ domui israhel quando apprehenderūt te manu. et cōfractus es ⁊ lacerasti oēm humerū eoꝝ et innitētibꝫ eis sup te cōminutus es et dissoluisti omnes renes eoꝝ: ppterea hec dicit dominus deꝰ. Ecce ego adducā sup te gladiū: et interficiam de te hominē ⁊ iumentū. Et erit terra egipti in desertū ⁊ in solitudinē: et sciēt quia ego dn̄s. Pro eo q̄ dixeris fluuius meus est ⁊ ego feci euz: idcirco ecce ego ad te ⁊ ad flumina tua. Daboq̄ terram egipti in solitudinē gladio dissipatā: a turre syenes usq̄ ad terminos ethiopie. Nō pertrāsibit eam pes hominis: neq̄ pes iumenti gradietur in ea: et nō habitabit᷑ quadraginta annis. Daboq̄ terrā egipti desertā in medio terraꝝ desertaꝝ: et ciuitates eius in medio vrbiū subuersaꝝ: et erūt desolate q̄draginta ānis. Et dispgā egiptios in nacōes: et ventilabo eos in terras: quia hec dicit dn̄s deus. Post finem quadraginta ānoꝝ congregabo egiptū de populis in quibꝫ dispsi fuerāt: et reducā captiuitatē egipti ⁊ collocabo eos in terra phatures in terrā natiuitatis sue: in terra de qua sumpti sunt. Et erūt ibi in regnū humile: et inter cetera regna erit humilima. Et nō eleuabitur vltra sup nationes: et imminuā eos ne imperēt gētibꝫ: neq̄ erūt vltra domui israhel in confidentia docentes

iniquitatē ut fugiant et sequāt᷑ eos: ⁊ sciēt
quia ego sum dominus de⁹. Et factum ē in
vigesimo ⁊ septīo āno in primo in vna mē-
sis: factuȝ est verbum dn̄i ad me dicēs. Fili
hominis: nabuchodonosor rex babilonis
seruire fecit exercitū suū ſuitute magna ad-
uersus tyrum. Omē caput decaluatū: ⁊ omis
humerus depilatus est. Et merces non est
reddita ei neqȝ exercitui ei⁹ de tyro: ꝓ fui-
tute qua seruiuit michi aduersus eaȝ. Pro-
pterea hec dicit dominus de⁹. Ecce ego da-
bo nabuchodonosor regē babilonis in ter-
ra egipti: ⁊ accipiet multitudinē eius ⁊ dep-
dabit᷑ manubias ei⁹ ⁊ diripiet spolia eius:
et erit merces exercitui illi⁹ et operi ꝓ quo
fuiuit aduersus eā. Dedi ei terrā egipti: ꝓ
eo ꝙ laborauerit michi ait dn̄s de⁹. In die
illa pullulabit cornu domui isrl̄: et tibi dabo
apertū os ī medio eoꝝ: et sciēt ꝙ ego dn̄s.

ET factum est verbum XXX
domini ad me dicens. Fili hominis
ꝓphetā ⁊ dic. Hec dicit dominus de⁹. Vlu-
late ve ve diei: ꝗ iuxta est dies. et appropin-
quabit dies domini: dies nubis. tēpus gē-
tiū erit. Et veniet gladius in egiptuȝ: et erit
pauor in ethiopia cū ceciderint vulnerati ī
egipto: et ablata fuerit multitudo illi⁹ ⁊ de-
structa fundamenta ei⁹. Ethiopia ⁊ libia ⁊
lidij ⁊ omne reliquū vulgus ⁊ chub et filij
terre federis cū eis gladio cadent. Hec di-
cit dn̄s de⁹. Et corruēt fulciētes egiptū: ⁊ de-
struet᷑ superbia imperij ei⁹. A turre syenes
gladio cadent in ea ait dominus exercituū.
Et dissipabūt᷑ in medio terraꝝ desolataꝝ:
et vrbes ei⁹ in medio ciuitatū desertaꝝ erūt:
et scient quia ego dominus de⁹. cū dedero
ignem in egipto. et attriti fuerint omes au-
xiliatores ei⁹. In die illa egredient᷑ nuncij
a facie mea in trieribꝫ ad cōterendā ethio-
pie ꝯfidentiā: et erit pauor in eis in die egi-
pti: quia absqȝ dubio veniet. Hec dicit dn̄s
de⁹. Et cessare faciaȝ multitudinē egipti in
manū nabuchodonosor regis babilōis. Ipe
et populus eius cū eo: fortissimi gentiū ad-
ducent᷑ ad dispgendaȝ terrā. Et euagina-
būt gladios suos sup egiptuȝ: et implebūt
terram interfectis: et faciā alueos fluminū
aridos ⁊ tradaȝ terrā in manus pessimoꝝ:
et dissipabo terrā ⁊ plenitudinē ei⁹ in man⁹
alienoꝝ. Ego dominus locutus sū. Hec di-
cit dominus de⁹. Et dispdam simulacra: et
cessare faciam ydola de memphis: ⁊ dux de
terra egipti nō erit ampli⁹. Et dabo terrorē
in terram egipti: ⁊ dispdam terram phatu-
res ⁊ dabo ignē in taphnis: et faciā iudicia
mea in alexandria. Et effundā indignationeȝ
meam sup pelusiū robur egipti: ⁊ interficiaȝ
multitudinē alexādrie: et dabo ignē in egi-
pto. Quasi parturiēs dolebit pelusiū: ⁊ ale-
xandria erit dissipata: ⁊ in mēphis āgustie
quotidiane. Iuuenes eliopoleos ⁊ bubasti
gladio cadent: et ipe captiue ducent᷑. Et in
taphnis ingrescet dies: cū cōtriuero ibi sce-
ptra egipti: et defecerit in ea supbia potētie
ei⁹. Ipsam nubes operiet: filie aūt eius in ca-
ptiuitatē ducēt᷑. Et iudicia faciā in egipto:
et sciēt ꝙ ego domin⁹. Et factū est in vnde-
cimo anno in primo mēse in septima mens᷑:
factū est verbū domini ad me dicēs. Fili ho-
minis. brachiū pharaonis regis egipti con-
fregi: et ecce non est obuolutū ut restitueret᷑
ei sanitas ut ligaretur pannis ⁊ fasciret᷑ lin-
theolis: et recepto robore possit tenē gladiū.
Propterea hec dicit domin⁹ de⁹. Ecce ego
ad pharaonē regem egipti: et ꝯminuā eius
brachiū forte sed ꝯfractū: et deiciam gladiū
de manū ei⁹. Et dispgam egiptū in gentibꝫ:
et ventilabo eos in terris. Et confortabo bra-
chia regi babilonis: daboqȝ gladium meū
in manū ei⁹. Et confringam brachiū phara-
onis: et gement gemitibꝫ interfecti coram
facie ei⁹. Et ꝯfortabo brachia regis babilo-
nis: et brachia pharaōis concidēt. Et sciēt
quia ego dominus cū dedero gladiuȝ meū
in manū regis babilonis: et extenderit eum
sup t̄raȝ egipti. Et dispgā egiptū in nacōes:
et vētilabo eos in terras: ⁊ sciēt ꝙ ego dn̄s.

ET factum est in anno XXXI
vndecimo tercio mense vna mensis:
factum est verbū domini ad me dicens. Fili
hominis: dic pharaoni regi egipti ⁊ poplo
eius. Cui similis factus es in magnitudine
tua? Ecce assur quasi cedrus in libano pul-
cer ramis. ⁊ frondibꝫ nemorosus. excelsusqȝ
altitudine: et inter ꝯdensas frondes eleuatū
est cacumē ei⁹. Aque nutrierūt illū: abissus

exaltauit illū. Flumina eius manabāt in circuitu radicū ei⁹: et riuos suos emisit ad vniuersa ligna regionis. Propterea eleuata ē altitudo eius super oīa ligna regionis: et multiplicata sūt arbusta eius: ⁊ eleuati sunt rami eius pre aquis multis. Cūq; extēdisset vmbrā suā in ramis eius fecerūt nidos oīa volatilia celi: et sub frondib⁹ eius genuerūt oēs bestie saltuū: et sub vmbraculo illius habitabat cetus gētiū plurimaꝝ. Eratq; pulcerrimus in magnitudine sua: ⁊ in dilatōne arbustoꝝ suoꝝ. Erat enim radix illi⁹ iuxta aquas multas. Cedri non fuerūt altiores illo in paradiso dei. Abietes non adequauerūt sūmitatē eius: ⁊ platani nō fuerūt eque frondib⁹ illius. Oē lignū paradisi dei nō est assimilatū illi ⁊ pulcritudinē eius: quoniā speciosū feci eū: et multis ɔdensisq; frondib⁹. Et emulata sūt eum oīa ligna voluptatis: q̄ erāt in paradiso dei. Propterea hec dicit dominus deus. Pro eo q̄ sublimatus est in altitudine ⁊ dedit sūmitatē suā virentē atq; condensam ⁊ eleuatū est cor eius in altitudine sua: tradidi eū in manus fortissimi gentiū. Faciens faciet ei: iuxta impietatē eius. Et eieci eū: et succident eū alieni ⁊ crudelissimi nacōnū. Et piciēt eū sup mōtes: et in cūctis conuallib⁹ corruēt rami eius. Et ɔfringētur arbusta eius in vniūsis rupib⁹ terre: et recedent de vmbraculo eius oēs populi terre: ⁊ relinquēt eū. In ruina eius habitauerunt omnia volatilia celi: et in ramis eius fuerūt vniūse bestie regionis. Quamobrem nō eleuabūt in altitudine sua oīa ligna aquaꝝ: nec ponēt sublimitatē suā inter nemorosa atq; frondosa. nec stabūt in sblimitate sua oīa q̄ irrigāt aquis: q̄r oēs traditi sūt in mortē ad terrā vltīaꝫ in medio filioꝝ hominū ad eos qui descendūt in lacū. Hec dicit dominus de⁹. In die quādo descendit ad inferos indixi luctum. operui eū abisso: et phibui flumina eius: et coercui aquas multas. Cōtristatus est sup eū libanus: et oīa ligna agri concussa sūt. A sonitu ruine eius ɔmouit gētes: cū deducerem eū ad infernū cū hiis qui descēdebāt in lacū. Et ɔsolata sūt in terra infima omnia ligna voluptatis egregia atq; preclara in libano: vniuersa q̄ irrigabāt aquis. Nam et ipsi cū eo descendēt ad infernū ad interfectos gladio: et brachiū vniuscuiusq; sedebit sub vmbraculo eius in medio nacōnū eius. Cui assimilatus es o inclite atq; sublimis inter ligna voluptatis? Ecce deductus es cū lignis voluptatis ad terrā vltīaꝫ. In medio incircūcisoꝝ dormies: cū eis qui interfecti sūt gladio. Hic est pharao ⁊ oīs multitudo eius: dicit dominus deus. XXXII

Et factū est duodecimo āno in mēse duodecimo in vna mensis: factū est verbū domini ad me dicēs. Fili hominis. assume lamentū sup pharaonē regem egipti: ⁊ dices ad eū. Leoni gentiū assimilatus es: et draconi qui est in mari. Et vētilabas cornu in fluminib⁹ tuis: et ɔturbabas aquas pedibus tuis: et ɔculcabas flumina eaꝝ. Propterea hec dicit dominus deus. Expandā sup te rete meū in multitudine pploꝝ multoꝝ: ⁊ extraham te in sagena mea ⁊ piciā te in terrā. Sup faciem agri abiciā te: et habitare faciam sup te omnia volatilia celi: et saturabo de te bestias vniuerse terre. Et dabo carnes tuas sup mōtes: et implebo colles tuos sanie tua. Et irrigabo terrā fetore sanguinis tui super mōtes: et valles implebūtur ex te. Et operiam cū extinctus fueris celos: ⁊ nigrescere faciam stellas ei⁹. Solem nube tegā: ⁊ luna nō dabit lumē suū. Omnia luminaria celi merere faciā sup te: et dabo tenebras super terram tuā dicit dominus deus. Et irrigabo cor populoꝝ multoꝝ cū induxero ɔtricōēꝫ tuā in gentib⁹ sup terras quas nescis: ⁊ stupescere faciā sup te populos multos. Et reges eoꝝ horrore nimio formidabūt sup te cū volare ceperit gladius meus sup facies eoꝝ: et obstupescent repente singuli p aīa sua in die ruine sue: q̄r hec dicit dominus deus. Gladius regis babilonis veniet tibi: in gladiis fortiū deiciaꝫ multitudinē tuā. Inexpugnabiles oēs gentes hee. Et vastabūt superbiam egipti: et dissipabitur multitudo eius. Et perdam omnia iumēta eius q̄ erant sup aquas plurimas: et non ɔturbabit eas pes hominis vltra: neq; vngula iumentoꝝ turbabit eas. Tunc purissimas reddā aq̄s eoꝝ ⁊ flumina eaꝝ quasi oleū adducā ait

dominus deus: cũ dedero terrã egipti desola-
tam. Deseretur aũt terra a plenitudine sua
qñ ꝑcussero oẽs habitatores eius: ⁊ scient
qꝛ ego dñs. Planctus est: et plangent eũ
filie gentiũ: sup egiptum ⁊ sup multitudinẽ
eius plangent eũ: ait dominus deus. Et fa-
ctũ est in duodecimo ãno. in quĩtadecima
mensis: factũ est verbũ domini ad me dicens.
Fili hominis. cane carmẽ lugubre sup multi-
tudinẽ egipti. Et detrahe eam: ipam ⁊ filias
gentiũ robustaꝝ ad terrã vltimã: cũ hys q
descendũt in lacũ. Quo pulcrior es descẽde:
⁊ dormi cũ incircũcisis. In medio interfecto-
rũ gladio cadẽt. Gladius datus est. Et at-
traxerũt eam: et oĩes ꝓplos ei⁹. Loquentur
ei potentissimi robustoꝝ de medio inferni:
qui cũ auxiliatoribus eius descenderũt ⁊ dor-
mierunt incircũcisi interfectiq; gladio. Ibi
assur ⁊ oĩs multitudo ei⁹: in circuitu illius
sepulcra eoꝝ oĩes interfecti ⁊ qui cecide-
rũt gladio: quoꝝ data sũt sepulcra ĩ nouis-
simis laci. Et facta est multitudo eius per
gyrũ sepulcri eius: vniuersi interfecti cadẽ-
tesq; gladio: qui dederãt quondã formidi-
nem suam in terra viuentiũ. Ibi elam: ⁊ oĩs
multitudo eius ꝑ gyrũ sepulcri sui. Omnes
hy interfecti ruentesq; gladio: qui descẽde-
rũt incircũcisi ad terrã vltimã. Qui posuerũt
terrorẽ suũ in terra viuentiũ: et portauerunt
ignominiã suã cũ hys qui descenderunt in
lacũ. In medio interfectoꝝ posuerũt cubile
eius in vniuersis populis ei⁹: in circuitu ei⁹
sepulcrũ illius. Omnes hy incircũcisi inter-
fectiq; gladio. Dederũt enim terrorẽ suũ
in terra viuentiũ: et portauerũt ignominiã
suã cum hys qui descendunt in lacũ. In me-
dio interfectoꝝ positi sũt. Ibi mosoch et tu-
bal ⁊ omnis multitudo ei⁹: in circuitu eius se-
pulcra illius. Omnes hij incircũcisi interfe-
ctiq; ⁊ cadentes gladio: qꝛ dederũt formi-
dinẽ suam in terra viuentiũ: et nõ dormient
cũ fortibus cadentibusq; ⁊ incircũcisis qui de-
scenderunt ad infernũ cũ armis suis. Et po-
suerũt gladios suos sub capitibus suis: et fue-
rũt iniquitates eoꝝ ĩ ossibus eoꝝ: qꝛ terror
fortiũ facti sũt in terra viuentiũ. Et tu ergo
in medio incircũcisoꝝ contereris: et dormies
cũ interfectis gladio. Ibi ydumea ⁊ reges
eius ⁊ omnes duces eius: qui dati sũt cũ exẽ-
citu suo cũ interfectis gladio: et qui cũ incir-
cumcisis dormierunt. et cũ hys qui descende-
rũt in lacũ. Ibi principes aquilonis omnes
et vniuersi venatores q deducti sũt cũ inter-
fectis: pauentes ⁊ in sua fortitudine confusi.
qꝛ dormierũt incircũcisi cum interfectis gla-
dio: et portauerunt ꝯfusionem suã cum hijs
qui descendũt in lacum. Vidit eos pharao
et ꝯsolatus est sup vniuersa multitudine sua
q interfecta ẽ gladio: pharao ⁊ oĩs exẽcit⁹
eius ait dñs deus: qꝛ dedit terrorẽ suũ in ter-
ra viuentiũ: ⁊ dormiuit in medio incircũciso-
rũ cũ interfectis gladio: pharao et omnis
multitudo eius ait dñs de⁹. XXXIII

Et factum est verbũ dñi ad me dicens.
Fili hominis. loquere ad filios populi
tui: ⁊ dices ad eos. Terra cum induxero sup
eã gladiũ ⁊ tulerit ꝓplus terre virũ vnũ de
nouissimis suis ⁊ ꝯstituerit eũ sup se specula-
torẽ ⁊ ille viderit gladium venientẽ sup ter-
ram et cecinerit bucina ⁊ annũciauerit ꝓplo:
audiẽs aũt quisquis ille est sonitũ bucine
et non obseruauerit veneritq; gladius ⁊ tu-
lerit eum: sanguis ipius sup caput eius erit.
Sonum bucine audiuit et non se obserua-
uit: sanguis eius in ipso erit. Si autem se
custodierit: animam suam saluauit. Quod
si speculator viderit gladium venientem
et non insonuerit bucina ⁊ ꝓplus se nõ custo-
dierit. veneritq; gladius ⁊ tulerit de eis ani-
mã: ille quidẽ in iniquitate sua captus ẽ: san-
guinẽ aũt eius de manu speculatoris requirã.
Et tu fili hominis: speculatorẽ dedi te domui
israhel. Audiẽs ergo ex ore meo sermonẽ:
annũciabis eis ex me. Si me dicẽte ad im-
piũ. impie morte morieris. non fueris locu-
tus ut se custodiat impius a via sua: ipe im-
pius in iniquitate sua morietur: sanguinẽ
aũt eius de manu tua requirã. Si aũt annũ-
ciante te ad impiũ ut a vijs suis ꝯuertatur. nõ
fuerit ꝯuersus a via sua: ipe in iniquitate sua
morietur: porro tu animã tuã liberasti. Tu ve-
ro fili hominis: dic ad domũ israhel. Sic lo-
cuti estis dicẽtes. Iniquitates nostre ⁊ pec-
cata nostra sup nos sũt: et in ipis nos tabesci-
mus. Quomodo ergo viuere poterimus?
Dic ad eos. Viuo ego dicit dominus deus:

nolo mortem impij: sed ut convertatur impius
a via sua et vivat. Convertimini a vijs vestris
pessimis. Et quare moriemini domus israel?
VII
Tu itaque fili hominis: dic ad filios populi tui.
Iusticia iusti nō liberabit eū in quacūq; die
peccaverit: et impietas impij nō nocebit ei
in quacūq; die conversus fuerit ab impietate
sua. Et iustus non poterit vivere in iusticia
sua: in quacūq; die peccaverit. Etiā si dixero
iusto quod vita vivat. et cōfisus in iusticia sua
fecerit iniquitatē: omes iusticie eius oblivi-
oni tradentur: et in iniquitate sua quā opa-
tus est in ipa morietur. Si aūt dixero impio.
morte morieris. et egerit penitentiā a pecca-
to suo. feceritq; iudiciū et iusticiā. et pignus resti-
tuerit ille impius. rapināq; reddiderit: in mā-
datis vite ambulaverit nec fecerit quicquam
iniustū: vita vivet et nō morietur. Omia pecca
eius que peccavit nō imputabūtur ei. Iudiciū
et iusticiam fecit: vita vivet. Et dixerūt filij
populi tui. Nō est equi ponderis via dñi. Et
ipsorum via iniusta ē. Cū enim recesserit iustus
a iusticia sua feceritq; iniquitates: morietur
in eis. Et cū recesserit impius ab impietate
sua feceritq; iudiciū et iusticiā: vivet in eis.
Et dicitis. Non est recta via domini. Unū-
quenq; iuxta vias suas iudicabo de vobis
VIII
domus israhel. Et factū est in duodecimo ā-
no in decimo mense. in quinta mensis trans-
migracōis nostre: venit ad me qui fugerat
de iherusalem dicens. Vastata est civitas.
Manus autē domini facta fuerat ad me
vespe antequam veniret qui fugerat: aperuitq;
os meū donec veniret ad me mane: et aperto
ore meo non silui amplius. Et factū est ver-
bū domini ad me dicens. Fili hominis: qui
habitant in ruinosis hijs sup humū israhel
loquentes aiūt. Unus erat abraham: et he-
reditate possedit terrā. Nos autē multi su-
mus: nobis data est terra in possessionem.
Idcirco dices ad eos. Hec dicit dñs deus.
Qui in sanguine comeditis et oculos vestros
levatis ad immūdicias vestras et sanguinē
funditis: nunquid terrā hereditate posside-
bitis? Stetistis in gladijs vestris. fecistis
abominacōnes. et unusquisq; uxorē proximi
sui polluit: et terram hereditate possidebitis?
P
Hec dices ad eos. Sic dicit dominus deus.

Vivo ego: quia qui in ruinosis habitant gla-
dio cadent: et qui in agro est. bestijs trade-
tur ad devorandū: qui aūt in presidijs et in spe-
lūcis sūt peste morientur. Et dabo terrā in so-
litudinē et in desertum: et deficiet supba fortitu-
do eius: et desolabūtur mōtes israhel. eo quod nul-
lus sit qui per eos transeat. Et sciēt quia ego
dominus cū dedero terrā eorum desolatā et de-
sertam: propter universas abominacōes suas
quas operati sūt. Et tu fili hominis filij popli
tui qui loquuntur de te iuxta muros et in ostijs
domorum et dicūt unus ad alterū vir ad pxi-
mū suū loquētes venite et audiamus qui sit
II
sermo egrediens a domino. Et veniūt ad te
quasi si ingrediatur populus. Et sedent corā
te populus meus: et audiūt sermones tuos et
non faciūt eos: quia in canticū oris sui vertunt
illos. Et avariciā suā sequitur cor eorum: et es
eis quasi carmē musicū quod suavi dulciq;
sono canitur. Et audiūt verba tua et nō faciūt
ea: et cū venerit quod predictū est ecce enī venit:
tunc scient quia prophetes fuerit inter eos.

XXXIIII

Et factū est verbū dñi
ad me dicēs. Fili homīs propheta de pa-
storibus israhel: propheta et dices pastoribus. Hec
dicit dominus deus. Ve pastoribus israhel: qui
pascebant semetipsos. Nōne greges a pa-
storibus pascuntur? Lac comedebatis et lanis
operiebamini: et quod crassum erat occide-
batis: gregē autē meū non pascebatis. Quod
infirmū fuit nō consolidastis: et quod egrotū
non sanastis. Quod fractū est nō alligastis.
et quod abiectū est nō reduxistis: et quod
perierat nō quesistis: sed cū austeritate impe-
III
rabatis eis et cū potentia. Et dispse sūt oves
mee eo quod nō esset pastor: et facte sūt in devo-
rationē oīm bestiarum agri: et disperse sūt. Er-
raverūt greges mei in cunctis montibus et
in universo colle excelso: et sup omēz faciē
terre dispsi sūt greges mei: et nō erat qui re-
S
quireret. Nō erat inquam qui requireret. Pro-
pterea pastores audite verbū domini. Vivo
ego dicit dominus deus: quia pro eo quod facti sūt
greges mei in rapinā et oves mee in devora-
tionem oīm bestiarum agri. eo quod non esset pa-
stor: neq; enim quesierūt pastores gregem
meū: sed pascebant pastores semetipsos et
greges meos nō pascebāt: propterea pastores

audite verbū domini. Hec dicit dn̄s deus.
Ecce egoipse sup pastores: requirā gregez
meū de manu eoꝝ ⁊ cessare faciam vt vltra
non pascant gregem meū: nec pascant am-
plius pastores semetipos. Et liberabo gre-
gē meū de ore eoꝝ: et nō erūt eis in escam:

IIII

quia hec dicit dominus deus. Ecce egoipse
requirā oues meas: et visitabo eas sicut vi-
sitat pastor gregem suū: in die quando fu-
erit in medio ouiū suaꝝ dissipataꝝ. Sic
visitabo oues meas: ⁊ liberabo eas de om̄i-
bus locis in quib⁹ dispse fuerant in die nu-
bis ⁊ caliginis. Et educam eas de populis
et ꝯgregabo eas de terris: et inducā eas in
terram suā: et pascam eas in montibus isrl'
in riuis ⁊ in cūctis sedib⁹ terre. In pascuis
vberrimis pascam eas: et in mōtib⁹ excelsis
israhel erūt pascue eaꝝ. Ibi requiescent in
herbis virentib⁹: et in pascuis pinguib⁹ pa-
scent' sup mōtes israhel. Ego pascam oues
meas: et ego eas accubare faciam dicit do-
minus deus. Quod perierat requirā ⁊ qđ
abiectū erat reducā: et quod fractū fuerat
alligabo ⁊ quod infirmū fuerat ꝯsolidabo:
et quod pingue ⁊ forte custodiā. et pascaz
illas in iudicio.

V

Vos autez greges mei: hec
dicit dominus deus. Ecce ego iudico inter
pecus ⁊ pecus. arietū ⁊ hircoꝝ. Nonne satis
vobis erat pascua bona depasci? Insuper ⁊
reliquias pascuaꝝ vestraꝝ ꝯculcastis pedi-
bus vestris: ⁊ cū purissimā aquam biberitis:
reliquam pedib⁹ vestris turbastis. Et oues
mee hijs que ꝯculcata pedib⁹ vr̄is fuerant
pascebātur. et que pedes vestri turbauerāt
hec bibebant. Propterea hec dicit dominus
deus ad eos. Ecce egoipse iudico inter pe-
cus pingue ⁊ macilentum. Pro eo ꝙ lateri-
bus ⁊ humeris impingebatis ⁊ cornib⁹ ve-
stris ventilabatis omnia infirma pecora do-
nec dispergerētur foras: saluabo gregem
meū ⁊ non erit vltra in rapinā: ⁊ iudicabo in-
ter pecus ⁊ pec⁹.

VI

Et suscitabo sup eas pasto-
rem vnū qui pascat eas seruū meū dauid:
ipse pascet eas: et ipe erit eis in pastorem.
Ego autē dominus ero eis in deū: ⁊ seruus
meus dauid pnceps in medio eoꝝ. Ego
dominus locutus sū. Et faciā cū eis pactuz
pacis: et cessare faciam bestias pessimas de
terra. Qui habitant in deserto securi dormiēt
in saltib⁹: et ponam eos in circuitu collis mei
benedictionē: et deducā ymbrē in tempore
suo: et pluuie benedictōnis erūt. Et dabit
lignū agri fructū suū: et terra dabit germē
suū: ⁊ erūt in terra sua absq3 timore. Et sciēt
quia ego domin⁹ cū ꝯtriuero cathenas iugi
eoꝝ: et eruero eos de manu imperantiū sibi.

VII

Et non erūt vltra in rapinā in gentib⁹: neq3
bestie terre deuorabūt eos: sed habitabunt
confidenter absq3 vllo terrore. Et suscitabo
eis germen nominatū: et nō erūt vltra immi-
nuti fame i terra: neq3 portabūt vltra oppro-
briū gentiū. Et scient ꝙ ego dn̄s deus eoꝝ
cū eis: ⁊ ipsi poplus meus domus israhel ait
dominus deus. Vos autem greges mei
greges pascue mee homines estis: et ego
dn̄s deus vester: dicit dn̄s de⁹.

XXXV

Et factus est sermo domini ad me di-
cens. Fili hominis pone faciem tuam
aduersum montē seyr: et pphetabis de eo et
dices illi. Hec dicit dominus de⁹. Ecce ego
ad te mons seyr: et extendā manū meā sup
te. et dabo te desolatū atq3 desertum. Vrbes
tuas demoliar ⁊ tu desertus eris: ⁊ scies quia
ego dominus eo ꝙ fueris inimicus sempiter-
nus. et ꝯcluseris filios israhel in manus gla-
dij in tempore afflictionis eoꝝ: in tempore
iniquitatis extreme. Propterea viuo ego
dicit dominus deus: quoniā sanguini tradā
te. et sanguis te psequet'.

VIII

Et cum sanguinē
oderis: sanguis psequetur te. Et dabo mon-
tem seyr desolatū ⁊ desertū: et auferam de eo
euntē ⁊ redeuntē: et implebo montes eius
occisoꝝ suoꝝ. In collib⁹ tuis ⁊ in vallib⁹ tu-
is atq3 in torrentib⁹ interfecti gladio cadēt.
In solitudines sempiternas tradā te: ⁊ ciui-
tates tue nō habitabūt'. Et scietis ꝙ ego do-
minus deus: eo ꝙ dixeris due gētes ⁊ due
terre mee erūt ⁊ hereditate possidebo eas:
cum dominus esset ibi. Propterea viuo ego
dicit dominus deus: ꝙ faciam iuxta irā tuā
et scđm zelum tuū quē fecisti odio habens
eos: ⁊ notus efficiar p eos cū te iudicauero:
et scies quia ego dominus. Audiui vniuersa
opprobria tua que locutus es de montibus
israhel dicens. Deserti nobis ad deuorandū
dati sunt. Et insurrexistis sup me ore vestro:

et derogastis aduersū me. Verba vr̄a ego audiui. Hec dicit dominus deus. Letante vniuersa terra: in solitudinem te redigam: sicuti gauisus es sup hereditatē domus isrl' eo ꝙ fuerit dissipata: sic faciam tibi. Dissipatus eris mons seyr. et ydumea omnis: et scient quia ego dominus.

XXXVI

Tu autem fili hominis ꝓphета sup mōtes israhel: et dices. Mōtes israhel audite verbū dn̄i. Hec dicit dominus de9. Eo ꝙ dixerit inimicus de vob' euge altitudines sempiterne in hereditatem date sūt nobis: ꝓpterea vaticinare et dic. Hec dicit domin9 deus. Pro eo ꝙ desolati estis et ꝯculcati per circuitū et facti in hereditatē reliquis gentibus: et ascēdistis sup labiū lingue et opprobriū populi: ꝓpterea mōtes israhel audite verbū domini dei. Hec dicit dominus deus montib9 et collib9 torrentib9 vallibusq3 et desertis parietinis et vrbib9 derelictis q̄ depopulate sunt: et subsannate a reliquis gētibus ꝑ circuitū. Propterea hec dicit dn̄s deus. Quoniam in igne zeli mei locutus sū de reliquis gentib9 et de ydumea vniuersa: que dederūt terram meā sibi in hereditatē cū gladio et toto corde et ex animo: et eiecerunt eā vt vastarent: idcirco vaticinare sup humū israhel: et dices mōtib9 et collib9 iugis et vallib9. Hec dicit dominus deus. Ecce ego in zelo meo et in furore meo locutus sū: eo ꝙ cōfusionē gentiū sustinueritis. Idcirco hec dic̄ dominus deus. Ego leuaui manū meam ut gentes que in circuitu vestro sūt ipe ꝯfusionem suam portent: vos autē mōtes israhel ramos vestros germinetis: et fructū vestrū afferatis populo meo israhel. Prope enim est vt veniat. Quia ecce ego ad vos. et cōuertar ad vos. et arabimini: et accipietis sementem: et multiplicabo in vobis homines omnēq3 domū israhel. Et habitabūt' ciuitates. et ruinosa instaurabunt': et replebo vos hominib9 et iumētis: et multiplicabūt' et crescent. Et habitare vos faciā sicut a principio: bonisq3 donabo maiorib9 ꝗ̄ habuistis ab inicio: et scietis qui ego dominus. Et adducam sup vos homines populū meū isrl': et hereditate possidebunt te. Et eris eis in hereditatē: et non addes vltra ut absq3 eis sis. Hec dicit dominus de9. Pro eo ꝙ dicūt de vobis deuoratrix hominū es et suffocans gentem tuā: ꝓpterea homines non ꝯmedes amplius: et gentē tuā nō necabis vltra ait dominus deus. Nec auditam faciā in te amplius confusionē gentiū: et opprobriū populoꝝ nequaꝙ̄ portabis: et gentē tuā nō amittes amplius ait dominus de9. Et factuz est verbū dn̄i ad me dicēs. Fili hominis. domus israhel habitauerūt in humo sua: et polluert eā in viis suis et in studiis suis. Iuxta immūdiciam menstruate facta est via eoꝝ coraz me: et effudi indignacōnem meā sup eos ꝓ sanguine quē fuderūt super terrā. Et in ydolis suis polluerunt eā: et dispsi eos in gētes et ventilati sūt in terras: iuxta vias eoꝝ et adinuencōes eoꝝ iudicaui eos. Et ingressi sūt ad gentes ad quas introierūt et polluerūt nomen sanctū meū: cum diceretur de eis populus domini iste est: et de terra eius egressi sunt. Et peperci nomini sancto meo: qd̄ polluerat domus israhel in gentib9 ad quas ingressi sunt. Idcirco dices domui israhel. Hec dicit dominus deus. Non ꝓpter vos ego faciam domus isrl': sȝ ꝓpter nomē sanctū meū quod polluistis in gētib9 ad quas intrastis. Et sanctificabo nomē meū magnū qd̄ pollutum est inter gentes quod polluistis in medio eaꝝ: ut sciant gentes ꝙ ego dominus. dicit dominus exercituū: cū sanctificatus fuero in vobis coram eis. Tollam quippe vos de gentib9: et ꝯgregabo vos de vniuers' terris: et adducam vos in terrā vestrā. Et effundam sup vos aquam mundā: et mūdabimini ab omib9 inquinamētis vestris: et ab vniu' ydolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouū: et spiritū nouū ponā in medio vr̄i. Et auferā cor lapideū de carne vestra: et dabo vobis cor carneū: et spiritū meū ponam in medio vr̄i. Et faciam ut in ꝓceptis meis ambuletis: et iudicia mea custodiatis et operemini. Et habitabitis in terra quā dedi pr̄ib9 vestris: et eritis michi in populū: et ego ero vobis in deū. Et saluabo vos ex vniūsis inquinamentis vestris: et vocabo frumentū et multiplicabo illud: et non imponā vobis famem. Et mlt̄iplicabo fructū ligni et genimina agri: vt non portetis vltra opprobrium famis in

gentibꝫ. Et recordabimini viaꝝ vestrarum pessimaꝝ studiorūqꝫ non bonoꝝ: et displicebūt vobis iniquitates vestre ⁊ scelera vr̄a. Nō ꝓpter vos ego faciā ait dominus deus: notū sit vobis. Confundimini ⁊ erubescite sup vijs vr̄is domus israhel. Hec dicit dn̄s deus. In die qua mūdauero vos ex omībꝫ iniq̄tatibꝫ vestris ⁊ inhabitari fecero vrbes. et instaurauero ruinosa: et terra deserta fuerit exculta. que quondā erat desolata in ocl'is omīs viatoris: dicent. Terra illa inculta facta est ut ortus voluptatis: et ciuitates deserte ⁊ destitute atqꝫ suffosse muīte sederūt. Et scient gentes quecūqꝫ derelicte fuerint in circuitu vestro: qꝛ ego dominus edificaui dissipata. plantauiqꝫ inculta: ego dominus locutus sim ⁊ fecerim. Hec dicit dn̄s deus. Adhuc in hoc inuenient me domus israhel: vt faciā eis. Multiplicabo eos sicut gregē hominū vt gregē sanctū: ut gregem ihr'lm in solēnitatibꝫ eiꝰ. Sic erūt ciuitates deserte plene gregibꝫ hominū: ⁊ scient qꝛ ego dn̄s.

Facta ē sup me **XXXVII** manus dn̄i: et eduxit me in spū dn̄i. et dimisit me in medio cāpi qui erat plenus ossibꝫ: et circūduxit me ꝑ ea in gyrū. Erant aūt multa valde sup faciē campi: siccaqꝫ vehementer. Et dixit ad me. Fili hominis: putasne viuent ossa ista? Et dixi. Domine deus tu nosti. Et dixit ad me. Vaticinaē de ossibꝫ istis. Et dices eis. Ossa arida: audite verbū domini. Hec dicit dn̄s deus ossibꝫ hijs. Ecce ego intromittā in vos spm̄ et viuetis: et dabo sup vos neruos. ⁊ succrescē faciā sup vos carnes. ⁊ sup extēdā in voƀ cutē: et dabo voƀ spm̄ et viuetis. et scietis qꝛ ego dn̄s. Et ꝓphetaui sicut p̄ceperat michi. Factus ē aūt sonitus ꝓphetante me: et ecce cōmotio. Et accesserūt ossa ad ossa: vnūquodqꝫ ad iuncturā suā. Et vidi: et ecce sup ea nerui et carnes ascenderūt: et extenta est in eis cutis desuper: et spiritū nō habebant. Et dixit ad me. Vaticinare ad spiritū: vaticinaē fili hominis: et dices ad spiritū. Hec dicit dn̄s deus. A quatuor ventis veni spūs: ⁊ insuffla sup interfectos istos: et reuiuiscant. Et prophetaui sicut p̄cepat michi. Et ingressus ē in ea spūs ⁊ vixerūt: steterūtqꝫ super pedes suos exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me. Fili hominis: ossa hec vniuersa. domus israhel est. Ipi dicūt. Aruerunt ossa nostra: et perijt spes nostra: et abscisi sumus. Propterea vaticinaē: ⁊ dices ad eos. Hec dicit dominus deꝰ. Ecce ego aperiam tumulos vestros: et educam vos de sepulcris vr̄is populus meus: et inducam vos in terrā isrl'. Et scietis quia ego dominus. cū aperuero sepulcra vr̄a: ⁊ eduxero vos de tumulis vestris. popule meus: et dedero spm̄ meū in vobis ⁊ vixeritis. Et requiescere vos faciā super humū vr̄am: et scietis quia ego dn̄s locutus sū ⁊ feci: ait dominus deꝰ. Et factus est sermo domini ad me dicens. Et tu fili hominis sume tibi lignū vnū: et scribe sup illud. iude ⁊ filiorū israhel socijs eiꝰ. Et tolle lignū alterū: et scribe sup illō. ioseph lignū effraim: ⁊ cūcte domus israhel sociorūqꝫ eiꝰ. Et adiunge illa vnū ad alterum tibi in lignū vnū: et erūt in vnionē in maū tua. Cū aūt dixerint ad te filij populi tui loquētes nonne iudicas nobis quid in hijs tibi velis: loqueris ad eos. Hec dicit dominus deꝰ. Ecce ego assumā lignū ioseph. quod est in manu effraim ⁊ tribꝫ israhel que sunt ei adiuncte: et dabo eas pariter cū ligno iuda ⁊ faciā eas in lignū vnū: ⁊ erūt vnū in maū eiꝰ. Erunt aūt ligna sup q̄ scripseris in maū tua in oculis eoꝝ: et dices ad eos. Hec dicit dominus deꝰ. Ecce ego assumā filios israhel de medio nationū ad q̄s abierūt: et ꝯgregabo eos vndiqꝫ ⁊ adducā eos ad humū suā. Et faciam eos in gentem vnā in terra in montibꝫ israhel: et rex vnus erit omībꝫ imperās. Et non erunt vltra due gentes: nec diuidentur āplius in duo regna. Neqꝫ polluentur vltra in ydolis suis et abominacōībꝫ ⁊ cunctis iniquitatibus suis: et saluos eos faciā de vniuersis sedibꝫ suis in quibꝫ peccauerūt: et emūdabo eos. Et erūt michi ꝑplus. et ego ero eis deus: ⁊ seruus meꝰ dauid rex sup eos: et pastor vnus erit oīm eoꝝ. In iudicijs meis ambulabūt: ⁊ mādata mea custodient: et facient ea. Et habitabūt super terrā quā dedi seruo meo iacob in qua habitauerūt patres vestri: et habitabūt sup eam ipsi ⁊ filij eorum ⁊ filij filioꝝ eoꝝ usqꝫ in sempiternum: et dauid seruus meus

II

princeps eoꝝ in ꝑpetuū. Et ꝑcutiam illis fedus pacis: pactū sempiternum erit eis. Et fundabo eos ⁊ multiplicabo: et dabo sanctificacōnē meā in medio eoꝝ in perpetuū. Et erit tabernaculū meū in eis ⁊ ero eis deus: et ipsi erunt michi populus. Et scient gētes qꝛ ego dn̄s sanctificator isrl̄: cū fueit sanctificatio mea in medio eorum in ꝑpetuū.

XXXVIII

Et fcūs est sermo domini ad me dicēs. Fili hominis pone faciē tuā ɔtra gog ⁊ terrā magog principem capitis mosoch ⁊ tubal: et vaticinaē de eo. et dices ad eū. Hec dicit dn̄s de⁹. Ecce ego ad te gog principē capitis mosoch et tubal. Et circūagā te ⁊ ponā frenū in maxillis tuis: et educā te ⁊ omē exercitū tuum equos ⁊ equites vestitos loricis vniuersos: multitudinē magnā hastam ⁊ clipeū ⁊ arripientiū gladiū. Perse ethiopes ⁊ libies cū eis: omēs scutati ⁊ galeati. Gomer ⁊ vniūsa agmina eius: domus togorma latera aq̄lonis ⁊ totū robur eius: populiqꝫ multi tecū.

III

Prepara ⁊ instrue te ⁊ omem multitudinē tuā que coaceruata est ad te: et esto eis in preceptū. Post dies multos visitaberis. In nouissimo annoꝝ venies ad terrā que reūsa est a gladio: congregata est de populis multis: ad montes israhel qui fuerūt deserti iugiter. Hec de populis educta est: ⁊ habitabūt in ea ɔfidenter vniuersi. Ascendens autē quasi tempestas venies ⁊ quasi nubes: vt operias terrā. tu et omia agmina tua: et populi multi tecū. Hec dicit dominus deus. In die illa ascendēt sermones sup cor tuū: et cogitabis cogitacōem pessimā: et dices. Ascendā ad terrā absqꝫ muro. Veniēt ad quiescentes habitantesqꝫ secure: omēs habitāt sine muro. Vectes ⁊ porte non sūt eis. Vt diripias spolia ⁊ inuadas predā: ut inferas manū tuam sup eos qui deserti fuerāt et postea restituti: et sup populū qui est cōgregatus ex gētib⁹ qui possidere cepit. et esse

IIII

habitator vmbilici terre. Saba ⁊ dedan et negotiatores tharsis ⁊ omēs leones eius dicent tibi. Nūquid ad sumenda spolia tu venis? Ecce ad diripiendā predā ɔgregasti multitudinē tuā: ut tollas argētū ⁊ aurū: auferas supellectilē atqꝫ sbam et diripias manubias infinitas. Propterea vaticinare fili hominis: et dices ad gog. Hec dicit dominus de⁹. Nunquid nō in die illo cum habitauerit populus meus israhel confidēter scies et venies tu de loco tuo a laterib⁹ aquilonis tu ⁊ popli multi tecū: ascensores equorū vniuersi. cetus magnus ⁊ exercitus vehemēs? Et ascendes sup populū meū israhel q̄i nubes ut operias terrā. In nouissimis dieb⁹ eris: et adducā te sup terrā meā: vt sciāt gētes me cū sanctificatus fuero in te in oculis eoꝝ o gog. Hec dicit dominus de⁹. Tu ergo ille es de quo locutus sū in dieb⁹ āiquis in maū seruoꝝ meoꝝ ꝓphetaꝝ israhel: qui ꝓphetauerunt in dieb⁹ illoꝝ temporꝝ ut adducerem te sup eos.

b

Et erit in die illa. in die aduētus gog sup terrā israhel ait dominus de⁹: ascendet indignacō mea in furore meo et in zelo meo. In igne ire mee locutus sū: qꝛ in die illa eīt ɔmocō magna sup terrā isrl̄: et ɔmouebunt a facie mea pisces maris ⁊ volucres celi ⁊ bestie agri: et omne reptile qđ mouet sup humū: cunctiqꝫ homines qui sūt sup faciē terre. Et subuertent montes: ⁊ cadent sepes: et omnis murus corruet in terrā. Et ɔuocabo aduersus eū in cūctis montib⁹ meis gladiū: ait dn̄s de⁹. Gladius vniuscuiusqꝫ in fratrē suū diriget. Et iudicabo eum peste ⁊ sanguine ⁊ ymbre vehemēti: ⁊ lapidibus immēsis. Ignē et sulphur pluam super eū ⁊ sup exercitū ei⁹: et sup populos multos q̄ sūt cū eo. Et magnificabor ⁊ sanctificabor: et notus ero in oculis multaꝝ gentiū: et scient quia ego sum dominus.

XXXIX

Tu aūt fili hominis vaticinare aduersum gog ⁊ dices. Hec dicit dominus deus. Ecce ego sup te gog principē capitis mosoch ⁊ tubal. Et circumagā te. et educā te ⁊ ascendere te faciā de laterib⁹ aq̄lonis: et adducā te sup montes israhel. Et ꝑcutiā arcū tuū in maū sinistra tua: ⁊ sagittas tuas de manu dextera tua. Deiciā te sup mōtes israhel: et cades tu ⁊ omnia agmina tua ⁊ populi tui qui sunt tecū. Feris. auib⁹. omīqꝫ volatili et bestijs terre dedi te ad deuorandū. Sup faciē agri cades: qꝛ ego locutus sum ait dn̄s de⁹. Et immittā ignē in magog ⁊ in hijs qui habitāt in insulis ɔfidenter: ⁊ sciēt

quia ego dominus. Et nomē sanctū meum notum faciā in medio populi mei israhel: et non polluā nomen sanctū meū amplius: et sciēt gētes qꝛ ego dn̄s sanctus israhel. Ecce venit: et factū est ait dn̄s deus. Hec est dies de qua locutus sū. Et egredienẗ habitatores de ciuitatibꝰ israhel: et succendēt et ꝯburent arma clipeū ⁊ hastas arcum et sagittas ⁊ baculos manuū ⁊ contos: et succēdēt ea igni septē ānis. Et nō portabūt ligna de regionibꝰ. neqꝫ succident de saltibꝰ. qm̄ arma succendent igni et: deꝑdabunẗ eos quibꝰ ꝑde fuerāt: et diripient vastatores suos ait dn̄s deus. Et erit: in die illa dabo gog locū nominatū sepulcrū israhel. vallē viatoꝝ ad orientē maris: q̄ obstupescere faciet ꝑtereūtes. Et sepeliēt ibi gog ⁊ oēꝫ multitudinē eius: et vocabitur vallis multitudinis gog: et sepelient eos domus israhel vt mundēt terrā septeꝫ mensibꝰ. Sepeliet aūt eū om̄is populus terre: et erit eis noīata dies in q̄ glorificatus sū ait dominus deꝰ. Et viros iugiter ꝯstituēt lustrātes terram: qui sepeliāt ⁊ requirāt eos qui remanserāt sup faciem terre: ut emundent eam. Post menses autem septē querere incipiēt: et circuibūt ꝑagrantes terrā. Cūqꝫ viderint os hominis statuent iuxta illud titulū: donec sepeliant illud pollinctores in valle multitudinis gog. Nomē aūt ciuitatis amona: et mundabūt terrā. Tu ergo fili hominis: hec dicit dominus deus. Dic om̄i volucri ⁊ vniūsis auibꝰ cunctisqꝫ bestijs agri. Conuenite ꝓperate: cōcurrite vndiqꝫ ad victimā meā quā ego immolo vobis. victimā grandeꝫ sup mōtes israhel: vt ꝯmedatis carnes ⁊ bibatis sanguinē. Carnes fortiū ꝯmedetis: et sanguinem principū terre bibetis: arietū et agnoꝝ ⁊ hircoꝝ thaurorūqꝫ ⁊ altilium et pinguium omniū. Et comedetis adipem in saturitatē: ⁊ bibetis sanguinē in ebrietatem de victima quā ego immolaui vobis: et saturabimini sup mensam meā de equo ⁊ de equite forti. et de vniuersis viris bellatoribus ait dn̄s deus. Et ponam gloriam meā in gentibꝰ: ⁊ videbit om̄es gentes iudiciū meū quod fecerim: et manū meā quā posuerim sup eos: et scient domus israhel qꝛ ego dominus deus eoꝝ a die illa ⁊ deinceps. Et scient gētes quoniā in iniquitate sua capta sit domus israhel: et qꝛ dereliquerit me ⁊ absconderim facieꝫ meā ab eis: et tradiderim eos in manus hostiū ⁊ ceciderint in gladio vniuersi. Iuxta immūdiciā eoꝝ ⁊ scelus feci eis: et abscondi faciem meā ab illis. Propterea hec dicit dominus deus. Nūc reducam captiuitatē iacob: et miserebor om̄is domus israhel. Et assumā zelū ꝑ nomine sancto meo: et portabūt ꝯfusionē suā ⁊ om̄eꝫ ꝑuaricacōeꝫ quā ꝑuaricati sunt in me cū habitauerint in terra sua ꝯfidenter neminē formidātes: ⁊ reduxero eos de populis. ⁊ congregauero de terris inimicoꝝ suoꝝ. ⁊ sanctificatus fuero in eis in oculis gentiū plurimaꝝ. Et scient qꝛ ego dn̄s deus eoꝝ eo qꝛ trāstulerim eos in nacōes: ⁊ ꝯgregauero eos sup terrā suā: et nō dereliquerim quenq̄ ex eis ibi. Et nō abscondam vltra faciem meam ab eis: eo qꝛ effuderim spiritum meum super om̄em domū israhel ait dominus deus.

XL

In vigesimo quīto anno transmigracōis nr̄e in exordio anni decima mēsis quarto decīo āno postq̄ ꝑcussa est ciuitas: in ip̄a hac die facta est sup me manus domini: et adduxit me illuc in visiōibꝰ dei. Adduxit me in terrā israhel: et dimisit me sup montē excelsū nimis sup quem erat quasi edificiū ciuitatis vergēgentis ad austrū: ⁊ introduxit me illuc. Et ecce vir cuius erat species quasi species eris: et funiculus lineus in maū eius: ⁊ calamus mensure in maū eius. Stabat aūt in porta: et locutus est ad me idem vir. Fili hominis: vide oculis tuis et auribus tuis audi: ⁊ pone cor tuum in om̄ia q̄ ego ostendam tibi: qꝛ ut ostendāẗ tibi adductus es huc. Annūcia om̄ia q̄ tu vides domui israhel. Et ecce murus forinsecus in circuitu domꝰ vndiqꝫ: et in manu viri calamus mensure sex cubitorū ⁊ palmo. Et mēsus est latitudinē edificij calamo vno: altitudinem q̄ꝫ calamo vno. Et venit ad portā q̄ respiciebat viaꝫ orientalē: et ascēdit ꝑ gradus eiꝰ. Et mensus est limē porte calamo vno: latitudinem. id est limen vnū calamo vno in latitudine: ⁊ thalamum vno calamo in longū. ⁊ vno calamo in latū: et inter thalomos quinqꝫ cubitos: ⁊ limen

S IIII

porte iuxta vestibulū porte intrinsecus cala-
mo vno. Et mensus ē vestibulū porte octo
cubitoꝝ: et frontē eius duobꝫ cubitis. Ve-
stibulū autē porte erat intrinsecus. Porro
thalami porte ad viam orientalē tres hinc
et tres inde: mensura vna trium: et mensura
vna frontiū ex vtraqꝫ parte. Et mensus est
latitudinē liminis porte decem cubitoꝝ: et
longitudinem porte tredecim cubitoꝝ: et
marginē ante thalamos cubiti vnius: et cu-
bitus vnus finis vtrimqꝫ. Thalami aūt sex
cubitoꝝ erant hinc ⁊ inde. Et mensus est
portam a tecto thalami usqꝫ ad tectū eius
latitudinē viginti quīqꝫ cubitoꝝ: ostiū con-
tra ostiū. Et fecit frontes ꝑ sexaginta cubi-
tos: et ad frontē atriū porte vndiqꝫ ꝑ circui-
tum: et ante faciē porte que ꝑtingebat usqꝫ
ad faciē vestibuli porte interioris quīqua-
ginta cubitos: et fenestras obliquas in tha-
lamis ⁊ in frontibus eoꝝ: que erant intra
portā vndiqꝫ ꝑ circuitū. Similiter aūt erāt
et in vestibulis fenestre ꝑ gyrū intrinsecus:
et ante frōtes pictura palmaꝝ. Et eduxit
me ad atriū exterius: et ecce gazophilatia
et pauimentū stratū lapide in atrio ꝑ circu-
itum. Triginta gazophilatia in circuitu pa-

V

uimēti: et pauimētū in fronte portaꝝ scd̄m
longitudinē portaꝝ erat inferius. Et men-
sus ē latitudinē a facie porte inferioris usqꝫ
ad frontē atrii interioris extrinsecus: cētū
cubitos ad orientē ⁊ aquilonē. Portā vero
que respiciebat viam aquilonis atrii exte-
rioris mensus ē tam in longitudine ꝗ̄ in la-
titudine ⁊ thalamos eius tres hinc et tres
inde. et frontē eius et vestibulū eius scd̄m
mēsurā porte ꝓoris: quīquaginta cubitoꝝ
lōgitudinē eius: et latitudinē viginti quīqꝫ
cubitoꝝ. Fenestre autē eius ⁊ vestibulū et
sculpture scd̄m mensurā porte que respicie-
bat ad orientē: et septē graduū erat ascen-
sus eius. Et vestibulum ante eam: et porta a-
trii interioris contra portā aquilonis ⁊ oriē-
talē. Et mensus est a porta usqꝫ ad portā

VI

centū cubitos. Et eduxit me ad viā austra-
lem: et ecce porta ꝙ respiciebat ad austrum.
Et mensus est frontē eius ⁊ vestibulū eius
iuxta mensuras superiores: et fenestras eius
et vestibula in circuitu sicut fenestras ceteras:
quīquaginta cubitoꝝ longitudine ⁊ latitu-
dine viginti quīqꝫ cubitoꝝ: et in gradibus
septē ascēdebat̄ ad eam. Et vestibulū ante
fores eius: et celate palme erant vna hinc ⁊
altera inde in fronte eius: ⁊ porta atrii inte-
rioris in via australi. Et mensus est a porta
usqꝫ ad portā in via australi. centū cubitos.
Et introduxit me in atriū interius ad portā
australem: ⁊ mensus ē portā iuxta mensuras
superiores. thalamū eius. et frontē eius. et ve-
stibulū eius hiisdem mensuris: et fenestras
vestibuloꝝ eius in circuitu quinquaginta
cubitos longitudinis ⁊ latitudinis viginti-
quinqꝫ cubitos: et vestibulū per gyrum lon-
gitudine viginti quīqꝫ cubitoꝝ: ⁊ latitudine
quinqꝫ cubitoꝝ. Et vestibulū eius ad atriū
exterius: et palmas eius in frōte: et octo gra-

VII

dus erāt quibꝫ ascēdebat̄ per eam. Et intro-
duxit me in atriū interius ꝑ viam oriētalē:
et mensus ē portā secundū mensuras superi-
ores. thalamū eius ⁊ frōtē eius ⁊ vestibula
eius sicut supra: et fenestras eius ⁊ vestibla
in circuitu lōgitudine quinꝗ̄ginta cubitoꝝ
et latitudine viginti quinqꝫ cubitoꝝ: et vesti-
bulū eius id est atrii exterioris ⁊ palme ce-
late in frōte eius hinc ⁊ inde: et in octo gra-
dibus ascensus eius. Et introduxit me ad
portā que respiciebat ad aquilonē. Et men-
sus est scd̄m mensuras superiores thalamū
eius ⁊ frontē eius ⁊ vestibulum eius ⁊ fene-
stras eius ꝑ circuitū longitudine quinqua-
ginta cubitoꝝ ⁊ latitudine viginti quīqꝫ cu-
bitoꝝ: et vestiblm eius respiciebat ad atriū
exterius. et celatura palmaꝝ in fronte eius
hinc ⁊ inde: ⁊ in octo gradibꝫ ascensus eius:
et ꝑ singula gazophilacia ostiū in frontibꝫ
portaꝝ. Ibi lauabūt olocaustū. Et i vestiblo
porte due mense hinc ⁊ due mense inde: ut

VIII

immoletur sup eas olocaustū ⁊ pro peccato
et pro delicto. Et ad latus exterius quod
ascendit ad ostium porte que pergit ad aq-
lonē due mense: et ad latus alterū ante ve-
stibulum porte due mense. Quatuor mense
hinc ⁊ quatuor mense inde: per latera porte
octo mense erant: super quas immolabant.
Quatuor aūt mense ad olocaustū de lapidi-
bus ꝗ̄dris exstructe. lōgitudine cubiti vni⁹
⁊ dimidii. et latitudīe cubiti vni⁹ et dimidii:

et altitudine cubiti vnius: sup quas ponant
vasa in quib) immolat' olocaustū q victīa.
Et labia eaꝝ palmi vnius: reflexa intrinse=
cus p circuitū. Sup mēsas autē carnes ob=
lationis. Et extra portaz interiorē gazophi=
lacia cantoꝝ in atrio interiori qđ erat in la=
tere porte respiciētis ad aquilonē: et facies
eoꝝ ɔtra viaz australē: vna ex latere porte
oriētalis. que respiciebat ad viā aquilonis.
Et dixit ad me. Hoc est gazophilaciū qđ
respicit viam meridianā sacerdotū qui ex=
cubant in studijs templi: porro gazophila=
ciū qđ respicit ad viam aquilonis sacerdo=
tum erit qui excubāt ad ministeriū altaris.
Isti sunt filij sadoch qui accedūt de filijs le=
ui ad dñm: ut ministrēt ei. Et mēsus ē atriū
longitudine cētū cubitoꝝ. et latitudine cē=
tum cubitoꝝ. per quadrū: et altare ante fa=
ciem tēpli. Et introduxit me in vestibulum
templi: et mensus ē vestibulū quīqȝ cubitis
hinc ꝛ quīqȝ cubitis inde: et latitudinē por=
te triū cubitoꝝ hinc. et triū cubitoꝝ inde:
longitudinē aūt vestibuli viginti cubitoꝝ
et latitudinem vndecim cubitoꝝ. Et octo
gradib) ascendebat' ad eā: ꝛ colūne erāt
in frontib): vna hinc ꝛ altera inde. XLI

Et introduxit me in templū: et mēsus
est frontes. sex cubitos latitudinis
hinc: et sex cubitos latitudinis inde. Latitu=
do tabernaculi ꝛ latitudo porte decē cubito=
rū erat: et latera porte quinqȝ cubitis hinc:
et quīqȝ inde. Et mēsus est longitudinē ei9
quadraginta cubitoꝝ: et latitudinē vigin=
ti cubitoꝝ. Et introgressus intrinsecus mē=
sus est in fronte porte duos cubitos: et por=
tam sex cubitoꝝ: et latitudinē porte septez
cubitoꝝ. Et mēsus est longitudinē eius vi=
ginti cubitoꝝ: et latitudinē vigīti cubitoꝝ
ante faciē templi. Et dixit ad me. Hoc est
sanctū sanctoꝝ. Et mensus est parietē do=
mus sex cubitoꝝ: et latitudinē lateris q̄tu=
or cubitoꝝ: vndiqȝ p circuitū domus. Late=
ra aūt latus ad latus: bis trigintatrium. Et
erant eminētia q̄ ingrederētur p parietem
domus in laterib) p circuitū ut ɔtinerent: et
non attingerēt parietē tēpli. Et platea erat
in rotundū. ascendens sursū p cocleam: ꝛ in
cenaculū templi deferebat p gyrū. Idcirco
latius erat templū in supiorib): et sic de infe=
riorib) ascendebat' ad supiora: et in mediū.
Et vidi in domo altitudinē p circuitū funda=
ta latera ad mensurā calami sex cubitoꝝ spa=
cio: et latitudinē p parietē lateris forinsecus
quīqȝ cubitoꝝ. Et erat interior domus in la=
terib) domus. Et inter gazophilacia latitu=
dine viginti cubitoꝝ in circuitu domus vn=
diqȝ. Et ostiū lateris ad oracōez: ostiū vnū
ad viam aquilonis: et ostiū vnū ad viam au=
stralē: et latitudinē loci ad orationē quinqȝ
cubitoꝝ in circuitu. Et edificiū quod erat se=
paratū versūqȝ ad viam respicientē ad maē
latitudinis septuagīta cubitoꝝ: paries au=
tem edificij quinqȝ cubitoꝝ latitudinis per
circuitū: et longitudo eius nonaginta cubi=
toꝝ. Et mensus est domus longitudinē cē=
tum cubitoꝝ: ꝛ quod separatū erat edificiū
et parietes eius lōgitudinis centū cubitoꝝ.
Latitudo autē ante faciē domus: et eius qđ
erat separatū contra orientē centū cubitoꝝ.
Et mensus est longitudinē edificij cōtra fa=
ciez eius quod erat separatū ad dorsū ethe=
cas ex vtraqȝ parte centū cubitoꝝ: et tēplū
interius. et vestibula atrij. limina ꝛ fenestras
obliquas: ethecas in circuitu p tres partes
contra vniuscuiusqȝ limē: stratūqȝ ligno per
gyrū in circuitu. Terra autem vsqȝ ad fene=
stras: et fenestre clause sup ostia. et usqȝ ad
domū interiorē ꝛ forinsecus p omēz parietē
in circuitu intrinsecus ꝛ forinsecus ad mēsu=
ram: et fabrefacti cherubim ꝛ palme. Et pal=
ma inter cherub ꝛ cherub. Duasqȝ facies ha=
bebat cherub: faciē hominis iuxta palmā ex
hac parte: et faciē leonis iuxta palmam ex
alia parte expressam. Per omēz domū in cir=
cuitu de terra vsqȝ ad superiora porte: cheru=
bim ꝛ palme celate erāt in pariete templi. Li=
men quadrangulū: ꝛ facies sanctuarij aspe=
ctus contra aspectū. Altaris lignei triū cubi=
toꝝ altitudo: et longitudo eius duoꝝ cubi=
toꝝ: ꝛ anguli eius ꝛ longitudo eius ꝛ parie=
tes eius lignei. Et locutus est ad me. Hec
est mensa coram domino. Et duo ostia erāt
in templo ꝛ in sanctuario: ꝛ in duob) ostijs
ex vtraqȝ parte bina erāt ostiola: que in se
inuicē plicabant'. Bina enim ostia erant ex
vtraqȝ parte ostioꝝ. Et celata erāt in ipsis

ostijs tēpli cherubim ⁊ sculptura palmaꝝ: sicut in parietib⁹ q̄ꝫ expressa erant. Quāob rē ⁊ grossiora erāt lig̃ in vestibuli frōte forinsecus: sup̄ q̄ fenestre oblique: ⁊ silitudo palmaꝝ hinc atq̄ꝫ inde in humerulis vestibuli scd̄m latera domus latitudinē q̄ꝫ parietum.

vi

XLII

Et eduxit me in atrium exterius p̄ viam ducentē ad aq̄lonē. Et eduxit me in gazophilaciū quod erat contra separatū edificiū: et ꝯtra edem vergē tem ad aquilonē. In facie longitudinis cē tum cubitos ostij aquilonis: ⁊ latitudinis quinquaginta cubitos ꝯtra viginti cubitos atrij interioris: et ꝯtra pauimentū stratū lapide atrij exterioris: vbi erat porticus iuncta porticui triplici. Et ante gazophilacia deambulacō decem cubitoꝝ latitudinis: ad interiora respiciēs vie cubiti vni⁹. Et ostia eaꝝ ad aquilonē vbi erāt gazophilacia in superiorib⁹ humiliora: q̄ꝛ supportabāt porticus que ex illis eminebāt de inferiorib⁹ et de medijs edificij. Tristega enim erant: et non habebāt colūnas sicut erāt colūne atriorū. Propterea eminebant de inferiorib⁹ ⁊ de medijs a terra cubitis quinquagīta. Et perybolus exterior secundū gazophilacia q̄ erant in via atrij exterioris āte gazophilacia. Longitudo eius quīquagīta cubitoꝝ: q̄ꝛ longitudo erat gazophilacioꝝ atrij exterioris quinquaginta cubitoꝝ: ⁊ longitudo ante faciē templi centū cubitoꝝ. Et erat subter gazophilacia hec introitus ab oriente ingredientiū in ea de atrio exteriori: in latitudine peryboli atrij quod erat contra viam orientalē in faciem edificij separati. Et erāt ante edificiū gazophilacia: et via āte faciem eoꝝ iuxta similitudinē gazophilacioꝝ q̄ erant in via aquilonis. Secundū lōgitudinē eoꝝ sic ⁊ latitudo eoꝝ: et omīs introitus eoꝝ et similitudines ⁊ ostia eoꝝ secūdū ostia gazophilacioꝝ. que erāt in via respiciēte ad austrū. Ostiū in capite vie: q̄ erat ante vestibulū separatū p̄ viam oriētalē ingredientib⁹. Et dixit ad me. Gazophilacia aquilonis ⁊ gazophilacia austri que sūt ante edificiū separatū: hec sūt gazophilacia sancta: in quib⁹ vescūt̄ sacerdotes q̄ appropinquant ad dominū in sancta scōꝝ.

T

vii

Ibi ponent sancta scōꝝ: et oblacōem p̄ peccato et p̄ delicto. Locus enim sanctus ē. Cū autē ingressi fuerint sacerdotes: nō egredientur de sanctis in atriū exteri⁹. Et ibi reponēt vestimēta sua in quib⁹ ministrant: q̄ꝛ scā sunt: vestiētur q̄ꝫ vestimētis alijs ⁊ sic p̄cedēt ad populū. Cumq̄ꝫ ꝯplesset mensuras domus interioris: eduxit me p̄ viam porte q̄ respiciebat ad viam orientalē: et mensus est eam vndiq̄ꝫ p̄ circuitū. Mensus est autē contra ventū orientalē calamo mensure: quingētos calamos: in calamo mensure per circuitū. Et mensus est contra ventū aquilonis quingētos calamos: in calamo mensure p̄ gyrū. Et ad ventū australem mensus est quingētos calamos: in calamo mēsure p̄ circuitū. Et ad ventū occidentalē mensus est quingentos calamos: in calamo mensure. Per quatuor vētos mēsus est: lōgitudinē quīgētoꝝ cubitoꝝ: et latitudinem quīgētorū cubitorū. Et murus diuidit inter scīuariū et vulgi locum.

viii

XLIII

Et duxit me ad portam q̄ respiciebat ad viā orientalē. Et ecce gloria dei israhel ingrediebat̄ p̄ viā orientalē: et vox erat ei quasi vox aquaꝝ multaꝝ: et terra splendebat a maiestate eius. Et vidi visionē secundū speciē quā videra quādo venit ut disp̄deret ciuitatē: et spēs secundū aspectū quē videra iuxta fluuiū thobar. Et cecidi sup̄ faciem meā. Et maiestas domini ingressa est templū: p̄ viam porte q̄ respiciebat ad oriētē. Et eleuauit me spūs: ⁊ introduxit me in atriū interius. Et ecce repleta erat gloria domini domus. Et audiui loquētem ad me de domo. Et vir qui stabat iuxta me: dixit ad me. Fili hominis: locus solij mei. et locus vestigioꝝ pedū meoꝝ: vbi habito in medio filioꝝ israhel in eternū. Et non polluet vltra domus isrl̄ nomē scm̄ meū: ipsi et reges eoꝝ in fornicacōnib⁹ suis ⁊ in ruinis regum suoꝝ ⁊ in excelsis. Qui fabricati sunt limē suū iuxta limē meū: ⁊ postes suos iuxta postes meos: et murus erat inter me et eos. Et polluerūt nomen sanctū meū in abominationib⁹ quas fecerūt: p̄pter quod ꝯsūpsi eos in ira mea. Nūc ergo repellant p̄cul fornicationē suam ⁊ ruinas regum suoꝝ a me: ⁊ habitabo in medio eoꝝ sp̄. Tu ergo fili hominis

P

II

ostende domui israhel templū et cōfundant᷑
ab iniquitatibꝰ suis: ⁊ meditent᷑ fabricam:
et erubescant ex omībꝰ que fecerūt. Figurā
domus ⁊ fabrice eius. exitus ⁊ introitus. et
omēz descripcōem eius et vniuersa p̄cepta
eius. cunctūqꝫ ordinē eius. et omēs leges
eius ostende eis. et scribe in oculis eorum:
vt custodiant omēs descripcōes eius et p̄-
cepta illius: et faciant ea. Ista est lex domꝰ
in summitate montis. Omnes fines eius in
circuitu. sanctū sanctoꝝ est. Hec est ergo
lex domus. Iste autē mensure altaris in cu-
bito verissimo: qui habebat cubitū ⁊ palmū.
In sinu eius erat cubitus: ⁊ cubitus in lati-
tudine: et diffinitō eius usqꝫ ad labiuz eius
et in circuitu palmi vnius. Hec qꝫ erat fossa
altaris. Et de sinu terre usqꝫ ad crepidinem
nouissimā duo cubiti. et latitudo capiti vni-
us: et a crepidine minore usqꝫ ad crepidi-
nem maiorē quatuor cubiti. ⁊ latitudo cubi-
ti vnius. Ipse autē ariel quatuor cubitoꝝ:
et ab ariel usqꝫ ad sursū cornua quatuor. Et
ariel duodecim cubitoꝝ in longitudine p
duodecim cubitos latitudinis: quadrāgu-
gulatū equis lateribꝰ. Et crepido quatuor-
decim cubitoꝝ longitudinis p quatuordecī
cubitos latitudinis in quatuor āgulis eiꝰ:
et corona in circuitu eius dimidij cubiti: et
sinus eius vnius cubiti p circuitū. Gradus
autez eius versi ad orientē. Et dixit ad me.
fili hominis: hec dicit dominus deꝰ. Hij sūt
ritus altaris in quacūqꝫ die fuerit fabrica-
tum: ut offerat᷑ sup illud olocaustuz ⁊ effun-
dat᷑ sanguis. Et dabis sac̄dotibꝰ ⁊ leuitis
qui sūt de semine sadoch qui accedunt ad
me ait dominus deus: ut offerant michi vi-
tulū de armento p peccato. Et assumens de
sanguine eius pones sup quatuor cornua
eius ⁊ sup quatuor angulos crepidinis et
sup coronā in circuitu: et mundabis illud ⁊
expiabis. Et tolles vitulū qui oblatus fue-
rit p peccato: et cōbures eū in separato loco
domus extra sanctuariū. Et in die secunda
offeres hircū capraꝝ immaculatū p peccō:
et expiabūt altare sicut expiauerūt in vitu-
lo. Cūz cōpleueris expiās illud offeres vitu-
lū de armēto immaculatū: ⁊ arietē de grege
immaculatū: et offeres eos in cōspcū domini.

Et mittēt sacerdotes sup eos sal: ⁊ offerent
eos in olocaustū domino. Septem diebus
facies hircū p peccō quotidie: et vitulum de
armento ⁊ arietē de pecoribꝰ immaculatos
offerent. Septē diebꝰ expiabunt altare
et mundabūt illud: et implebūt manū eius.
Expletis aūt diebꝰ in die octaua ⁊ vltra. fa-
ciēt sacerdotes sup altare olocausta vestra.
et que pro pace offerunt: et placatus ero
vobis ait dominus deus. XLIIII

Et conuerti me ad viam porte sanctua-
rij exterioris que respiciebat ad oriē-
tem: et erat clausa. Et dixit dominus ad me.
Porta hec clausa erit. et non aperietur: ⁊ vir
non transibit p eam. quoniā dominus deus
israhel ingressus est p eam: eritqꝫ clausa p̄n-
cipi. Princeps ipse sedebit in ea: ut comedat
panem coram domino. Per viam porte vesti-
buli ingredietur: et p viam eius egredietur.
Et adduxit me p viā porte aquilonis in con-
spectu domus. et vidi: et ecce impleuit glīa
domini domū domini. Et cecidi in faciē meā:
et dixit ad me dominꝰ. Fili hominis pone cor
tuū et vide oculis tuis: et auribꝰ tuis audi o-
mnia que ego loquor ad te: de vniuersis ce-
rimonijs domus domini ⁊ de cūctis legibus
eiꝰ. Et pones cor tuū in vijs templi p omnes
exitus sanctuarij: et dices ad exasperantez
me domū israhel. Hec dicit dn̄s deus. Suffi-
ciant vobis omnia scelera vestra domus isrl̄:
eo qꝙ inducitis filios alienos incircuncisos
corde ⁊ incircūcisos carne ut sint in scūario
meo ⁊ polluant domū meā: et offertis panes
meos adipem ⁊ sanguinē: et dissoluistis pa-
ctū meū in omībꝰ sceleribꝰ vestris: et nō ser-
uastis p̄cepta sanctuarij mei: ⁊ posuistis cu-
stodes obseruationū mearꝝ in sanctuario
meo vobismetipis. Hec dicit dominus deus.
Omis alienigena incircūcisus corde ⁊ incir-
cūcisus carne nō ingredietur scūariū meum:
omis filius alienus qui est in medio filioꝝ
israhel. Sed ⁊ leuite qui longe recesserūt a
me in errore filioꝝ israhel. et errauerunt a
me post ydola sua. et portauerūt iniquitatē
suam: erūt in sanctuario meo editui ⁊ ianito-
res portarū domus: et ministri domus. Ipsi
mactabūt olocausta et victimas populi: et
ipsi stabūt in conspectu eoꝝ ut ministrēt eis.

VII

Pro eo ꝙ ministrauerunt illis in conspectu ydoloꝝ suoꝝ · et facti sunt domui israhel in offendiculū iniquitatis : idcirco leuaui manū meā sup eos ait dominus deus : et portauerūt iniquitatē suā. Et non appropinquabunt ad me ut sacerdotio fungant᷑ michi : neqꝫ accedent ad oīe sanctuariū meū iuxͣ sancta sanctoꝝ : sed portabūt ꝯfusionē suā et scelera sua que fecerūt. Et dabo eos ianitores domus ⁊ in omni ministerio eius : et vniuersis que fient in ea. Sacerdotes aūt et leuite filij sadoch qui custodiert̄ cerimonias sanctuarij mei cū errarēt filij israhel a me : ipsi accedēt ad me ut ministrēt michi : et stabūt in ꝯspectu meo : ut offerant michi adipem ⁊ sanguinē ait dominus deus. Ipsi ingredient᷑ sanctuariū meū : et ipsi accedēt ad mensam meā : ut ministrēt michi ⁊ custodiant cerimonias meas.

VIII

Cūqꝫ ingredient᷑ portas atrij interioris vestibꝯ lineis induēt᷑ : nec ascendet sup eos quicꝗ̄ laneū quādo ministrant in portis atrij interioris ⁊ intrinsecus. Vitte linee erunt in capitibꝯ eoꝝ : et feminalia linea erunt in lumbis eoꝝ : et non accingent᷑ in sudore. Cūꝫ egredient᷑ atriū exterius ad populū exuent se vestimētis suis in quibꝯ ministrauerāt : et reponēt ea in gazophilacio sanctuarij ⁊ vestiēt se vestimētis alijs : et non sanctificabūt populū in vestibꝯ suis. Caput autē suū nō radent : neqꝫ comā nutrient : sed tondentes attondent capita sua. Et vinū nō bibet oīs sacerdos quādo ingressurus est atriū interius. Et viduā et repudiatā non accipiēt vxores : ſꝫ virgines de semine domus israhel. Sed et viduā que fuerit vidua a sacerdote accipiēt.

P

et facti sūt abominabiles sicut ea q̄ dilexerūt.
Ephraim quasi auis auolauit. Gloria eorum
a partu: et ab vtero et a ↄceptu. Quod et si
enutrierint filios suos: absq̄ liberis eos fa-
ciā in hominibus. Sed et ve eis: cū recessero
ab eis. Ephraim ut vidit tyrus erat funda-
ta in pulcritudine. Et ephraim educet ad
interfectionem filios suos. Da eis domine.
Quid dabis eis? Da eis vuluā sine liberis:
et vbera arentia. Omnes nequicie eorum in
galgal: quia ibi exosos habui eos. Propter
maliciā adinuentionū eorum: de domo mea
eiciā eos. Nō addam ut diligā eos. Omēs
principes eorum recedētes. Percussus est
ephraim: radix eorum exsiccata est. Fructum
nequaq̄ faciet. Quod et si genuerint: inter-
ficiam amantissima vteri eorum. Abiciet eos
dominus deus meus quia non audierunt
eum: et erūt vagi in nationibus. X

P

Vitis frondosa isrl: fructus adequatus
est ei. Secundū multitudinem fructus sui
multiplicauit altaria: iuxta vbertatē tre sue
exuberauit simulacris. Diuisū est cor eorum:
nūc interibūt. Ipse ↄfringet simulacra eorum:
depopulabit aras eorum. Quia nūc dicent:
non est rex nobis. Non enim timemus deū.
Et rex quid faciet nobis? Loquimini verba
visionis inutilis: et ferietis fedus: et germi-
nabit quasi amaritudo iudiciū sup sulcos
agri. Vaccas bethauen coluerūt habitatores
samarie. Quia luxit sup eū populus eius: et
editui eius sup eū exultauerūt in gloria eius:
quia migrauit ab eo. Siquidem et ipse i assur
delatus ē munus regi vltori. Cōfusio ephra-
im capiet: et ↄfundet israhel in voluntate sua.
Transire fecit samaria regē suū: quasi spumā
sup faciē aque. Et disperdent excelsa ydoli:
peccm israhel. Lappa et tribulus ascendet sup
aras eorum. Et dicent montibus operite nos: et
collibus cadite sup nos. Ex diebus gabaa pec-

II

cauit israhel. Ibi steterūt. Nō ↄphendet eos
in gabaa: preliū sup filijs iniquitatis. Iuxta
desideriū meū corripiā eos. Congregabūt
sup eos populi: cū corripientur ppter duas
iniquitates suas. Ephraim vitula docta dili-
gere trituram: et ego transiui sup pulcritudi-
nem colli eius. Ascendā sup ephraim. Ara-
bit iudas: ↄfringet sibi sulcos iacob. Semi-
nate vobis in iusticia: et metite in ore miseri-
cordie: innouate vobis nouale. Tempus
autē requirēdi dominū: cū venerit qui docebit
vos iusticiā. Arastis impietatē: iniquitatē
messuistis: ↄmedistis frugē mēdacij. Quia
confisus es in vijs tuis: et in multitudine for-
tiū tuorum. Consurget tumultus in populo tuo:
et oīnes municōes tue vastabūt sicut vasta-
tus est salmana a domo eius qui iudicauit
baal: in die prelij matre sup filios allisa. Sic fe-
cit vobis bethel: a facie malicie nequicie vrarum.

III

Sicut mane transit ptransit rex XI
israhel: quia puer israhel et dilexi eū: et ex
egipto vocaui filiū meū. Vocauerūt eos: sic
abierūt a facie eorum. Baalim immolabant:
et simulacris sacrificabāt. Et ego qui nutrius
ephraim. Portabam eos in brachijs meis:
et nescierūt quia curarē eos. In funiculis adā
traham eos: in vinculis caritatis. Et ero eis
quasi exaltans iugū sup maxillas eorum: et

declinaui ad eū ut vesceretur. Nō reuētetur in terrā egipti: et assur ipe rex eius: quomā noluerit cōuerti. Cepit gladius in ciuitatibꝫ eius: et cōsumet electos eius: et comedet capita eorum. Et populus meus pendebit ad reditū meū. Jugū autē imponetur eis simul: quod non auferetur. Quomodo dabo te ephraim. ꝓtegā te israhel? Quomō dabo te? Sicut adama ponā te: ut seboim. Conuersum est in me cor meū pariter: cōturbata est penitudo mea. Non faciam furorē ire mee. Non cōuertar ut disperdā ephraim: qm̄ deꝰ ego et nō homo. In medio tui sanctus: et nō ingrediar ciuitatē. Post dn̄m ambulabūt. Quasi leo rugiet: qz ipe rugiet et formidabūt filij maris. Et auolabūt quasi auis ex egipto: et quasi colūba de terra assiriorꝫ: et collocabo eos in domibꝫ suis dicit dominus. Circūdedit me ephraim in negociacōe: et in dolo domus israhel. Judas autē testis descendit cū deo: et cū sanctis fidelibꝫ. XII

Ephraim pascit ventū: et sequit estum. Tota die mendaciū et vastitatē multiplicat. Et fedus cū assirijs iniit: et oleū in egiptū ferebat. Judiciū ergo dn̄i cū iuda: et visitatio sup iacob. Juxta vias eius et iuxta adinuencōes eius reddet ei. In vtero supplantauit fratrē suū: et in fortitudine sua directus est cū angelo. Et inualuit ad angelū: et cōfortatus est. Fleuit: et rogauit eū. In bethel inuenit eū: et ibi locutus est nobiscū. Et dominus deus exercituū: dn̄s memoriale eiꝰ. Et tu ad dominū deū tuū cōuerteris. Misericordiam et iudiciū custodi: et spera ī deo tuo semp. Chanaan in manū eius statera dolosa: calūniā dilexit. Et dixit ephraim. Verūtamē diues effectus sū: inueni ydolum michi. Oēs labores mei nō inuenient michi iniquitatē quam peccaui. Et ego dn̄s deus tuus ex terra egipti. Adhuc sedere te faciā in tabernaculis: sicut in diebus festiuitatis. Et locutus sū sup ꝓphetas: et ego visionem multiplicaui: et in manū ꝓphetarꝫ assimulatus sū. Si galgal ydolū: tamē frustra erant in galgal bobꝫ immolātes. Nā et altaria eorꝫ quasi aceruī sup sulcos agri. Fugit iacob in regionē syrie: et seruiuit israhel in vxore: et in vxore seruiuit. In ꝓpheta aūt eduxit dn̄s israhel de egipto: et in ꝓpheta seruatus ē. Ad iracūdiā me ꝓuocauit ephraim in amaritudinibꝫ suis: et sanguis eius sup eū veniet: et opprobriū eius restituet ei dn̄s suꝰ. XIII

Loquēte ephraim horror inuasit isrl̄: et deliquit in baal et mortuus est. Et nūc addiderūt ad peccandū: feceruntqz sibi cōflatile de argēto suo quasi similitudinē ydolorꝫ. Factura artificū totū est. Hijs ipi dicūt. Immolate homines: vitulos adorātes. Ideo erūt quasi nubes matutina: et sicut ros matutinus ꝓteriēs. Sicut puluis turbine raptus ex area: et sicut fumus de fumario. Ego aūt dominus deus tuus ex terra egipti: et deum absqz me nescies: et saluator nō est ꝓter me. Ego cognoui te in deserto: in terra solitudis. Juxta pascua sua adimpleti sunt: et saturati sunt. Et eleuauerūt cor suū: et obliti sunt mei. Et ego ero eis quasi leena: sicut pardus in via assiriorꝫ. Occurrā eis quasi vrsa raptis catulis: et dirumpā interiora iecoris eorꝫ. Et consumā eos ibi q̄si leo: bestia agri scindet eos. Perditio tua israhel: tantūmodo in me auxiliū tuū. Vbi est rex tuus? Maxime nūc saluet te in omnibꝫ vrbibꝫ tuis. Et iudices tui de quibꝫ dixisti: da michi regē et principes. Dabo tibi regē in furore meo: et auferā in indignacōne mea. Colligata ē iniquitas ephraim: absconditū peccatū eius. Dolores parturiētis venient ei. Ipse filius nō sapiens. Nūc enim non stabit in cōtricōne filiorꝫ. De manu mortis liberabo eos: de morte redimā eos. Ero mors tua o mors: morsus tuus ero inferne. Consolatio abscondita est ab oculis meis: qz ipe inter fratres diuidet. Adducet vrentē ventū dominus de deserto ascendentē: et siccabit venas eius. et desolabit fontem eius: et ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis. XIIII

Pereat samaria: quomā ad amaritudinem cōcitauit deū suū. In gladio pereāt. Paruuli eorꝫ elidantur: et fete eius scindantur. Conuertere israhel ad dominū deū tuū: qm̄ corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscum verba: et cōuertimini ad dominū: et dicite ei. Omnē aufer iniquitatē et accipe bonū: et reddemus vitulos labiorꝫ nostrorꝫ. Assur non saluabit nos. Sup equū non ascendemus:

nec dicemus vltra dij nostri opa manuū
nr̄aꝝ: qꝛ eius qui in te est misereberis pupilli.
Sanabo ɔtricōes eoꝝ: diligā eos sponta-
nee: qꝛ auersus est furor meus ab eis. Ero
quasi ros. Israhel germinabit sicut liliū: et
erūpet radix eius ut libani. Ibūt rami eius:
et erit quasi oliua gloria eius: et odor eius
ut libani. Conuertēt̄ sedētes in vmbra eius:
viuēt tritico. Et germinabūt quasi vinea:
memoriale eius sicut vinū libani. Ephraim
quid michi vltra ydola? Ego exaudiam ⁊
dirigam eū: ego ut abietē virentem: ex me
fructus tuus inuentus est. Quis sapiens
et intelliget ista: intelligens et sciet hec?
Quia recte vie domini et iusti ambulabūt
in eis: preuaricatores vero corruent in eis.

Explicit osee pphīa. Incipit Iohel propheta.

P

Verbū domini quod fa-
ctū est ad iohel filiū
fatuel. Audite hec se-
nes: et auribꝰ pcipite
oēs habitatorēs ter-
re. Si factū est istud
in diebꝰ vestris: aut in
diebꝰ patrū vestroꝝ. Sup hoc filijs vestris
narrate: et filij vestri filijs suis: et filij eorum
gn̄ationi altere. Residuū eruce comedit lo-
custa: et residuū locuste comedit brucus: ⁊
residuū bruci ɔmedit rubigo. Expgiscimini
ebrij: flete et vlulate oēs qui bibitis vinū
in dulcedine: quoniam perijt ab ore vestro.
Gens enim ascendet sup terrā meā: fortis
et innumerabilis. Dentes eius ut dentes le-
onis: et molares eius ut catuli leonis. Po-
suit vineam meam in desertū: ⁊ ficum meam
decorticauit. Nudās spoliauit eā ⁊ piecit:
albi facti sūt rami eius. Plāge quasi virgo
accincta sacco: sup virū pubertatis tue. Pe-
rijt sacrificiū ⁊ libatio de domo domini: luxe-
rūt sacerdotes ministri domini. Depopulata

II

est regio: luxit humus: quoniā deuastatum
est triticū. Confusū est vinū: elanguit oleū.
Confusi sunt agricole: vlulauerūt vinitores
sup frumēto vino ⁊ ordeo: qꝛ perijt messis
agri. Vinea confusa est: et ficus elanguit
Malogranatū ⁊ palma ⁊ malū ⁊ oīa ligna
agri aruerūt: qꝛ confusū est gaudiū a filijs
hominū. Accingite vos ⁊ plāgite sacerdotes:
vlulate ministri altaris. Ingredimini: cubate
in sacco ministri dei mei: qm̄ interijt de domo
dei vestri sacrificiū ⁊ libatio. Sanctificate ie-
iuniū: vocate cetū: cōgregate senes oēs ha-
bitatores terre in domū dei vr̄i: ⁊ clamate ad
dn̄m. A a a diei: qꝛ ppe ē dies dn̄i: et q̄i vasti-
tas a potente veniet. Nūquid nō corā ocu-
lis vestris alimēta perierūt: de domo dei vestri
leticia ⁊ exultatio? Computruerūt iumenta
in stercore suo. Demolita sūt horrea: dissipa-
te sunt apothece: quoniā confusū est triticum.
Quid ingemuit animal: mugierūt greges
armenti? Quia non est pascua eis. Sed et
greges pecorū disperierūt. Ad te clamabo do-

III

mine: qꝛ ignis comedit speciosa deserti: ⁊ flā-
ma succendit omnia ligna regionis. Sed et
bestie agri quasi area sitiens ymbrem: suspe-
xerūt ad te. Quoniam exsiccati sūt fontes
aquaꝝ: et ignis deuorauit speciosa deserti.

Canite tuba in syon: vlulate in II
monte sancto meo. Conturbent̄ omnes
habitatores terre qꝛ venit dies dn̄i: qꝛ ppe
est dies tenebraꝝ ⁊ caliginis: dies nubis ⁊
turbinis. Quasi mane expansū super mōtes:
populus multus ⁊ fortis. Similis nō fuit ei a
principio: et post eū non erit usqꝫ in annos
generacōnis ⁊ generacōnis. Ante faciē eius
ignis vorans: ⁊ post eū exurēs flāma. Qua-
si ortus voluptatis terra corā eo: et post eū
solitudo deserti: neqꝫ est qui fugiat eū. Qua-
si aspectus equoꝝ aspectus eoꝝ: et quasi
eq̄tes sic currēt. Sicut sonitus quadrigaꝝ
sup capita montiū exiliēt: sicut sonitus flāme
ignis deuorātis stipulam: velut pp̄ls fortis
pparatus ad pliū. A facie eiꝰ cruciabūt̄ ppli:
oēs vultus redigēt̄ in ollā. Sicut fortes cur-
rēt: quasi viri bellatores ascēdēt murū. Viri
in vijs suis gradiēt̄: ⁊ nō declinabūt a semitis
suis. Vnusquisqꝫ frēm suū nō coartabit: singli
in calle suo ābulabūt. Sed ⁊ p fenestras ca-

IIII

dēt: ⁊ nō demoliēt̄. Vrbē ingrediēt̄: in muro

S

currēt. Domos ɔscēdēt: p fenestras intrabūt
q̄si fur. A facie eiꝰ cōtremuit tr̄a: moti sūt celi.
Sol ⁊ luna obtenebrati sūt: ⁊ stelle retraxerūt
splēdorē suū. Et dn̄s dedit vocē suā āte faciē
exercitus sui: qꝛ multa sūt nimis castra eiꝰ: qꝛ
fortia ⁊ faciētia vbū eiꝰ. Magnus eni dies
dn̄i: et terribilis valde. Et q̄s sustinebit eū?

Nunc ergo dicit dn̄s. Conuertimini ad
me in toto corde vestro in ieiunio ⁊ fletu ⁊ in
planctu: et scindite corda v̄ra ⁊ nō vestimē-
ta vestra. Et ꝯuertimini ad dn̄m deū vestrū:
qꝛ benignus ⁊ misericors ē: patiēs ⁊ multe
misericordie ⁊ ꝑstabilis sup malicia. Quis
scit si ꝯuertat̄ et ignoscat deus: ⁊ relinquat
post se benedictōem: Sacrificiū ⁊ libamē
dn̄o deo nostro. Canite tuba in syon: sancti-
ficate ieiuniū vocate cetū: ꝯgregate ppl̄m
sanctificate ecc̄iam: coadunate senes ꝯgre-
gate paruulos ⁊ sugentes vbera. Egrediat̄
sponsus de cubili suo: et sponsa de thalamo
suo. Inter vestibulū ⁊ altaē plorabūt sacer-
dotes ministri domini ⁊ dicēt. Parce domie
parce populo tuo: et ne des hereditatē tuā
in opprobrium; ut dominent̄ eis nationes.
Quare dicūt in populis vbi ē deus eoꝝ?
Zelatus est dn̄s terrā suam: et pepcit ppl̄o
suo. Et r̄ndit dn̄s: ⁊ dixit populo suo. Ecce
ego mittā vobis frumentū ⁊ vinū ⁊ oleum:
et replebimini in eis: et non dabo vos vltra
opprobriū in gētibꝰ. Et eū qui ab aquilōe ē
ꝓcul faciā a vobis: ⁊ expellā eum in terram
inuiam ⁊ desertā. Faciē eius ꝯtra mare oriē-
tale: et extremū eius usqꝫ ad mare nouissi-
mū: et ascendet fetor eius. Et ascendet pu-
tredo eius: qꝛ supbe egit. Noli timere ter-
ra: exulta ⁊ letare: qm̄ magnificauit dominꝰ
ut faceret. Nolite timere aīalia regionis:
qꝛ germinauerūt speciosa deŝti. Quia lignū
attulit fructū suū: ficus ⁊ vinea dederūt vir-
tutē suā. Et filie syon exultate et letamini in
domino deo vestro: qꝛ dedit vobis doctorē
iusticie: ⁊ descendere faciet dn̄s ad vos ym-
brem matutinū ⁊ serotinū sicut in ꝑncipio.
Et implebūt̄ aree frumēto: et redundabūt
torcularia vino ⁊ oleo. Et reddā vobꝭ ānos
q̄s ꝯmedit locusta brucꝰ ⁊ rubigo ⁊ eruca:
fortitudo mea magna quā misi in vos. Et
comedetis vescentes et saturabimini: et lau-
dabitis nomen domini dei vestri qui fecit mi-
rabilia vobiscū. Et nō ꝯfundet̄ ppl̄us meus
in sempiternū: et scietis qꝛ in medio israhel
ego sū. Et ego dominus deus vester: et nō
est amplius: et nō ꝯfundet̄ populus meus
in eternū. Et eit: post hec effundā de spiritu
meo sup oēm carnē: et ꝓphetabūt filij vestri
et filie vestre. Senes vestri somnia somnia-
būt: ⁊ iuuenes vestri visiones videbūt. Sed
et sup seruos meos ⁊ ancillas in diebꝰ illis
effundā spiritū meū: et dabo ꝓdigia in celo
et in terra sanguinē ⁊ ignē ⁊ vaporem fumi.
Sol ꝯuertet̄ in tenebras ⁊ luna in sanguīnē:
anteq̄ͣ veniat dies domi magnus ⁊ horribi-
lis. Et erit: om̄is qui inuocauerit nomē dn̄i
saluus erit: quia in monte syō ⁊ in ihrusalē
erit saluatio sicut dixit dominus: et in residu-
is quos dominus vocauerit. III

Quia ecce in diebꝰ illis ⁊ in tempoē illo
cū ꝯuertero captiuitatē iuda ⁊ ihrusalē: cō-
gregabo omnes gentes: et deducam eas in
vallē iosaphat ⁊ disceptabo cū eis ibi super
populo meo ⁊ hereditate mea israhel quos
disperserūt in nacōibꝰ: et terrā meā diuiserūt
et sup populū meū miserūt sortē. Et posuerūt
puerū in ꝓstibulū: et puellam vendiderunt
ꝓ vino ut biberēt. Verū quid michi ⁊ vobꝭ
tyrus ⁊ sydon ⁊ oīs terminus palestinoꝝ?
Nunquid vltionē vos reddetis michi? Et si
vlciscemini vos cōtra me: cito velociter red-
dam vicissitudinē vobis sup caput vestrum.
Argentū enim meū ⁊ aurū tulistis: et deside-
rabilia mea ⁊ pulcerrima intulistis in delubra
vestra. Et filios iuda ⁊ filios ihrl̄m vendidi-
stis filijs grecoꝝ: ut longe faceretis eos de
finibꝰ suis. Ecce ego suscitabo eos de loco in
quo vendidistis eos: et ꝯuertā retribucōē
vestrā in caput vestrū. Et vendā filios v̄ros
et filias vestras in manibꝰ filioꝝ iuda: et ve-
nundabūt eos sabeis genti longinque: qꝛ
dominus locutus est. Clamate hec in gētibꝰ:
sanctificate bellū: suscitate robustos. Ascen-
dant accedant: om̄es viri bellatores. Conci-
dite aratra vestra in gladios: et ligones ve-
stros in lanceas. Infirmus dicat: qꝛ ego for-
tis sū. Erumpite ⁊ venite omnes gentes de
circuitu: et ꝯgregamini. Ibi occūbere faciet
dominus robustos tuos. Consurgāt ⁊ ascē-
dant gētes in vallē iosaphat: qꝛ ibi sedebo
ut iudicem om̄es gētes in circuitu. Mittite
falces: quoniā maturauit messis. Venite et
descendite: qꝛ plenū est torcular. Exuberāt
torcularia: qꝛ multiplicata est malicia eoꝝ.
Populi populi in valle ꝯcisionis: qꝛ iuxta ē
dies domini in valle ꝯcisionis. Sol et luna

A

obtenebrati sunt: et stelle retraxerūt splēdo-
rē suū. Et dominus de syō rugiet: et de ihrl'm
dabit vocem suā. Et mouebūt' celi et terra:
et dn̄s spes populi sui: et fortitudo filiorꝝ isrl'.
Et scietis q ego dominus deus vester: habi-
tans in syon in monte sancto meo. Et erit
iherusalem sancta: et alieni nō transibunt p
eam amplius. Et erit: in die illa stillabunt
montes dulcedinē et colles fluēt lacte. Et p
oēs riuos iuda ibūt aque: et fons de domo
dn̄i egrediet': et irrigabit torrentem spina-
rū. Egiptus in desolacōe erit: et ydumea in
desertū pditionis: p eo q inique egerint in
filios iuda et effuderint sanguinē innocētē
in terra sua. Et iudea in eternū habitabit':
et iherusalem in generacōez et generacōem.
Et mundabo sanguinem eorum quem non
mundauerā: et dn̄s commorabitur in syon.

Explicit Johel ꝓpheta Incipit amos ꝓpha.

P

Verba amos qui fuit in
pastoralibꝫ thecue: q̄
vidit sup israhel i die-
bus ozie regis iuda et
in diebꝫ iheroboaz filij
ioas regis israhel āte
duos annos tremot'.
Et dixit. Dn̄s de syon rugiet: et de iherusalē
dabit vocē suā. Et luxerūt speciosa pastorꝝ:
et exsiccatus ē vertex carmeli. Hec dicit dn̄s.
Sup tribꝫ sceleribꝫ damasci et sup quatuor
non ouertam eū: eo q triturauerūt in plau-
stris ferreis galaad. Et mittam ignē in do-
mū azahel: et deuorauit domos benadab.
Et oteram vectē damasci. et disperdā habi-
tatorem de campo ydoli: et tenentē sceptrū
de domo voluptatis: et transferet' populus
syrie cirenen dicit dominus. Hec dicit dn̄s.
Sup tribꝫ sceleribꝫ gaze et sup quatuor nō
conuertam eū: eo q transtulerit captiuitatē
pfectam ut concluderet eā in ydumea. Et
mittā ignē in murū gaze. et deuorabit edes
eius: et disperdā habitatorē de azoto et te-
nentē sceptrū de ascalone: et ouertā manū
meam sup accaron et pibūt reliqui philisti-
norꝝ dicit dominus. Hec dicit dn̄s. Super
tribꝫ sceleribꝫ tyri et sup quatuor nō ouertā
eū: eo q ocluserint captiuitatē pfectam in
ydumea: et nō sint recordati federis fratrū.

II

Et mittā ignē in murū tyri: et deuorabit edes
eius. Hec dicit dominus. Sup tribꝫ sceleri-
bus edom et sup quatuor nō ouertam eum:
eo q psecutus sit in gladio frēm suū et viola-
uerit misericordiam eius: et tenuerit vltra
furorē suū. et indignacōez suā suauerit usqꝫ
in finē. Mittā ignē in theman: et deuorabit
edes bosre. Hec dicit dn̄s. Sup tribꝫ scele-
ribus filiorꝝ ammon et sup quatuor nō ouer-
tam eū: eo q dissecuerit pregnātes galaad.
ad dilatādū terminū suū. Et succendā ignē
in muro rabba et deuorabit edes eius: in vlu-
latu in die belli et in turbine in die omocōis.
Et ibit melchon in captiuitatē: ipe et princi-
pes eius simul dicit dominus.

III

Hec dicit dn̄s. Sup tribꝫ sceleribꝫ mo-
ab et sup quatuor nō ouertam eū: eo q incē-
derit ossa regis ydumee usqꝫ ad cinerē. Et
mittam ignē in moab et deuorabit edes cari-
oth: et morietur in sonitu moab in clangore
tube: et dispdā iudicē de medio eius: et oēs
principes eius interficiā cū eo dic dominus.
Hec dicit dn̄s. Sup tribꝫ sceleribꝫ iuda et
sup q̄tuor nō ouertā eū: eo q abiecerit legē
domini: et mandata eius nō custodierit. De-
ceperūt enim eos ydola sua: post q̄ abierant
patres eorꝝ. Et mittam ignē in iudam: et de-
uorabit edes iherusalē. Hec dicit dominus.
Sup tribꝫ sceleribꝫ israhel et sup quatuor nō
conuertam eū: p eo q vendiderit p argēto
iustū: et pauperē p calciamētis. Qui oterūt
sup puluerem terre capita pauperū et viam
humiliū declināt: et filius ac pater eius ierūt
ad puellam ut violarent nomē sanctū meū:
et sup vestimētis pigneratis accubuerūt iuxta
om̄e altare: et vinū damnatorꝝ bibebant in
domo dei sui. Ego autē extminaui amorreū
a facie eorꝝ: cuius altitudo. cedrorꝝ altitudo
eius: et fortis ipe quasi quercus. Et contriui
fructum eius desup: et radices eius subter.

IIII

Ego sum qui ascendere vos feci de terra egi-
pti: et eduxi vos in dsrtū quadraginta ānis.
ut possideretis terrā amorrei: et suscitaui de fi-
lijs vestris in ꝓphetas et de iuuenibus vestris
nazareos. Numquid nō ita est filij israhel
dicit dominus? Et ꝓpinabitis nazareis vinū:
et ꝓphetis mandabatis dicētes: ne ꝓphetetis.
Ecce ego stridebo subter vos: sicut stridet

S

plaustrũ onustũ feno. Et pibit fuga a velo-ce: et fortis non obtinebit virtutem suã: et ro-bustus non saluabit animã suã. Et tenens arcũ non stabit et velox pedibꝫ suis non sal-uabitur: et ascensor equi nõ saluabit animã suã: et robustus corde inter fortes nudus fugiet in illa die dicit dominus. III

AVdite verbũ qđ locutus est dñs sup vos filij israhel: sup omẽ cognationẽ quã eduxi de terra egipti dicẽs. Tantummodo vos cognoui ex omibꝫ cognationibꝫ terre: idcirco visitabo sup vos omes iniquitates vestras. Nũquid ambulabũt duo pariter: nisi conuenerit eis? Nũquid rugiet leo in sal-tu: nisi habuerit pdam? Nunquid dabit catulus leonis vocẽ de cubili suo: nisi aliqđ apphenderit? Nũquid cadet auis in laqueũ terre absq; aucupe? Nunquid auferet la-queus de terra: antequã qđ ceperit? Si clan-get tuba in ciuitate: et pp̄ls nõ expauescet? Si erit malũ in ciuitate: qđ dñs non fecit? Quia nõ faciet dominus deus verbũ: nisi re-uelauerit secretũ suũ ad seruos suos pphas. Leo rugiet: quis nõ timebit? Dominus deꝰ locutus est: quis nõ pphetabit? Auditũ faci-te in edibꝫ azoti: et in edibꝫ terre egipti: et dicite. Congregamini sup mõtes samarie: et videte insanias in medio eius multas: et calumniã patientes in penetralibus eius. Et nescierũt facere rectum dicit dominus: thesaurizantes iniquitatẽ et rapinas i edibꝫ suis. Propterea hec dicit dominus deus. Tribulabit et circuietur terra: et detrahet ex te fortitudo tua: et diripientur edes tue. Hec dicit dñs. Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura aut extremũ auricu-le: sic eruẽt filij israhel qui habitãt in sama-ria in plaga lectuli et in damasci grabato. Audite et contestamini in domo iacob dicit dñs deus exercituũ: quia in die cũ visitare ce-pero puaricacões israhel sup eum visitabo et sup altaria bethel: et amputabũt cornua altaris et cadent in terraz. Et pcutiã domũ hyemalẽ cũ domo estiua: et pibũt domus eburnee: et dissipabũt edes multe dicit dñs. IIII

AVdite v̄bũ hoc vacce pin-gues q̃ estis in monte samarie: q̃ calũ-niam facitis egenis: et confringitis paupes. Que dicitis dñis vestris: afferte et bibemus. Iurauit dñs deus in sancto suo: quia ecce dies veniẽt sup vos et leuabũt vos in contis: et re-liquias vestras in ollis feruẽtibꝫ. Et p apertu-ras exibitis altera cõtra alterã: et proiciemini in armõ dicit dñs. Venite ad bethel et impie agite: ad galgalã: et multiplicate puaricati-onẽ. Et offerte mane victimas vr̃as: tribꝫ diebꝫ decimas vr̃as. Et sacrificate de fermẽ-to laudẽ: et vocate volũtarias oblationes et annũciate. Sic enim voluistis filij israhel di-cit dominus deus. Unde et ego dedi vobis stuporem dentiũ in cunctis vrbibꝫ vr̃is: et in-digentiã panũ in omibꝫ locis vestris: et non estis reuũsi ad me dicit dñs. Ego quoq; phibui a vobis ymbrẽ cũ adhuc tres menses super-essent usq; ad messem: et plui sup vnã ciuita-tẽ: et sup alterã ciuitatẽ non plui. Pars vna complura est: et pars sup quã nõ plui aruit. Et venerũt due et tres ciuitates ad vnã ciui-tatẽ ut biberent aquã: et non sũt saciate: et nõ redistis ad me dicit dñs. Percussi vos in vento vrente et in aurugine: multitudinez ortoꝝ vestroꝝ et vinearum vestraꝝ: oliueta vestra et ficeta vr̃a comedit eruca: et nõ redi-stis ad me dicit dñs. Misi in vos mortẽ in via egipti: pcussi in gladio iuuenes vestros usq; ad captiuitatẽ equoꝝ vestroꝝ: et ascen-dere feci putredinẽ castroꝝ vestroꝝ in nares vr̃as: et nõ redistis ad me dicit dñs. Sub-uerti vos sicut subuertit deus sodomã et go-morrã: et facti estis quasi torris raptus ab incendio: et nõ redistis ad me dicit dominꝰ. Quapropter hec faciã tibi israhel. Postquã aũt hec fecero tibi: pparare in occursuz dei tui israhel. Quia ecce formãs montes et creans ventũ et ãnunciãs homini eloquiũ suũ: faciẽs matutinã nebulã et gradiẽs sup excelsa ter-re: dñs deus exercituuz nomen eius. V

AVdite verbũ istud: qđ ego leuo sup vos planctũ. Domus israhel cecidit: et non adiciet ut resurgat. Virgo israhel p-iecta est in terrã suã: non est qui suscitet ea. Quia hec dicit dominus deꝰ. Urbs de qua egrediebant mille relinquẽtur in ea centũ: et de qua egrediebantur centũ relinquẽt in ea decem in domo israhel: quia hec dicit dñs deꝰ domui israhel. Querite me et viuetis et nolite

querere bethel. In galgalā nolite intrare et in bersabee non transibitis: qꝛ galgala captiua ducetur: et bethel erit inutilis. Querite dominū et viuite: ne forte oburatur ut ignis domus ioseph: et deuorabit et non erit qui extīguat bethel. Qui ↄuertitis in absinthiū iudiciū: et iusticiā in terra relinquitis: faciētem arcturū ⁊ orionē ⁊ ↄuertētem in mane tenebras: et diē nocte mutantē. Qui vocat aquas maris ⁊ effundit eas sup faciē terre: dominus nomē est eius. Qui subridet vastitatē sup robustū: et depopulacōem super potentē affert. Odio habuerūt corripiētē in porta: et loquentē pfecte abominati sūt. Idcirco p eo qꝛ diripiebatis pauperē ⁊ predam electam tollebatis ab eo: domos quadro lapide edificabitis: et non habitabitis in eis. Vineas plantabitis amātissimas ⁊ non bibetis vinū eaꝝ: qꝛ ↄgnoui multa scelera vestra: et fortia pccā vrā. Hostes iusti accipiētes munus: ⁊ paupes deprimentes in porta. Ideo prudens in tempore illo tacebit: qꝛ tempus malū est. Querite bonū et non malū ut viuatis: et erit dominus deus exercituū vobiscū sicut dixistis. Odite malū ⁊ diligite bonū: et ↄstituite in porta iudiciū: si forte misereat̄ dn̄s deus exercituū reliquijs ioseph. Propterea hec dic̄ dominus: deus exercituū domīator. In omibꝫ plateis planctus: et in cunctis q̄ foris sūt dicet̄ ve ve. Et vocabūt agricolā ad luctū: et ad plāctū eos qui sciūt plangere. Et in omnibus vijs erit plāctus: qꝛ ptransibo in medio tui dicit dominus. Ve desiderātibꝫ diē domini. Ut quid eā vobis? Dies dn̄i ista tenebre et non lux. Quomodo si fugiat vir a facie leonis et occurrat ei vrsus: et ingrediatur domū ⁊ innitatur manū sua sup parietem: et mordeat eū coluber. Nūquid nō tenebre dies domini ⁊ nō lux ⁊ caligo ⁊ nō splendor in ea? Odi ⁊ pieci festiuitates vestras: ⁊ nō capiam odorē cetuū vestroꝝ. Quod si obtuleritis michi olocaustomata ⁊ munera vestra non suscipiā: et vota pinguiū vestroꝝ nō respiciā. Aufer a me tumultū carminū tuorū: et cantica lire tue nō audiā. Et reuelabitur quasi aqua iudiciū: et iusticia quasi torrens fortis. Nūquid hostias ⁊ sacrificium obtulistis michi in deserto quadragita ānis domus israhel? Et portastis tabernaculū molech deo vestro: et imaginem ydolorum vestrorū. sidus dei vestri rempha: figuras quas fecistis vobis adorare eas. Et migrare vos faciam trans damascum dixit dominus: deus exercituum nomen eius. VI

Ve vobis qui opulēti estis in syon ⁊ ↄfiditis in mōte samarie: optimates capita populoꝝ: ingrediētes pompatice domum isrl'. Transite in chalanno et videte: et ite inde in emath magnā ⁊ descendite in geth palestinoꝝ ⁊ ad optima q̄q3 regna hoꝝ: si latior terminus eoꝝ termino vestro est. Qui separati estis in diem malū: et appropinquatis solio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis: et lasciuitis in stratis vestris. Qui comeditis agnū de grege. et vitulos de medio armenti: qui canitis ad vocē psalterij. Sicut dauid putauerūt se habere vasa cantici: bibentes in phialis vinū. et optimo vngento delibuti: et nichil patiebāt̄ sup contricōe ioseph. Quapropter nūc migrabūt i capite transmigrantiū: et auferetur factio lasciuiētium. Iurauit dominus deus in anima sua: dicit dominus deus exercituū. Detestor ego superbiam iacob: et domos eius odi: et tradam ciuitatē cū habitatoribꝫ suis. Quod si reliqui fuerint decē viri in domo vna: ⁊ ipsi morientur. Et tollet eū ꝓpinquus suus et cōburet eū ut efferat ossa de domo: et dicet ei q̄ in penetralibꝫ domus est. Nūquid adhuc est penes te? Et rn̄debit. Finis est. Et dicet ei. Tace: et nō recorderis nominis dn̄i. Quia ecce dominus mandauit: et pcutiet domum maiorē ruinis: et domū minorē scissionibus. Nūquid currere queūt in petris equi: aut arari potest in bubalis? Quoniā cōuertistis in amaritudinē iudiciū ⁊ fructū iusticie i absinthium: qui letamini in nichilo: qui dicitis. Nūquid nō in fortitudie nr̄a assumpsimꝰ nobis cornua? Ecce enim suscitabo sup vos domus israhel dicit dominus deus exercituū gentem: et conteret vos ab introitu emath usq3 ad torrentem deserti. VII

Hec ostendit michi dominus deus. Et ecce fictor locuste in principio germinātiū serotini ybris: et ecce serotinus post tonsorē

P II III IIII S

gregis. Et factū est cū consūmasset comedē
herbā terre dixi. Dn̄e deus propicius esto ob-
secro. Quis suscitabit iacob qr paruulus
est? Misertus est dominus sup hoc. Non
erit dixit dominus. Hec ostēdit michi dn̄s
deus. Et ecce vocabat iudiciū ad ignē dn̄s
deus: et deuorauit abissū multā: et comedit
simul partē. Et dixi. Domine deus quiesce
obsecro. Quis suscitabit iacob qr paruul⁹
est? Misertus est dominus sup hoc. Sed ⁊
istud nō erit dixit dominus deus. Hec ostē-
dit michi dominus deus. Et ecce dn̄s stās
sup murū litū: ⁊ in manū eius trulla cemen-
tarij. Et dixit dominus ad me. Quid tu vi-
des amos? Et dixi. Trullam cemētarij. Et
dixit dn̄s. Ecce ego ponam trullā in medio
populi mei israhel. Nō adiciā vltra super
inducere eū: et demolientur excelsa ydoli ⁊
sanctificationes israhel desolabūtur: et cōsur-
gā sup domū iheroboaz in gladio. Et misit
amasias sacerdos bethel ad iheroboā regē
israhel dicēs. Rebellauit contra te amos in
medio domus israhel. Nō poterit terra su-
stinere vniuersos sermones eius. Hec enī
dicit amos. In gladio morietur iheroboaz:
et israhel captiuus migrabit de terra sua. Et
dixit amasias ad amos. Qui vides gradē-
re: fuge in terrā iuda ⁊ comede ibi panem
et ꝓphabis ibi: et in bethel nō adicies vltra
ut ꝓphetes qr sanctificatio regis est ⁊ dom⁹
regni ē. Rn̄ditq3 amos: ⁊ dixit ad amasiā.
Non sū ꝓpheta ⁊ non sum filius ꝓphete: sed
armētarius ego sū vellicans sicomoros. Et
tulit me dominus deus cū sequerer gregē:
⁊ dixit dn̄s ad me. Vade ꝓpheta ad poplm
meū israhel. Et nūc audi verbū domini. Tu
dicis nō ꝓphabis sup israhel: et nō stillabis
sup domū ydoli. Propter hoc hec dic̄ dn̄s.
Vxor tua in ciuitate fornicabitur: et filij tui
et filie tue in gladio cadēt: et humus tua fu-
niculo metiet̄. Et tu i terra polluta morieris:
et isrl' captiuus migrbit de t'ra sua. VIII

Hec ostēdit michi dominus deus. Et
ecce vncinus pomorū. Et dixit. Quid
tu vides amos? Et dixi. Vncinū pomorū. Et
dixit dn̄s ad me. Venit finis sup populum
meū israhel. Nō adiciā vltra ut ptranseam
eū. Et stridebūt cardines templi in die illa
dicit dn̄s deus. Multi morietur: in om̄i loco
ꝓicietur silentiū. Audite hoc qui conteritis
pauperē: ⁊ deficere facitis egenos terre di-
centes. Quādo transibit messis ⁊ venūda-
bimus merces. et sabbatū ⁊ aperiemus fru-
mētū: ut imminuamus mensurā ⁊ augeam⁹
siclū ⁊ supponamus stateras dolosas: ut pos-
sideamus in argēto egenos et pauperes ꝓ
calciamentis ⁊ quisquilias frumēti vendam⁹?
Iurauit dn̄s in supbia iacob: si oblitus fuero
usq3 ad finē om̄ia opera eorū. Nūquid sup
isto nō cōmouebitur terra: et lugebit omnis
habitator eius? Et ascendet quasi fluuius
vniuersus: et eicietur et defluet quasi riuus
egipti. Et erit in die illa dicit dn̄s occidet sol
meridie: et tenebrescere faciā terram in die
luminis. Et cōuertā festiuitates vestras in lu-
ctū: ⁊ om̄ia cātica vestra in planctū. Et indu-
cam super om̄e dorsū vestrū saccū: ⁊ sup om̄e
caput caluiciū. Et ponam eā quasi luctū vni-
geniti: et nouissima eius quasi diem amarū.
Ecce dies veniūt dicit dn̄s ⁊ emittam famē
in terrā: nō famē panis neq3 sitim aque: sed
audiendi verbū domini. Et cōmouebuntur a
mari usq3 ad mare: et ab aquilone usq3 ad
orientē circuibūt querētes verbū dn̄i: et non
inuenient. In die illa deficiēt v'gines pulcre
et adolescentes in siti qui iurant in delicto sa-
marie ⁊ dicūt. Viuit deus tuus dan: et viuit
via bersabee. Et cadēt: ⁊ nō resurgent vltra.

Vidi dn̄m stantem sup altare. Et IX
dixit. Percute cardinē: et cōmoueātur
sup liminaria. Auaricia enim in capite oīm:
et nouissimū eorū in gladio interficiā. Non
erit fuga eis. Fugient: et nō saluabit̄ ex eis
qui fugerit. Si descenderit usq3 ad infernū
inde manus mea educet eos: et si ascende-
rint usq3 in celū inde detraham eos. Et si ab-
sconditi fuerint in v'tice carmeli inde scrutās
auferā eos: et si celauerint se ab oculis meis
in ꝓfundū maris: ibi mādabo serpenti ⁊ mor-
debit eos. Et si abierint in captiuitatē corā
inimicis suis ibi mandabo gladio ⁊ occidet
eos: et ponam oculos meos sup eos i malū
et nō in bonū. Et dn̄s deus exercituū qui tan-
git terrā ⁊ tabescit: ⁊ lugebūt om̄es habitā-
tes in ea. Et ascendet sicut riuus omnis: et
defluet sicut fluuius egipti. Qui edificat in

celo ascensionē suā: et fasciculū suū sup terram fundabit. Qui vocat aquas maris: et effundit eas sup faciē terre. Dn̄s nomen eius. Nunquid nō ut filij ethiopum vos estis michi filij israhel ait dn̄s? Nunquid non israhel ascendere feci de terra egipti: et palestinos de cappadocia: et syros de cyrene? Ecce oculi domini dei sup regnū peccans: et conteram illud a facie terre. Veruntamen conterens nō conterā domū iacob dicit dn̄s. Ecce enim mādabo ego: et concutiā in omnibus gētibꝰ domū israhel sicut concutit̄ triticū in cribro: et non cadet lapillus super terrā. In gladio morientur om̄es pctōres populi mei: qui dicunt nō appropinquabit: et non veniet sup nos malum. In die illa suscitabo tabernaculū david quod cecidit: et reedificabo aperturas murorū eius: et ea q̄ corruerant instaurabo. Et reedificabo eum sicut in diebꝰ antiquis: ut possideāt reliquias ydumee et om̄es nacōes: eo ꝙ invocatū sit nomē meū sup eos dic̄ dn̄s faciēs hec. Ecce dies veniēt dic̄ dn̄s: et cōphendet arator messorē: et calcator uve mittentē semē. Et stillabunt mōtes dulcedinē: et om̄es colles culti erūt. Et cōvertā captivitatē populi mei israhel: et edificabūt civitates desertas et inhabitabūt: et plantabūt vineas et bibēt vinū earū: et facient ortus et comedēt fructus eorū. Et plātabo eos sup humū suā: et nō evellā eos ultra de terra sua quā dedi eis dic̄ dn̄s deus tuus.

Explicit amos pp̄ha Incipit abdias pp̄ha.

Visio abdie. Hec dicit dominꝰ deus ad edom. Auditū audivimus a domino: et legatū ad gētes misit. Surgite: et cōsurgamus adv̄sus eū in preliū. Ecce parvulū dedi te in gentibꝰ. Contēptibilis tu es valde. Superbia cordis tui extulit te habitantē in scissuris petrarū: exaltantē soliū tuū. Qui dicis in corde tuo. Quis detrahet me in terrā? Si exaltatus fueris ut aquila: et si inter sidera posueris nidū tuū: inde detrahā te dicit dominꝰ. Si fures introissent ad te si latrones p noctē: quō cōticuisses? Nonne furati essent sufficientia sibi? Si vindemiatores introissent ad te: nūquid saltē racemos reliquissent tibi? Quō scrutati sūt esau? Investigaverunt abscondita eius. Usqȝ ad terminum emiserunt te: omnes viri federis tui illuserūt tibi. Invaluerūt adversū te viri pacis tue. Qui comedūt tecū: ponēt insidias subter te. Non est prudētia in eo. Nūquid nō in die illa dicit dn̄s perdam sapientes de ydumea: et prudentiā de monte esau? Et timebunt fortes tui a meridie: ut intereat vir de mōte esau: ppter interfectōnem et ppter iniquitatē in fratrem tuū iacob. Operiet te cōfusio: et peribis in eternū. In die cū stares adversus eum quando capiebant alieni exercitum eius et extranei ingrediebāt̄ portas eius et sup ierusalē mittebāt sortē: tu quoqȝ eras quasi unus ex eis. Et non despicies in die fratris tui: in die pegrinacōnis eius. Et non letaberis sup filios iuda in die pdicōis eorū: et nō magnificabis os tuū in die angustie. Neqȝ ingredieris portā ppli mei in die ruine eorū: neqȝ despicies et tu i malis eius in die vastitatis illiꝰ. Et nō emitteris adv̄sus exercitū eius i die vastitatis illiꝰ: neqȝ stabis in exitibus ut interficias eos q̄ fugerint. Et nō cōcludes reliquos eius in die tribulacōis: quoniā iuxta est dies domini sup om̄es gentes. Sicut fecisti fiet tibi: retribucōem tuam convertam in caput tuū. Quomodo enim bibistis sup montē sanctū meū: bibent om̄es gentes iugiter: et bibent et absorbebunt: et erūt quasi nō sint. Et in monte syō erit salvatio: et erit sanctus. Et possidebit domus iacob eos qui possederant. Et erit domus iacob ignis: et domus ioseph flamma: et domus esau stipula. Et succendētur in eis et devorabūt eos: et nō erūt reliquie domus esau: ꝙ dominus locutus ē. Et hereditabūt hij qui ad austrū sunt montē esau: et qui in cāpestribus philistijm: et possidebūt regionē ephraim et regionē samarie. Et beniamin possidebit galaad: et transmigratio exercitus huius filiorū israhel omnia loca chananeorū usqȝ ad sareptam: et transmigratio ierusalē que in bosforo ē possidebit civitates austri. Et ascēdēt salvatores in montē syō iudicare montē esau: et erit dn̄o regnū. Expl̄. abdias pp̄ha.

Incipit Jonas pp̄heta. Capitulū primū.

IONAS

Et factū est verbū dñi ad ionā filiuȝ amathi dicēs. Surge: ⁊ vade in niniuen ciuitatem grandem. et predica in ea: qꝛ ascendit malicia eius corā me. Et surrexit ionas: ut fugeret in tharsis a facie domini. Et descēdit ioppen: et inuenit nauē euntē in tharsis. Et dedit naulū eius: et descendit in eā ut iret cū eis in tharsis a facie domini. Dñs autē misit ventū magnū in mare: et facta est tempestas magna in mari: ⁊ nauis piclitabatᷣ cōteri. Et timuerūt naute: et clamauerūt viri ad deū suū: et miserūt vasa que erant in naui in mare. ut alleuiaretᷣ ab eis. Et ionas descēdit ad interiora nauis: et dormiebat sopore graui. Et accessit ad eū gubernator: et dixit ei. Quid tu sopore depmeris? Surge inuoca deuȝ tuū: si forte recogitet deus de nobis ⁊ nō pereamꝰ. Et dixit vir ad collegam suū. Venite et mittamus sortes: et sciamus quare hoc malū sit nobis. Et miserūt sortes: et cecidit sors sup ionam. Et dixerūt ad eū. Indica nobis cuius causa malū istud sit nobis. Quod est opus tuū que terra tua: et quo vadis vel ex quo pplo es tu? Et dixit ad eos. Hebreus ego sum: et dominū deū celi ego timeo qui fecit mare et aridam. Et timuerūt viri timore magno: et dixerūt ad eū. Quid hoc fecisti? Cognouerūt enim viri qꝛ a facie domini fugeret: qꝛ indicauerat eis ionas. Et dixerunt ad eum. Quid faciemus tibi: et cessabit mare a nobis? Quia mare ibat et intumescebat. Et dixit ad eos. Tollite me ⁊ mittite in mare: et cessabit mare a vobis. Scio enim ego: qm̄ ppter me tempestas hec grandis venit sup vos. Et remigabāt viri ut reuerterentᷣ ad aridam ⁊ nō valebāt: qꝛ mare ibat et intumescebat sup eos. Et clamauerūt ad dñm: et dixerūt. Quesumus domine ne peamus in aīa viri istius: et ne des sup nos sanguīeȝ innocentem: quia tu domine sicut voluisti fecisti. Et tulerunt ionā ⁊ miserunt in mare: et stetit mare a feruore suo. Et timuerunt viri timore magno dominū: et immolauerunt hostias domino: et vouerūt vota. II

Et pparauit dominus piscem grandē: ut deglutiret ionam. Et erat ionas in ventre piscis tribꝫ diebꝫ ⁊ tribꝫ noctibꝫ. Et orauit ionas ad dominū deum suū de ventre piscis. Et dixit. Clamaui de tribulacōe mea ad dominū: et exaudiuit me. De vētre inferi clamaui: et exaudisti voceȝ meā. Et piecisti me in pfundū in corde maris: et flumen circūdedit me. Omnes gurgites tui ⁊ fluctus tui sup me transierūt. Et ego dixi. Abiectus sum a ꝯspectu oculoꝝ tuoꝝ. Veruntamen rursus videbo tēplū sanctū tuū. Circūdederūt me aque usqꝫ ad aīam: abissus vallauit me: pelagus opuit caput meū. Ad extrema montiū descendi: terre vectes concluserunt me in eternū: et subleuabis de corruptione vitam meam domine deus meus. Cū angustiaretᷣ in me anima mea dñi recordatus sū: ut veniat ad te oratio mea ad tēplū sanctū tuū. Qui custodiūt vanitates: frustra misericordiam suā derelinquūt. Ego aūt in voce laudis immolabo tibi: quecūqꝫ voui reddā pro salute mea domino. Et dixit dñs pisci: et euomuit ionam in aridam. III

Et factum est verbū domini ad ionam secundo dicēs. Surge: et vade ad niniuen ciuitatē magnā: et pdica in ea pdicationem quā ego loquor ad te. Et surrexit ionas: et abijt in niniuen iuxta vbū domini. Et niniue erat ciuitas magna itinere dieꝝ triū. Et cepit ionas introire ciuitatē itinē diei vnius: ⁊ clamauit ⁊ dixit. Adhuc quadragita dies: et niniue subūtetᷣ. Et crediderūt viri niniuite in domino: et pdicauerūt ieiuniū: ⁊ vestiti sūt saccis a maiore usqꝫ ad minorē. Et peruenit verbū ad regem niniue. Et surrexit de solio suo: et abiecit vestimentū suū a se et indutus est sacco ⁊ sedit in cinere: et clamauit ⁊ dixit in niniue ex ore regis ⁊ principū eius dicēs. Homines ⁊ iumēta ⁊ boues et pecora nō gustent quicꝗ nec pascantᷣ et aquā nō bibāt: et operiātᷣ saccis homines ⁊ iumēta clamēt ad dominum in fortitudine: et conuertatur vir a via sua mala ⁊ ab iniquitate que ē in manibꝫ eoꝝ. Quis scit si cōuertatᷣ et ignoscat deus ⁊ reuertatur a furore ire sue: ⁊ nō peribimus? Et vidit deus opera eoꝝ qꝛ conuersi sunt de via sua mala: et misertus est deus

T

vii

viii

P

ſup maliciã quã locutus fuerat ut facẽt eiſ:
Et afflictus ē io- et nõ fecit. IIII
nas afflictõe magna: ⁊ iratus ē ⁊ ora-
uit ad dñm: et dixit. Obſecro dñe: nũquid
non hoc eſt verbuʒ meũ cũ adhuc eſſem in
terra mea? Propter hoc preoccupaui ut fu-
gerem in tharſis. Scio enim ꝙ tu deus cle-
mens ⁊ miſericors es: patiẽs ⁊ multe miſe-
racõnis ⁊ ignoſcens ſup malicia. Et nunc
domine tolle queſo animã meã a me: quia
melior eſt michi mors ꝗ̃ vita. Et dixit dñs.
Putaſne bene iraſcaris tu? Et egreſſus eſt
ionas de ciuitate: et ſedit contra orientem
ciuitatis. Et fecit ſibimet vmbraculum ibi: ⁊
ſedebat ſubter illud in vmbra: donec vide-
ret quid accideret ciuitati. Et ꝑparauit do-
minus deus ederam: et aſcendit ſup caput
ione ut eſſʒ vmbra ſup caput eius: et ꝓtege-
ret eũ. Laborauerat enim. Et letatus eſt io-
nas ſuper edera leticia magna. Et parauit
deus vermem aſcenſu diluculi in craſtinuʒ:
et ꝑcuſſit ederam ⁊ exaruit. Et cũ ortus fuiſ-
ſet ſol ꝓcepit dominus vento calido ⁊ vrẽti:
et ꝑcuſſit ſol ſup caput ione: et eſtuabat. Et
petiuit anime ſue ut moreret᷑. Et dixit. Me-
lius eſt michi mori ꝗ̃ viuere. Et dixit dñs
ad ionam. Putaſne bene iraſcaris tu ſuper
ederaʒ? Et dixit. Bene iraſcor ego uſqʒ ad
mortẽ. Et dixit dominus. Tu doles ſup ede-
ra in qua nõ laboraſti neqʒ feciſti ut creſce-
ret. que ſub vna nocte nata ē et ſub vna no-
cte perijt: et ego nõ parcam niniue ciuitati
magne. in qua ſunt plus ꝗ̃ centumuiginti-
milia hominum. qui neſciunt quid ſit inter
dexteram et ſiniſtraʒ ſuam ⁊ iumẽta multa?

Expl. Jonas ꝓpha. Incipit micheas ꝓpha.

Verbũ domini qđ factũ
eſt ad micheam mora-
ſtiten in diebꝰ ioathã
achaʒ ezechie regum
iuda: quod vidit ſup
ſamariam ⁊ iherusalẽ.
Audite populi omnes.
et attendat terra ⁊ plenitudo eius: et ſit do-
minus deus vobis in teſtem: dñs de tẽplo
ſancto ſuo. Quia ecce dominus egredietᷓ
de loco ſuo: et deſcendet ⁊ calcabit ſup excel-
ſa terre. Et ꝯſumentᷓ montes ſubtus eum:
et valles ſcindentur ſicut cera a facie ignis:
ſicut aque que decurrũt in ꝓceps. In ſcelẽ
iacob omne iſtđ: et in peccatis domus iſrahel.
Quod ſcelus iacob? Nõne ſamaria? Et
que excelſa iude? Nõne iherusalẽ? Et ponã
ſamariaʒ quaſi aceruũ lapidũ in agro cum
plantatur vinea: et detrahã in vallẽ lapides
eius. Et fundamẽta eius reuelabo: et omnia
ſculptilia eius ꝯcidẽtur. Et omnes mercedes
eius igne ꝯburẽtur: et omnia ydola eius po-
nam in ꝑditionẽ: ꝗꝛ de mercedibꝰ meretricis
ꝯgregata ſũt: ⁊ uſqʒ ad mercedẽ meretricis
reuertentur. Sup hoc plangã et vlulabo:
vadam ſpoliatus ⁊ nudus. Faciã planctum
velut draconum: et luctum quaſi ſtrutionũ.
Quia deſperata eſt plaga eius: quia venit
uſqʒ ad iudam: tetigit portã populi mei uſqʒ
ad iherusalẽ. In geth nolite annunciare: la-
crimis ne ploretis. In domo pulueris pul-
uere vos conſꝑgite: et tranſite: vobis habi-
tatio pulcra: confuſa ignominia. Non eſt
egreſſa que habitat in exitu. Planctũ domus
vicine accipiet ex vobis q̃ ſtetit ſibimet: ꝗꝛ
infirmata eſt in domũ que habitat in amari-
tudinibꝰ. Quia deſcendit malũ a domino
in portam iherusalẽ: tumultus quadrige ſtu-
poris habitanti lachis. Principiũ peccati ē
filie ſyon: ꝗꝛ in te inuẽta ſũt ſcelera iſrl. Pro-
ptea dabit emiſſarios ſup hẽditatẽ geth:
domus mendacij in deceptõnem regibus
iſrahel. Adhuc heredem adducã tibi q habi-
tas in mareſa: uſqʒ odollã veniet gloria iſrl.
Decaluare ⁊ tondere ſuper filios deliciarum
tuarum: dilata caluicium tuum ſicut aquila:
quoniã captiui ducti ſunt ex te. II
Ve qui cogitatis inutile: et operamini
malum in cubilibꝰ veſtris. In luce matutina
faciũt illud: quoniã contra dñm eſt manus
eoꝝ. Et ꝯcupierũt agros ⁊ violẽter tulerũt
et rapuerũt domos: et calumniabantᷓ virũ
et domũ eius: virũ ⁊ hereditatẽ eius. Idcir-
co hec dicit dominus. Ecce ego cogito ſup
familiã iſtam malũ vnde nõ auferetis colla
veſtra: et non ambulabitis ſupbi: quoniam
tempus peſſimũ eſt. In die illa ſumetur ſup
vos parabola: et cantabitur canticũ cũ ſuaui-
tate dicentiũ. De populacõne vaſtati ſumꝰ.
Pars populi mei ꝯmutata eſt. Quomodo

II

S III

IIII

b

recedet a me· cũ reuertat' q̃ regiones nr̃as
diuidat? Propter hoc non erit tibi mittẽs
funiculũ sortis in cetu domini israhel. Ne lo-
quamini loquẽtes. Nõ stillabit sup istos:
non cõphendet confusio dicit domus iacob.
Nũquid abreuiatus ẽ spũs domini: aut
tales sũt cogitacões eius? Nõne verba
mea bona sunt cum eo qui recte graditur?
Et ecõtrario populus meus in aduersariũ
consurrexit. De sup tunicã palliũ sustulistis:
et eos qui transiebãt simpliciter ɔuertistis
in bellũ. Mulieres populi mei eiecistis de do-
mo deliciaꝝ suaꝝ: a paruulis eaꝝ tulistis
laudem meã in ꝑpetuũ. Surgite ⁊ ite: quia
non habetis hic requiẽ. Propter immundi-
ciam eius corrũpet' putredine pessima. Vti-
nam nõ essem vir habens spm̃: ⁊ mẽdaciũ
potius loquerer. Stillabo tibi in vinũ et in
ebrietatẽ: et erit sup quẽ stillatur ꝑpl's iste.
Congregacõne ɔgregabo iacob totũ te: in
vnũ conducã reliquias israhel. Pariter po-
nam illũ quasi gregẽ in ouili: quasi pecus in
medio caulaꝝ. Tumultuabũtur a multitu-
dine hominũ. Ascendet enim pandẽs iter
ante eos. Diuident ⁊ transibũt portã: ⁊ egre-
dient' ꝑ eam. Et transibit rex eorum coraȝ
eis: ⁊ dominus in capite eoꝝ.

III

Et dixi. Audite principes iacob: ⁊ du-
ces domus israhel. Nunquid non vestrum
est scire iudiciũ· qui odio habetis bonum ⁊
diligitis malũ: qui violenter tollitis pelles
eoꝝ de sup eis· et carnẽ eoꝝ desup ossibus
eoꝝ? Qui ɔmederũt carnẽ ꝑpli mei· ⁊ pellẽ
eoꝝ desup excoriauerũt: ⁊ ossa eoꝝ confre-
gerũt: et ɔciderũt sicut in lebete ⁊ quasi car-
nem in medio olle. Tũc clamabũt ad dñm
et non exaudiet eos: ⁊ abscondet faciẽ suã
ab eis in tempore illo: sicut nequiter egerũt
in adinuentionib' suis. Hec dicit dominus.
Sup ꝑphetas qui seducũt populũ meũ: qui
mordent dentib' suis ⁊ ꝑdicant pacem. Et
si quis non dederit in ore eoꝝ quippiã: san-
ctificant sup eũ pliũ. Propterea nox vobis
ꝑ visione erit: et tenebre vobis ꝑ diuinati-
one. Et occũbet sol sup ꝑphas: ⁊ obtenebra-
bitur sup eos dies. Et ɔfundẽtur q̃ vident
visiones: et ɔfundent' diuini. Et operient
vultus suos omẽs: q2 non est responsũ dei.
Veruntamen ego repletus sũ fortitudine
spũs domini· iudicio et virtute: ut annũciem
iacob scelus suũ: et israhel peccatũ suũ. Audi-
te hoc principes domus iacob ⁊ iudices do-
mus israhel: qui abominamini iudiciũ· et oĩa
recta ꝑuertitis. Qui edificatis syon in san-
guinib': et iherusalẽ in iniquitate. Pñcipes
eius in muneribus iudicabant: et sacẽdotes
eius in mercede docebant. Et ꝑphete eius
in perpetuum diuinabant: et super dominũ
requiescebant dicẽtes. Nunq̃d nõ dñs in
medio nostrum? Nõ veniet sup nos mala.
Propter hoc causa vestri· syon quasi ager
arabitur: et ihrl'm quasi aceruus lapidũ erit:
et mõs tẽpli in excelsa siluaꝝ.

IIII

Et in nouissimo dieꝝ erit mõs domus
domini ꝑparatus in vertice montiũ: et sublimis
sup colles. Et fluẽt ad eũ popl'i: et ꝑperabũt
gentes multe ⁊ dicẽt. Venite ascendamus
ad montẽ domini: et ad domum dei iacob.
Et docebit nos de vijs suis: ⁊ ibimus in semi-
tis eius. Quia de syon egrediet' lex: et ver-
bũ domini de iherusalẽ. Et iudicabit inter po-
pulos multos: et corripiet gentes fortes us-
q3 in longinquũ. Et concidẽt gladios suos
in vomeres: et hastas suas in ligones. Nõ
sumet gens aduersũ gentẽ gladiũ: et non
discent vltra belligerare. Et sedebit vir sub-
tus vineã suã ⁊ subtus ficũ suã: et non erit q̃
deterreat: q2 os domini exercituũ locutũ est.
Quia omẽs populi ambulabũt vnusquisq3
in noĩe dei sui: nos autem ambulabimus in
nomine domini dei nostri in eternũ et vltra.
In die illa dicit dñs ɔgregabo claudicãtẽ: et
eã quã eiecerã colligã: et quã afflixerã ɔsola-
bor. Et ponã claudicantẽ in reliquias: et eã q̃
laborauerat in gentẽ robustã. Et regnabit
dominus sup eos in mõte syon: ex hoc nunc
⁊ usq3 in eternũ. Et tu turris gregis nebulo-
sa filia syon usq3 ad te veniet: et veniet ꝑ tãs
prima regnũ filie iherusaleȝ. Nunc quare
merore cõtraheris? Nũquid rex nõ est tibi·
aut consiliarius tuus periit: q2 comphendit
te dolor sicut parturiẽtẽ? Dole ⁊ satage filia
syon quasi parturiẽs: q2 nũc egredieris de
ciuitate: ⁊ habitabis in regione: ⁊ venies usq3
ad babilonẽ. Ibi liberaberis: ibi redimet te
dominus de manu inimicoꝝ tuoꝝ. Et nunc

III

congregate sūt sup te gentes multe: que dicūt lapidetur: et aspiciat in syon oculus noster. Ipsi autē nō cognouerūt cogitacōnes dn̄i: et nō intellexerūt consiliū eius: qꝛ congregauit eos quasi fenū aree. Surge et tritura filia syō: qꝛ cornu tuū ponā ferreū: et vngulas tuas ponam ereas. Et comminues populos multos et interficies dn̄o rapinas eoꝝ et fortitudinem eoꝝ dn̄o vniuerse terre.

V

in loco suo i ihrusalē: ⁊ saluabit dn̄s taber=
nacula iuda sicut in pn̄cipio: ut nō magnifi=
ce glorietur domus dauid: et gloria habitan=
tiū ihrlm̄ contra iudā. In die illo ptegет do=
minus habitatores ihrlm̄. Et erit qui offen=
derit ex eis in die illa quasi dauid: et domus
dauid quasi dei: sicut angelus dn̄i in ɔspcū
eius. Et erit in die illa querā ɔterere omēs
gentes que veniūt contra ihrusalē: ⁊ effun=
dam sup domū dauid ⁊ super habitatores
ihrlm̄ spiritū gratie ⁊ precū. Et aspicient ad
me quē confixerūt: et plangēt eū planctu
quasi sup vnigenitū: et dolebūt sup eum ut
doleri solet in morte pmogeniti. In die illa
magnus erit planctus in ihrusalem sicut
plāctus adremmō in campo magedon. Et
plāget terra: familie ⁊ familie seorsū. Fami=
lie domus dauid seorsū: et mlieres eoꝝ seor=
sū. Familie domus nathan seorsū: ⁊ mlieres
eoꝝ seorsū. Familie domus leui seorsū: ⁊ mu=
lieres eoꝝ seorsū. Familie semei seorsum: et
mlieres eoꝝ seorsū. Omēs familie reliq̄: fami=
lie ⁊ familie seorsū: et mlieres eoꝝ seorsum.

XIII

In die illa erit fons patēs domus
dauid ⁊ habitātibꝰ ihrusalē: in ablutionē
pccōris et mēstruate. Et erit in die illa dicit
dn̄s exercituū disperdā nomīa ydoloꝝ de
terra: et nō memorabūtur vltra. Et pseudo
ρphetas et spm̄ immundū auferam de terra.
Et erit cū ρphetauerit quispiā vltra: dicent
ei pr̄ eius et mater eius qui genuerūt eum.
Nō viues: qꝛ mendaciū locutus es in no=
mine dn̄i. Et configent eū pr̄ eius et mater
eius genitores eius cū ρphetauerit. Et erit:
in die illa ɔfundentur ρphete vnusquisqꝫ ex
visione sua cū ρphetauerint: nec operietur
pallio saccino ut mentiantur. Sed dicet:
nō sum ρpheta. Homo agricola ego sū: qm̄
adam exemplū meū ab adolescentia mea.
Et dicetur ei. Quid sūt plage iste in medio
manuū tuaꝝ? Et dicet. His plagatus sū
in domo eoꝝ qui diligebāt me. Framea su=
scitare sup pastorē meū: et sup virū coheren=
tem michi dicit dn̄s exercituū. Percute pa=
storem: et dispgentur oues. Et conuertam
manū meā ad paruulos: et erūt in omī ter=
ra dicit dn̄s. Partes due in ea dispgentur et
deficiēt: et tercia pars relinquetur in ea. Et du=
cam terciā partē p ignē: ⁊ vram eos sicut vri=
tur argentū: et pbabo eos sicut pbatur aurū.
Ipe vocabit nomē meū: et ego exaudiā eū.
Et dicā. ρplus meus es: et ipe dicet. Dominus
deus meꝰ.

XIIII

Ecce dies veniūt dicit dn̄s: ⁊ diuidentur spolia tua in me=
dio tui. Et congregabo omnes gentes ad
ihrusalē in preliū: et capietur ciuitas ⁊ vasta=
buntur domus: et mulieres violabuntur. Et
egredietur media pars ciuitatis in captiui=
tatē: et reliquū populi non auferetur ex vrbe.
Et egredietur dn̄s ⁊ p̄liabitur contra gētes
illas: sicut p̄liatus est in die certaminis. Et
stabūt pedes eius in die illa sup montē oli=
uaꝝ: q̄ est contra ihrusalē ad orientem. Et
scindetur mons oliuaꝝ ex media parte sui
ad orientē ⁊ ad occidentē p̄rupto grandi
valde. Et separabitur mediū montis ad aq̄=
lonē: et mediū eius ad meridiē. Et fugietis
ad vallem montiū eoꝝ: quoniā coniungetur
vallis montiū usqꝫ ad pximū. Et fugietis
sicut fugistis a facie terremotus in diebus
ozie regis iuda. Et veniet dominus deus me=
us: omesqꝫ sancti cū eo. Et erit: in die illa nō
erit lux sed frigus ⁊ gelu. Et erit dies vna
que nota est domino: non dies neqꝫ nox: et
in tempore vesperi erit lux. Et erit: in die illa
exibūt aque viue de ihrusalē. Mediū eaꝝ
ad mare orientale: et mediū eaꝝ ad mare
nouissimū. In estate ⁊ in hyeme erūt: et erit
dominus rex sup omēz terrā. In die illa erit
dn̄s vnus: et erit nomē eius vnū. Et reuerte=
tur omīs terra usqꝫ ad desertum: de colle rem=
mon ad austrū ihrusalem. Et exaltabitur et
habitabit in loco suo a porta beniamin usqꝫ
ad locuz porte prioris ⁊ usqꝫ ad portam an=
guloꝝ: ⁊ a turre ananehel usqꝫ ad torcularia
regis. Et habitabūt i ea: ⁊ anathema nō erit
ampliꝰ. Sed sedebit ihrlm̄ secura: ⁊ hec erit

plaga qua pcutiet dn̄s om̄es gentes q̄ pu=
gnauerūt aduſus ihrl̄m. Tabeſcet caro vni=
uſcuiuſqꝫ ſtantis ſup pedes ſuos : et oculi
eius contabeſcent in foraminib⁹ ſuis : et lin=
gua eoꝝ contabeſcet in ore ſuo . In die illa
erit tumultus dn̄i magnus in eis : et apphen=
det vir manū proximi ſui : et conſeretur ma=
nus eius ſup manū proximi ſui. Sed ⁊ iu=
das pugnabit aduerſus ihrl̄m. Et congre=
gabuntur diuicie omniū gentiū in circuitu:
aurū et argentū et veſtes multe ſatis . Et ſic
erit ruina equi et muli et cameli et aſini et o=
mniū iumētoꝝ que fuerint in caſtris illis : ſi=
cut ruina hec . Et om̄es qui reliqui fuerint
de vniuerſis gentib⁹ que venerūt cōtra ihe=
ruſalem : aſcendent ab anno in annū · ut ad=
orent regem dn̄m exercituū : et celebrent fe=
ſtiuitates tabernaculoꝝ. Et erit qui non a=
ſcenderit de familijs terre ad ihrl̄m ut ad=
orent regem dn̄m exercituū : nō erit ſuper
eos ymber . Quod et ſi familia egipti non
aſcenderit ⁊ non venerit : nec ſuper eos erit.
Sed erit ruina qua pcutiet dn̄s om̄es gē=
tes : q̄ nō aſcēderint ad celebrandā feſtiui=
tatē tabnaculoꝝ. Hoc erit pcc̄m egipti et
hoc pcc̄m omniū gentiū : q̄ non aſcēderint
ad celebrandā feſtiuitatē tabnaculoꝝ. In
die illa erit qđ ſuper frenū eſt equi ſanctū
dn̄o : et erūt lebetes in domo dn̄i quaſi phya=
le coram altari . Et erit om̄is lebes in ihrl̄m
et in iuda ſanctificatus dn̄o exercituū. Et ve=
nient om̄es immolantes et ſument ex eis :
et coquent in eis . Et nō erit mercator vltra
in domo dn̄i exercituum in die illo. Explicit
zacharias pph̄a. Incipit malachias pph̄a.

Onus verbi domini ad
iſrahel in manu mala=
chie prophete. Dilexi
vos dicit dn̄s. Et di=
xiſtiſ. In quo dilexiſti
nos ? Nonne frater e=
rat eſau iacob dicit do=
minus ? Et dilexi iacob : eſau autē odio ha=
bui. Et poſui ſepr mōtes eius in ſolitudinē :
et hereditatē eius in dracones deſerti. Quod
ſi dixerit ydumea deſtructi ſumus ſꝫ reuerten=
tes edificabimus q̄ deſtructa ſūt : hec dicit
dominus exercituū . Iſti edificabūt : et ego
deſtruā . Et vocabūtur termini iniquitatis :
et populus cui iratus eſt dn̄s uſqꝫ in eternū.
Et oculi veſtri videbūt : et vos dicetis . Ma=
gnificetur dn̄s ſup terminū iſrahel. Filius ho=
norat patrem : et ſeruus dn̄m ſuū . Si ergo
pater ego ſum vbi eſt honor meus : et ſi dn̄s
ego ſū · vbi ē timor meus dicit dn̄s exercituū ?
Ad vos o ſacerdotes : qui deſpicitis nomen
meū. Et dixiſtis. In quo deſpeximus nomen
tuū ? Offertis ſup altare meū panē pollutū.
Et dicitis. In quo polluimus te ? In eo ꝙ di=
citis : menſa dn̄i deſpecta ē . Si offeratis ce=
cum ad immolandū : nonne malū eſt ? Et ſi
offeratis claudū et languidū : nōne malum
eſt ? Offer illud duci tuo : ſi placuerit ei · aut
ſi ſuſceperit faciē tuā dicit dn̄s exercituū. Et
nūc depꝑcamini vultū dei ut miſereat᷑ veſtri :
de manū enim vr̄a factū eſt hoc : ſi quo modo
ſuſcipiat facies veſtras dicit dn̄s exercituū.
Quis eſt in vobis q̄ claudat oſtia et incen=
dit altare meū gratuito ? Non eſt michi
volūtas in vobis dicit dn̄s exercituū : et mu=
nus nō ſuſcipiā de manū veſtra. Ab ortu enim
ſolis uſqꝫ ad occaſū magnū eſt nomē meū
in gentib⁹ : et in om̄i loco ſanctificat᷑ et offer=
tur nomi meo oblatio mūda : ꝙ magnū no=
men meū in gentib⁹ dicit dn̄s exercituū . Et
vos polluiſtis illud in eo ꝙ dicitis mēſa do=
mini contaminata eſt : et qđ ſuppomt᷑ contē=
ptibile eſt cū igne qui illud deuorat . Et di=
xiſtis. Ecce de labore : et exſufflaſtis illud di=
cit domin⁹ exercituū. Et intuliſtis de rapinis
claudū ⁊ languidū : et intuliſtis mun⁹ . Nū=
quid ſuſcipiā illud de manū veſtra dicit dn̄s ?
Maledictus doloſus q̄ habet in grege ſuo
maſculū : et votū faciēs immolat debile dn̄o.
Quia rex magnus ego dicit dn̄s exercituū :
et nomen meum horibile in gentibus . II

Et nūc ad vos mādatū hoc o ſacerdo=
tes. Si nolueritis audire et ſi nolueri=
tis ponē ſup cor ut detis gl'am nomi meo ait
dn̄s exercituū : mittā in vos egeſtatē ⁊ male=
dicam bn̄dictionib⁹ vr̄is : et maledicam illis
qm̄ nō poſuiſtis ſup cor. Ecce ego proiciam
vobis brachiū : et diſpgam ſup vultū vr̄m
ſtercus ſolemnitatū vr̄aꝝ : et aſſumet vos ſe=
cū. Et ſcietis ꝙ miſi ad vos mandatū iſtud :
ut eſſꝫ pactū meū cū leui dicit dn̄s exercituū.

Pactū meū fuit cū eo vite et pacis: et dedi ei timorē ⁊ timuit me: ⁊ a facie nominis mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore eius: ⁊ iniquitas non est inuēta in labijs eius. In pace ⁊ in equitate ambulauit mecū: et multos auertit ab iniquitate. Labia enim sacerdotis custodiūt scientiā: et legē requirent ex ore eius: q͛ angelus dn̄i exercituū est. Vos autem recessistis de via: et scandalizastis plurimos in lege. Irritū fecistis pactū leui: dicit dn̄s exercituū. Propter quod ⁊ ego dedi vos contēptibiles ⁊ humiles omībꝫ ꝑplis: sicut non seruastis vias meas: et accepistis faciem in lege. Nunquid non pater vnus omniū nostrū? Nūquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisqꝫ nostrū fratrē suū: violās pactū patrum nostrorū? Transgressus est iudas ⁊ abominatio facta est in israhel et in iherusalem: q͛ contaminauit iudas sanctificacōem domini quā dilexit: et habuerūt filiā dei alieni. Disperdat dn̄s virū qui fecerit hoc: magistrū et discipulū de tabernaculo iacob. et offerētem munus domino exercituū. Et hoc rursū fecistis. Operiebatis lacrimis altare domini fletu ⁊ mugitu: ita ut non respiciā vltra ad sacrificiū: nec accipiā placabile quid de manū vestra. Et dixistis. Quā ob causam? Quia dn̄s testificatus est inter te ⁊ vxorē pubertatis tue: quā tu despexisti. Et hec particeps tua et vxor federis tui. Nonne vnus fecit: ⁊ residuū spūs eius est? Et quid vnus q̄rit nisi semē dei? Custodite ergo spiritū v̄rm: et vxorē adolescentie tue noli despicere. Cū odio habueris dimitte: dicit dn̄s deus isrl. Operiet autē iniquitas vestimentū eius: dicit dn̄s exercituū. Custodite spiritū vestrū: ⁊ nolite despicere. Laborare fecistis dn̄m in sermonibꝫ vestris. Et dixistis. In quo eum fecimus laborare? In eo q͛ dicitis. Omnis q̄ facit malū bonus est in cōspectu domini: et tales ei placēt. Aut cte: vbi ē deus iudicij?

III

Ecce ego mittā angelū meū: et p̄parabit viā āte faciē meā. Et stati veniet ad templū suū dn̄ator quē vos q̄ritis: et angelus testamenti quē vos vultis. Ecce venit: dicit dn̄s exercituū. Et quis poterit cogitare diē aduentus eius? Et quis stabit ad videndū eū? Ipse enim quasi ignis conflans: et quasi herba fullonū. Et sedebit cōflans ⁊ emūdās argentū: et purgabit filios leui. Et colabit eos quasi aurū ⁊ quasi argentū: et erūt dn̄o offerentes sacrificia in iusticia. Et placebit domino sacrificiū iuda et iherusalem sicut dies seculi: et sicut ān̄i antiqui. Et accedā ad vos in iudicio: et ero testis velox maleficis ⁊ adulteris et periuris: et qui calūniant᷑ mercedē mercēnarij: ⁊ humiliāt viduas ⁊ pupillos ⁊ opprimūt pegrinū: nec timuerunt me dicit dn̄s exercituum. Ego enim dn̄s ⁊ nō mutor: et vos filij iacob non estis ꝯsumpti. A diebꝫ enim patrū vrorū recessistis a legitimis meis: et nō custodistis. Reuertimini ad me ⁊ reuertar ad vos: dicit dn̄s exercituū. Et dixistis in quo reuertemur? Si affiget homo deū: q͛ vos ꝯfigitis me. Et dixistis? In quo ꝯfigimus te? In decimis ⁊ in primitijs ⁊ in penuria. Vos maledicti estis: et me vos configitis gens tota. Inferte omē decimā in horreū: et sit cibus in domo mea: et ꝓbate me sup hoc dic dn̄s. Si non aperuero vobis catharactas celi: et effudero vobis benedictōez usqꝫ ad abūdantiā. Et increpabo ꝓ vobis deuorantē: et non corrūpet fructū terre vestre: nec erit sterilis vinea in agro dicit dn̄s exercituum. Et beatos vos dicent omēs gentes. Eritis enī vos terra desiderabilis dicit dn̄s exercituū. Inualuerūt sup me v̄ba vestra dicit dn̄s. Et dixistis. Quid locuti sumus contra te? Dixistis: Vanus est qui seruit deo. Et qd̄ emolimentū q͛ custodiuimus p̄cepta eius: et q͛ ambulauimus tristes corā dn̄o exercituū? Ergo nūc beatos dicimus arrogātes. Siquidē edificati sūt faciētes impietates: ⁊ temptauerūt deū et salui facti sūt. Tūc locuti sūt timētes deum: vnusquisqꝫ cū ꝓximo suo. Et attendit dominus ⁊ audiuit: et scriptus est liber monumēti coram eo timentibꝫ dn̄m et cogitantibꝫ nomē eius. Et erunt michi ait dn̄s exercituū in die qua ego faciā in peculiū: et parcam eis sicut parcit vir filio suo seruiēti sibi. Et ꝯuertimini et videbitis qd̄ sit inter iustū ⁊ impiū: ⁊ inter seruientē deo ⁊ nō seruientē ei.

IIII

Ecce enim dies veniet succensa quasi caminus: et erūt

oēs ſupbi ⁊ oēs facientes impietatē ſtipula. Et inflammabit eos dies veniēs dicit dn̄s exercituū: q̄ nō derelinquet eis radicē ⁊ germen. Et orietur vob timētib nomē meū ſol iuſticie: et ſanitas in pēnis eius. Et egrediemini ⁊ ſalietis ſicͣ vituli de armēto: ⁊ calcabitis impios cū fuerit cinis ſb plāta pedū vroꝝ in die qua ego facio dicit dn̄s exercituū. Memētote legis moyſi ſui mei: quā mādaui ei in oreb ad omnē iſrl̄. pcepta ⁊ iudicia. Ecce ego mittā vobis helyam ꝓphetam: anteq̄ veniat dies dn̄i magnus et horribilis. Et cōuertet cor patrū ad filios: et cor filioꝝ ad patres eoꝝ: ne forte veniam et percutiā terrā anathemate. Expl. malachias ꝓpha.

Incipit ꝓlogus beati Jeronimi preſbiteri In libros Machabeorum.

Machabeoꝝ libri duo prenotant ꝓlia. inter hebreoꝝ duces gentēq; pſaꝝ: pugnā quoq; ſabbatoꝝ. ⁊ nobiles machabei ducis triūphos: ex cuius nomīe et libri iidem ſūt nūcupati. Hec q̄ hiſtoria continet etiā inclita illa geſta machabeoꝝ fratrū: qui ſub antiocho rege pro ſacris legibus dira tormenta ꝑpeſſi ſūt. Quos mater pia dum diuerſis ſupplicijs vrgerentur non ſolum non fleuit: ſed et gaudens hortabatur ad gloriam paſſionis. Explicit ꝓlogus. Incipit liber pͥmus machabeoꝝ.

Et factum eſt poſtq̄ percuſſit allexander philippi rex macedo qui primus regnauit in grecia egreſſus de terra cethim dariū regem pſaꝝ et medoꝝ. conſtituit prelia multa: et obtinuit omniū municōnes: et interfecit reges terre. Et pertranſijt uſq; ad fines terre: et accepit ſpolia multitudinis gentiū: et ſiluit terra in conſpectu eius. Et ꝯgregauit virtutē et exercitū fortem nimis: et exaltatū eſt et eleuatū cor eius: et obtinuit regiones gentiū ⁊ tirānos et facti ſūt illi in tributū. Et poſt hec decidit in lectū: et cognouit quia moreretͬ. Et vocauit pueros ſuos nobiles qui ſecū erāt nutriti a iuuētute ſua: et diuiſit illis regnū ſuū cum adhuc viueret. Et regnauit allexander annis duodecim: et mortuus eſt. Et obtinuerūt pueri eius regnū vnuſquiſq; in loco ſuo: et impoſuerūt oēs ſibi diademata poſt mortē eius ⁊ filij eoꝝ poſt eos annis multis: et multiplicata ſūt mala in terra. Et exijt ex eis radix peccati. antiochus illuſtris filius antiochi regis qui fuerat rome obſes: et regnauit in anno centeſimotriceſimo ⁊ ſeptīo regni grecoꝝ.

III

In diebꝰ illis exierūt ex iſrl̄ filij iniqui: et ſuaſerūt multis dicētes. Eamꝰ et diſponamus teſtamentū cū gentibꝰ que circa nos ſūt: q̄ ex quo receſſimus ab eis inuenerūt nos multa mala. Et bonus viſus ē ſermo in oculis eoꝝ. Et deſtinauerūt aliqui de populo ⁊ abierūt ad regem: et dedit illis poteſtatē. ut faceret iuſticiā gentiū. Et edificauerūt gymnaſiū in iheroſolimis ſecundū leges nationū. et fecerūt ſibi ꝑpucia: et receſſerūt a teſtamēto ſancto. et iuncti ſūt nationibus: et venūdati ſūt ut facerent malū.

IIII

Et paratū eſt regnū in cōſpectu antiochi: et cepit regnare in terra egipti: ut regnaret ſup duo regna. Et intrauit in egiptū in multitudine graui in curribus ⁊ elephantis et equitibus: et copioſa nauiū multitudine. Et conſtituit bellū aduſus ptolomeū regē egipti: et veritus ē ptolomeus a facie eius ⁊ fugit: et ceciderūt vulnerati multi. Et compͥhendit ciuitates munitas in terra egipti: et accepit ſpolia terre egipti.

V

Et conuertit antiochus poſtq̄ ꝑcuſſit egiptū in centeſimo ⁊ quadrageſimo ⁊ tercio anno ⁊ aſcendit ad iſrahel: et aſcendit iheroſolimis in multitudine graui. Et intrauit in ſanctificationem cū ſupbia: et accepit altare aureū et candelabrū luminis et vniūſa vaſa eius ⁊ menſam ꝓpoſicionis et libatoria ⁊ fialas ⁊ mortariola aurea ⁊ velū et coronas et ornamētum aureū qd̄ in facie templi erat: et cōminuit oīa.

VI

Et accepit argentū ⁊ aurū ⁊ vaſa concupiſcibilia: et accepit theſauros occultos quos inuenit: et ſublatis oībꝰ abijt in terrā ſuā. Et fecit cedem hominū: et locutus eſt in ſupbia magna. Et factus eſt planctus magnus in iſrahel: et in omni loco eoꝝ. Et ingemuerūt pͥncipes et ſeniores: et iuuenes ⁊ ꝟgines infirmati ſūt: et ſpecioſitas mulierū immutata eſt. Omnis

maritus sūpsit lamentū: et q̄ sedebāt in tho-
ro maritali lugebāt. Et cōmota ē terra sup
habitantes in ea: et vniūsa domus iacob in-
duit cōfusionē. Et post duos annos dierꝝ
misit rex pn̄cipē tributorꝝ in ciuitates iuda:
et venit ihrlm cū turba magna. Et locutus
est ad eos verba pacifica in dolo: et credide-
rūt ei. Et irruit sup ciuitatē repente: et pcus-
sit eam plaga magna: et pdidit ppl'm mul-
tū ex isrl'. Et accepit spolia ciuitatis: et succē-
dit eā igni. Et destruxit domos eius et mu-
ros eius in circuitu: et captiuas duxerūt mu-
lieres ⁊ natos: et pecora possederūt. Et edi-
ficauerūt ciuitatē dauid muro magno ⁊ fir-
mo ⁊ turribꝫ firmis: et facta ē illis in arcem.
Et posuerūt illic gentē peccatricē viros ini-
quos: et ꝯualuerūt in ea. Et posuerūt arma
et escas: et ꝯgregauerūt spolia ihrlm ⁊ repo-
suerūt illic: et facti sūt in laqueū magnū. Et
factū est hoc ad insidias sanctificationi et
in diabolū magnū in israhel semp. Et effude-
rūt sanguinē innocentē per circuitū sanctifi-
cationis: et ꝯtaminauerūt sanctificationem.
Et fugerūt habitatores ihrlm ꝑpter eos: et
facta est habitacō exterorꝝ et facta ē exte-
ra semini suo: et nati eius reliquerunt eam.
Sanctificatio eius desolata est sicut solitu-
do: dies festi eius ꝯuersi sūt in luctū: sabba-
ta eius in opprobriū: honores eius in nichi-
lū. Secundū gloriam eius multiplicata est
ignominia eius: et sublimitas eius ꝯuersa
est in luctū. Et scripsit rex antiochus omni
regno suo: ut esset omnis ppl'us vnus. Et reli-
querūt vnusquisqꝫ legem suā: et ꝯsenserūt
omnes gentes scd'm verbū regis antiochi.
Et multi ex israhel cōsenserūt ei: et sacrifica-
uerūt ydolis: et coinq̄nauerūt sabbatū. Et
misit rex antiochus libros p manus nūcio-
rū in ihrlm ⁊ in omnes ciuitates iude: ut se-
querētur leges gentiū terre: et phiberent
olocausta ⁊ sacrificia ⁊ placationes fieri in
templo dei: et phiberent celebrari sabbatū
et dies solēnes. Et iussit coinq̄nari sancta:
et sanctū ppl'm israhel. Et iussit edificari aras
et templa et ydola et immolari carnes suil-
las et pecora cōmunia: et relinquere filios
suos incircūcisos ⁊ coinq̄nari animas eorꝝ
in omībꝫ immūdicijs ⁊ abominacōibꝫ: ita
ut obliuiscerent̄ legem et immutarēt omēs
iustificationes dei. Et quicūqꝫ nō fecissent se-
cundū verbū regis antiochi morerent̄. Se-
cundū omīa verba hec scripsit omni regno
suo: et ꝑposuit pn̄cipes populo qui hec fieri
cogerent. Et iusserūt ciuitatibꝫ iude sacrifi-
care. Et ꝯgregati sūt multi de populo ad eos
q̄ dereliquerāt legē dn̄i: et fecerūt mala sup
terrā: et effugauerunt ppl'm isrl' in abditis et
in absconditis fugitiuorꝝ locis. Die quīta de-
cima mensis casleu. quīto et quadragesimo
et centesimo anno edificauit rex antiochus
abominandū ydolū desolacōis sup altare
dei: et per vniūsas ciuitates iude in circuitu
edificauerūt aras: et ante ianuas domorꝝ et
in plateis incendebant thura ⁊ sacrificabāt.
Et libros legis dei cōbusserūt igni scinden-
tes eos: et apud quēcunqꝫ inueniebant̄ li-
bri testamenti dn̄i et quicūqꝫ obseruabat le-
gem dn̄i: scd'm edictū regis trucidabāt eū.
In virtute sua faciebāt hec populo israhel: q̄
inueniebatur in omī mense in ciuitatibꝫ. Et
quīta ⁊ vicesima die mensis sacrificabāt su-
per aram que erat contra altare: et mulieres
que circūcidebāt filios suos trucidabātur
scd'm iussum regis antiochi. Et suspendebāt
pueros a ceruicibꝫ p vniūsas domos eorꝝ:
et eos qui circūciderant illos trucidabant.
Et multi de ppl'o israhel diffinierūt apud se.
ut nō mādūcarent immūda: et elegerūt ma-
gis mori q̄ cibis coinq̄nari immūdis: et no-
luerūt infringē legem dei sanctā. et trucida-
ti sūt. Et facta ē ira magna sup ppl'm valde.

II

In diebus illis surrexit mathathias
filius iohannis filij symeonis sacerdos ex fi-
lijs ioarim ab ierusalē: et consedit in mōte
modin. Et habebat filios quīqꝫ: iohānan q̄
cognomiabat̄ gaddis. ⁊ symonē q̄ cogno-
minabat̄ thasi. et iudam qui vocabat̄ ma-
chabeus: et eleazarū qui cognomiabat̄ ab-
aron. et ionathan q̄ cognomiabat̄ apphus.
Hij viderūt mala que fiebant in ppl'o iuda
et in ihrlm. Et dixit matathias: Ve michi.
Ut quid natus sū videre ꝯtritionē populi
mei et ꝯtritionē ciuitatis sancte. et sedere il-
lic cū datur in manibꝫ inimicorꝝ: Sancta
in manū extraneorꝝ facta sūt: templū eius si-
cut hō ignobilis: Vasa glorie eius captiua

adducta sūt: trucidati sūt senes eius in pla-
teis: et iuuenes eius ceciderunt in gladio
inimicoꝝ. Que gens non hereditauit re-
gnū eius: et nō obtinuit spolia eius? Omis
cōpositio eius ablata est. Que erat libera.
facta ē ancilla. Et ecce sancta nr̄a ⁊ pulcri-
tudo nr̄a ⁊ claritas nr̄a desolata est: et co in-
quinauerūt eam gentes. Quo ergo nobis
adhuc viuēs? Et scidit vestimmenta sua ma-
tathias ⁊ filij eius: et operuerūt se cilicijs: et
planxerūt valde.

VI

Et venerūt illuc qui missi
erant a rege antiocho: ut cogerent eos qui
confugerant in ciuitatē modin immolare et
accendē thura: et a lege dei discedē. Et mul-
ti de pplo israhel consentiētes accesserūt ad
eos: sed matathias ⁊ filij eius cōstāter ste-
terūt. Et respondentes q̄ missi erant ab an-
tiocho dixerūt matathie. Princeps et cla-
rissimus ⁊ magnus es in hac ciuitate: et or-
natus filijs ⁊ fratribꝫ. Ergo accede prior et
fac iussum regis sicut fecerūt om̄es gētes et
viri iuda ⁊ qui remāserūt in ihr̄lm: et eris
tu ⁊ filij tui inter amicos regis: et amplifica-
tus auro ⁊ argento ⁊ muneribꝫ multis.

VII

Et
respondit matathias: et dixit magna voce.
Et si omnes gentes regi antiocho obediūt
ut discedat vnusquisqꝫ a seruitute legis pa-
trū suoꝝ ⁊ cōsentiant mandatis eius: ego
et filij mei ⁊ frēs mei obediemus legi patrū
nr̄oꝝ. Propicius sit nobis deus: nō est no-
bis vtile relinquē legem ⁊ iusticias dei. Nō
audiemus verba regis antiochi: nec sacrifi-
cabimus transgrediētes legis nr̄e manda-
ta: ut eamus altera via. Et ut cessauit loqui
verba hec: accessit quidā iudeus in omniū
oculis sacrificare ydolis sup aram in cītate
modin scđm iussum regis. Et vidit matathi-
as ⁊ doluit: et cōtremuerūt renes eius. Et ac-
census est furor eius scđm iudiciū legis: et
insiliens trucidauit eū sup aram. Sed ⁊ vi-
rū quē rex antiochus miserat qui cogebat
immolari occidit in ipo tempore ⁊ aram de-
struxit: et zelatus est legem sicut fecit finees
zambri filio salomi. Et exclamauit matathi-
as voce magna in ciuitate dicens. Omis q̄
zelū habet legis statuens testamentū exeat
post me. Et fugit ipe ⁊ filij eius in montes:
et reliquerūt quecūqꝫ habebant in ciuitate.

VIII

Tunc descenderūt multi querentes iudiciū
et iusticiā in desertū: et sederūt ibi ipsi ⁊ filij
eius ⁊ mulieres eoꝝ ⁊ pecora eoꝝ: qm̄ indu-
rauerūt sup eos mala. Et renunciatū ē viris
regis ⁊ exercitui q̄ erāt in ihr̄lm ciuitate da-
uid: qm̄ discessissent viri quidā qui dissipa-
uerūt mandatū regis in loca occulta in deser-
to: et abissent post illos multi. Et statim pre-
xerunt ad eos: et constituerūt aduersus eos
preliū in die sabbatoꝝ. Et dixerūt ad eos.
Resistitis ⁊ nūc adhuc? Exite: et facite secū-
dū verbū regis antiochi ⁊ viuetis. Et dixe-
rūt. Non exibimus: neqꝫ faciemus verbum
regis ut polluamus diem sabbatoꝝ. Et cō-
citauerūt adūsus eos preliū: et nō respōde-
rūt illis. nec lapidē miserūt in eos nec oppi-
lauerunt loca occulta dicentes. Moriamur
om̄es in simplicitate nr̄a: et testes erūt super
nos celū ⁊ terra qđ iniuste perditis nos. Et
intulerūt illis bellum sabbatis: et mortui sūt
ipsi ⁊ vxores eoꝝ ⁊ filij eoꝝ ⁊ pecora eoꝝ:
usqꝫ ad mille animas hominū. Et cognouit
matathias ⁊ amici eius: ⁊ luctū habuerūt
sup eos valde.

P

Et dixit vir pximo suo. Si
omnes fecerimus sicut fratres nostri fecerūt
et non pugnauerimus adūsus gentes pro
animabꝫ nostris ⁊ iustificationibꝫ nostris: ci-
cius disperdent nos a terra. Et cogitauerūt
in die illa dicentes. Omis homo quicūqꝫ ve-
nerit ad nos in bello die sabbatoꝝ pugne-
mus adūsus eū: et nō moriemur om̄es sicut
mortui sunt fratres nostri in occultis.

II

Tunc
congregata est ad eos sinagoga iudeoꝝ
fortis viribus ex israhel: om̄is volūtarius in
lege et om̄es qui fugiebant a malis additi
sunt ad eos: et facti sūt illis ad firmamentū.
Et collegerūt exercitū: et pcusserūt pccores
in ira sua ⁊ viros iniquos in indignatione
sua: et ceteri fugerūt ad nationes ut euade-
rent. Et circuiuit matathias ⁊ amici eius et
destruxerūt aras: et circūciderūt pueros in-
circūcisos quotquot inuenerūt in finibꝫ isra-
hel in fortitudine. Et psecuti sūt filios supbie:
et psperatū est opus in manibꝫ eoꝝ. Et ob-
tinuerūt legē de manibꝫ gentiū ⁊ de manibꝫ
regū: et non dederūt cornu peccatori.

III

Et ap-
propinquerūt dies matathie moriendi: et
dixit filijs suis. Nunc confortata ē supbia

et castigatio: et tempus euersionis ⁊ ira in-
dignationis. Nūc ergo o filij emulatores
estote legis: ⁊ date animas vestras pro te-
stamento patrū. Et memētote operū patrū
que fecerūt in gn̄acionibꝫ suis: et accipietis
gloriam magnā ⁊ nomē eternū. Abrahaȝ
nōne in temptacōe inuētus est fidelis: ⁊ re-
putatū est ei ad iusticiā: Joseph in tempoē
angustie sue custodiuit mandatū: et factꝰ
est dn̄s egipti. Finees pater noster zelādo
zelū dei accepit testamentū sacerdotij eterni.
Jhesus dū impleuit v̄bū fc̄us est dux in isrl̄.
Caleph dū testificatur in ecc̄ia accepit he-
reditatē. David in sua misericordia cōsecu-
tus est sedē regni in secula. Helias dū zelat
zelū legis, receptus ē in celū. Ananias aza-
rias ⁊ misahel credētes liberati sūt de flāma.
Daniel in sua simplicitate liberatus ē de ore
leonū. Et ita cogitate p̱ generacōnem et
gn̄acionē: q̄ omes qui sperant in eū non in-
firmantur. Et a verbis viri pc̄c̄oris ne timue-
ritis: quia gloria eius stercus et vermis est.
Hodie extollit̄ et cras nō inuenietur: quia
conu̇sus est in terrā suā: ⁊ cogitacō eius pe-
rijt. Vos ergo filij cōfortamini ⁊ viriliter agi-
te in lege: q̄ cū feceritis q̄ vobis p̄cepta sūt
in lege a domino deo vestro: in ipa gloriosi
eritis. Et ecce simon frater vr̄ scio q̄ vir con-
silij est. Ipm̄ audite semp̱: et ipse erit vobis
pater. Et iudas machabeus fortis viribus
a iuuētute sua sit vobis princeps milicie: ⁊
ipse aget bellū p̱pli. Et adducetis ad vos
om̄es factores legis: et vindicate vindictā
populi vestri. Retribuite retribucōem genti-
bus: ⁊ intēdite in p̄ceptū legis. Et b̄n̄dixit
eos: et appositus est ad p̄res suos. Et defun-
ctus ē centesimo ⁊ quadragesimosexto an-
no: et sepultus ē a filijs suis in sepulcris pa-
trum suorum in modin: et planxerunt eum
omnis israhel planctu magno.

III

Et surrexit iudas qui vocabatur ma-
chabeus filius eius pro eo: ⁊ adiuua-
bant eū omnes fratres eius et vniūsi qui se
coniunxerāt patri eius: et p̄liabantur p̄liuȝ
israhel cū leticia. Et dilatauit gloriā populo
suo: ⁊ induit se loricam sicut gigas ⁊ succin-
xit se arma bellica sua in p̄lijs: et p̱tegebat
castra gladio suo. Similis factus ē leoni
in operibꝫ suis: et sicut catulus leonis rugiēs
in venacōne. Et p̱secutus ē iniquos p̱scrutās
eos: et qui conturbabāt populū suū, eos suc-
cendit flammis: et repulsi sūt inimici eius p̱
timore eius. Et om̄es op̱arij iniquitatis cō-
turbati sūt: et directa est salus in manū eius.
Et exacerbabat reges multos: et letificabat
iacob in opibus suis: et in seculū memoria
eius in benedictōne. Et p̱ambulabat ciuita-
tes iuda ⁊ p̱didit impios ex eis: et auertit
iram ab israhel. Et nominatus est usq̄ȝ ad no-
uissimū terre: et congregauit pereūtes. Et
congregauit appolonius gentes: et a sama-
ria virtuteȝ multā ⁊ magnā ad bellandū cō-
tra israhel. Et cognouit iudas ⁊ exijt obuiā
illi: et p̱cussit ⁊ occidit illū ⁊ ceciderūt vulne-
rati multi ⁊ reliqui fugerūt: ⁊ accepit spolia
eoꝝ. Et gladiū appolonij abstulit iudas: ⁊
erat pugnās in eo om̄ibꝫ diebꝫ. Et audiuit
seron princeps exercitus sirie: q̄ cōgregauit
iudas cōgregacōem fideliū ⁊ ecclesiam secū.
Et ait. Faciā michi nomē ⁊ glorificabor in
regno: ⁊ debellabo iudā ⁊ eos q̄ cū ipo sūt:
qui spernebant verbū regis. Et p̱parauit se:
et ascenderūt cū eo castra impioꝝ fortes au-
xiliarij ut facerent vindictā in filios israhel.
Et appropinquauerūt usq̄ȝ bethorō: ⁊ exiuit
iudas obuiā illis cū paucis. Ut autē vide-
rūt exercitū venientē sibi obuiā: dixerūt iude.
Quomodo poterimus pauci pugnare cō-
tra multitudinē tantā ⁊ tā fortē? Et nos fati-
gati sumus ieiunio hodie. Et ait iudas. Faci-
le est concludi multos in manū paucoꝝ: et
nō est differentia in conspectu dei celi libera-
re in multis ⁊ in paucis: quoniā non in multi-
tudine exercitus victoria belli: s̄ȝ de celo forti-
tudo est. Ipi veniūt ad nos in multitudine
contumaci ⁊ sup̱bia: ut disp̱dant nos ⁊ vxo-
res nostras ⁊ filios nostros: et ut spolient
nos. Nos vero pugnabimus p̱ animabus
nostris ⁊ legibꝫ nostris: et ipe dn̄s cōteret
eos ante faciē nr̄am. Vos aūt ne timueritis
eos. Ut cessauit autē loqui insiluit in eos
subito: et contritus est seron ⁊ exercitus eius
in conspectu ipius: et p̱secutus est eū in de-
scensu bethoron usq̄ȝ in campū. Et ceciderūt
ex eis octingenti viri: reliqui aūt fugerunt
in terrā philistiim. Et cecidit timor iude ac

fratrũ eius ⁊ formido sup omẽs gentes · in
circuitu eoꝝ: ⁊ puenit ad regẽ nomẽ eius:
et de prelijs iude narrabant omẽs gentes.
Ut audiuit autez rex antiochus ꝯmones
istos iratus est animo: et misit ⁊ ꝯgregauit
exercitũ vniũsi regni sui castra fortia valde.
Et aperuit erariũ suũ: et dedit stipendia exẽ-
citui in annũ: et mandauit illis ut essent pa-
rati ad omnia. Et vidit ꝙ defecit pecunia de
thesauris suis: et tributa regionis modica
ꝑpter dissensionẽ ⁊ plagam quã fecit in ter-
ra: ut tolleret legitima que erãt a p̃mis die-
bus. Et timuit ne nõ haberet ⁊ semel ⁊ bis
in sũptus et donatiua que dederat ante lar-
ga manu: et abũdauerat sup reges q̃ ante
eũ fuerãt. Et ꝯsternatus erat animo valde:
et cogitauit ire in ꝑsidem ⁊ accipere tributa
regionũ: et ꝯgregare argentũ multũ. Et re-
liquit lysiam hominẽ nobilẽ de genẽ regali
sup negocia regia a flumine eufraten usqꝫ
ad flumen egipti: et ut nutriret antiochũ fi-
liũ suũ donec rediret. Et tradidit ei mediũ
exercitũ ⁊ elephantos: et mandauit ei de o-
mnibꝫ que volebat ⁊ de inhabitantibꝫ iude-
am et ihrl'm: et ut mitteret ad eos exercitũ
ad cõterendã et extirpandã virtutẽ israhel.
et reliquias ihrl'm. et auferendã memoriam
eoꝝ de loco: et ut ꝯstitueret habitatores fi-
lios alienigenas in omnibꝫ finibꝫ eoꝝ: et sor-
te distribueret terrã eoꝝ. Et rex assumpsit
partem exercitus residui. et exiuit ab antio-
chia ciuitate regni sui anno cẽtesimo ⁊ qua-
dragesimo septimo: et trãsfretauit eufraten
flumen: et ꝑambulabat superiores regio-
nes. Et elegit lysias ptholomeũ filiũ dorimi-
ni et nychanorẽ et gorgiam viros potentes
ex amicis regis: et misit cũ eis quadragin-
ta milia viroꝝ et septẽ milia equitũ: ut veni-
rent in terrã iuda et disꝑderent eam sc'dm
verbũ regis. Et processerũt ut irent cũ vni-
uersa virtute sua: et venerũt ⁊ applicuerunt
ammaũ in terra campestri. Et audierũt mer-
catores regionũ nomen eoꝝ: et acceperũt
argentũ ⁊ aurũ multũ valde ⁊ pueros. et ve-
nerũt in castra ut acciperent filios israhel in
seruos: et additi sũt ad eos exercitus sirie
et terre alienigenaꝝ. Et vidit iudas ⁊ fra-
tres eius ꝙ multiplicata sũt mala: et exerci-
tus applicabat ad fines eoꝝ: et cognouerũt
verba regis que mandauit populo facere
in interitũ et consũmationẽ. Et dixerũt vnus-
quisqꝫ ad ꝓximũ suũ. Erigamus deiectionẽ
populi nostri: et pugnemus pro populo no-
stro et sanctis nostris. Et congregatus est
conuẽtus ut essent parati in preliũ: et ut ora-
rent ⁊ peterent misericordiã ⁊ miserationes.
Et ihrl'm nõ habitabatur: sꝫ erat sicut desertũ.
Non erat q̃ ingrederet' et egrederet' de na-
tis eius: et sanctũ conculcabat'. Et filij alie-
nigenaꝝ erãt in arce: ibi erat habitatio gen-
tiũ. Et ablata est voluptas a iacob: et defecit
ibi tibia ⁊ cithara. Et ꝯgregati sũt ⁊ venerũt
in masphat contra ihrl'm. ꝙ locus oracõnis
erat in masphat ante in israhel. Et ieiunaue-
rũt illa die: et induerũt se cilicijs ⁊ cinerem
imposuerũt capiti suo: et dissuerũt vestimen-
ta sua. Et expanderũt libros legis de quibꝫ
scrutabant' gentes similitudinẽ simulacro-
rũ suoꝝ: ⁊ attulerũt ornamẽta sacerdotalia
et p̃micias ⁊ decimas: et suscitauerũt nazare-
os qui impleuerãt dies. Et clamauerũt voce
magna in celũ dicentes. Quid faciemus
istis: et quo eos ducemus? Et sancta tua cõ-
culcata sũt ⁊ contaminata sũt: et sacerdotes
tui facti sũt in luctũ ⁊ in humilitatẽ. Et ecce
nationes ꝯuenerũt aduẽsum nos: ut nos dis-
ꝑdant. Tu scis que cogitant in nos. Quõ
poterimus subsistẽ ante faciem eoꝝ: nisi tu
deus adiuues nos? Et tubis exclamauerũt
voce magna. Et post hec ꝯstituit iudas du-
ces populi: tribunos ⁊ centuriones ⁊ penta-
contarchos et decuriones. Et dixit hijs qui
edificabant domos et sponsabant vxores et
plantabãt vineas ⁊ formidolosis: ut redirẽt
vnusquisqꝫ in domũ suã sc'dm legem. Et mo-
uerunt castra: et collocauerũt ad austrũ am-
maũ. Et ait iudas. Accingimini ⁊ estote filij
potentes. et estote parati in mane ut pugne-
tis aduẽsus nationes has que ꝯuenerũt dis-
perdẽ nos et sancta nostra: qm̃ melius est
nos mori in bello: ꝙ videre mala gentis nr̃e
et sanctoꝝ. Sicut aũt fuerit volũtas in celo
sic fiat. IIII
Et assumpsit gorgias quinqꝫ milia viroꝝ: ⁊ mille equi-
tes electos. Et mouerũt castra nocte ut appli-
carent ad castra iudeoꝝ: ⁊ ꝑcuterent eos

subito. Et filij qui erant ex arce erant illis duces. Et audiuit iudas: et surrexit ipse et potentes ꝑcutere ꝟtutem exercituū regis: que erant in ammaū. Adhuc enim dispsus erat exercitus a castris. Et venit gorgias in castra iude noctu: ⁊ neminē inuenit. Et querebat eos in montibꝰ: quoniā dixit: fugiūt hij a nobis.

VII

Et cū dies factus esset apparuit iudas in campo cū tribꝰ milibꝰ viroꝝ tantū: qui tegumēta ⁊ gladios non habebāt. Et viderūt castra gentiū valida: et loricatus et equitatus in circuitu eoꝝ: ⁊ hij docti ad p̄liū. Et ait iudas viris qui secū erant. Ne timueritis multitudinē eoꝝ: et impetū eoꝝ ne formidetis. Mementote qualiter salui facti sūt p̄res nostri in mari rubro: cū sequeretur eos pharao cū exercitu multo. Et nūc clamemus in celū ⁊ miserebit͛ nostri dn̄s: ⁊ memor erit testamenti patrū nr̄oꝝ ⁊ conteret exercitū istū ante faciē nostrā hodie: et sciēt om̄es gentes qꝛ ē deus qui redimat ⁊ liberet israhel.

VIII

Et leuauerūt alienigene oculos suos: et viderunt eos venientes ex aduerso. Et exierūt de castris in preliū: ⁊ tuba cecinerūt hij qui fuerant cū iuda. Et congressi sunt: et contrite sūt gentes ⁊ fugerūt in campum. Nouissimi autē ceciderūt in gladio: ⁊ persecuti sūt eos usqꝫ gezeron ⁊ usqꝫ in campos ydumee ⁊ azoti et iamnie: et ceciderūt ex illis usqꝫ ad tria milia viroꝝ. Et reuersus est iudas: ⁊ exercitus eius sequēs eū. Dixitqꝫ ad populū. Non concupiscatis spolia: qꝛ bellum contra nos est: et gorgias ⁊ exercitus eius ꝓpe nos in montibꝰ: sed state nunc contra inimicos nr̄os ⁊ expugnate eos: ⁊ sumetis postea spolia securi. Et adhuc loquente iuda hec: ecce apparuit pars quedā ꝓspiciēs de monte.

P

Et vidit gorgias qꝛ in fugā conuersi sunt sui: et succensa sunt castra. Fumus enim qui videbatur declarabat qđ factū ē. Quibꝰ illi conspectis timuerūt valde: aspicientes simul ⁊ iudam ⁊ exercitū in campo paratū ad p̄liū. Et fugerūt om̄es in campo alienigenaꝝ: et iudas reuersus est ad spolia castroꝝ. Et acceperunt aurū multū ⁊ argentū ⁊ iacinctū ⁊ purpurā marinā ⁊ opes magnas: ⁊ conuersi ymnū canebāt ⁊ bn̄dicebant deū in celū quoniā bonus ē: quoniā in seculū misericordia eius. Et facta est salus magna in israhel in die illa. Quicūqꝫ autē alienigenaꝝ euaserūt: venerūt ⁊ nūciauerūt lysie vniuersa q̄ acciderāt. Quibꝰ ille auditis consternatus animo deficiebat: qꝛ non q̄lia voluit talia cōtigerūt in israhel: et qualia mandauit rex.

II

Et sequēti anno congregauit lysias viroꝝ electoꝝ sexaginta milia ⁊ equitum quinqꝫ milia: ut debellaret eos. Et venerūt in iudeā: ⁊ castra posuerūt in bethoron: ⁊ occurrit illis iudas cū decē milibꝰ viris. Et viderūt exercitū fortē: ⁊ orauit ⁊ dixit. Bn̄dictus es saluator israhel qui contriuisti impetum potentis in manu serui tui dauid: et tradidisti castra alienigenaꝝ in manu ionathe filij saul ⁊ armigeri eius. Conclude exercitū istū in manu populi tui israhel: et confundātur in exercitu suo ⁊ equitibꝰ. Da illis formidinē: et tabefac audaciā ꝟtutis eoꝝ: ⁊ commoueāt͛ contritione sua. Deice illos gladio diligentiū te: et collaudēt te omnes qui nouerunt nomē tuū in ymnis. Et commiserūt p̄liū: et ceciderūt de exercitu lysie quinqꝫ milia viroꝝ.

III

Videns aūt lysias suoꝝ fugā ⁊ iudeoꝝ audaciam ⁊ qꝛ parati sūt aut viuere aut mori fortiter: abijt antiochiam ⁊ elegit milites: ut multiplicati rursus venirent in iudeā.

S

Dixit autē iudas ⁊ fratres eius. Ecce contriti sunt inimici nostri: ascendamus nūc mūdare sancta ⁊ renouare. Et congregatus est om̄is exercitus: ⁊ ascenderūt in montē syon. Et viderūt sanctificationē desertā ⁊ altare ꝓphanatū ⁊ portas exustas: ⁊ in atrijs ꝟgulta nata sicut in saltu ⁊ vel in mōtibꝰ: ⁊ pastoforia diruta. Et sciderūt vestimēta sua ⁊ planxerunt planctu magno: et imposuerūt cinerē super caput suū ⁊ ceciderūt in faciē sup terrā: ⁊ exclamauerūt tubis signoꝝ ⁊ clamauerūt in celū.

IIII

Tūc ordinauit iudas viros ut pugnarent aduersus eos qui erant in arce: donec emūdarēt sancta. Et elegit sacerdotes sine macula voluntatē habentes in lege dei: et mūdauerūt sancta: et tulerūt lapides contaminationis in locū immundū. Et cogitauit de altari olocaustoꝝ qđ ꝓphanatū erat: quid de eo faceret. Et incidit illi consilium bonū ut destrueret illud: ne forte illis esset in opprobriū quia contaminauerūt illud gētes:

et demoliti sunt illud. Et reposuerunt lapides in montem domus in loco apto: quoadusq; veniret ꝓpheta ⁊ responderet de eis. Et acceperūt lapides integros scōm legē: et edificauerūt altare nouū scōm illud qđ fuit prius: et edificauerūt sancta: et que intra domū erant intrinsecus ⁊ edem: et atria sanctificauerūt. Et fecerūt vasa sancta noua: et intulerūt candelabrū et altare incensorū et mensam in templū. Et incensū posuerūt sup altare: et accenderūt lucernas que sup candelabrū erant: et lucebant in tēplo. Et posuerūt sup mensam panes: et appenderūt velamina: et consūmauerūt oīa opa que fecerant. Et ante matutinū surrexerūt quinta et vicesima die mensis noni. hic est mensis casleu centesimiquadragesimioctaui anni: et obtulerūt sacrificiū scōm legē super altare olocaustorū nouū quod fecerūt. Secūdū tempus ⁊ scōm diem in qua contaminauerūt illud gentes: in ipa renouatū est in canticis et citharis ⁊ cineris ⁊ cimbalis. Et cecidit oīs ꝑplus in faciem: et adorauerūt ⁊ bn̄dixerūt in celū eū qui prosperauit eis. Et fecerūt dedicationē altaris diebꝫ octo: et obtulerūt olocausta cū leticia: et salutaria laudis. Et ornauerūt faciē templi coronis aureis ⁊ scutulis: et dedicauerūt portas ⁊ pastoforia: et imposuerūt eis ianuas. Et facta est leticia in populo magna valde: et auersū est opprobriū gentiū. Et statuit iudas et frēs eius et vniūsa ecclesia israhel ut agatur dies dedicationis altaris in temporibꝫ suis ab anno in annū per dies octo: a quīta et vicesima die mensis casleu cū leticia ⁊ gaudio. Et edificauerūt in tēpore illo montē syon et ꝑ circuitū muros altos ⁊ turres firmas: nequādo venirēt gentes et conculcarent eū sicut antea fecerūt. Et collocauit illic exercitū ut seruarent eū: et muniuit eū ad custodiendā bethsurā: ut haberet populus munitionem contra faciem ydumee.

V

Et factū est ut audierūt gētes in circuitu quia edificatū est altare et sanctuariū sicut prius irate sūt valde: et cogitabant tollere genus iacob. q̄ erāt inter eos: et ceperūt occidē de populo et ꝑsequi. Et debellabat iudas filios esau in ydumea et eos qui erant in arabathane quia circūsedebant israhelitas: et percussit eos plaga magna. Et recordatus est maliciam filiorū bean: qui erant populo in laqueū ⁊ in scandalum insidiantes ei in via. Et conclusi sūt ab eo in turribus: et applicuit ad eos. et anathematizauit eos: et incendit turres eorū igni cū omnibꝫ qui in eis erant. Et transiuit ad filios ammon ⁊ inuenit manū fortē ⁊ populū copiosū: et timotheū ducē ipsorū. Et cōmisit cū eis prelia multa ⁊ contriti sunt in ꝯspectu eorū ⁊ ꝑcussit eos: et cepit iazer ciuitatē ⁊ filias eius: et reuersus est in iudeam. Et congregate sūt gentes que sūt in galaad aduūsus israhelitas qui erāt in finibꝫ eorū ut tollerēt eos: et fugerūt in datheman munitionē: et miserūt litteras ad iudam ⁊ fratres eius dicentes. Congregate sūt aduersū nos gentes per circuitū ut nos auferāt: et parant venire ⁊ occupare munitionē in quā confugimus: et timotheus est dux exercitus eorum. Nunc ergo veni ⁊ eripe nos de manibꝫ eorum: quia cecidit multitudo de nobis. Et omnes fratres nostri qui erāt in locis tubin interfecti sunt: et captiuas duxerūt vxores eorū ⁊ natus ⁊ spolia: et peremerūt illic fere mille viros. Et adhuc epistole legebātur: Et ecce alij nūcij venerūt de galilea conscissis tunicis nūciantes scōm verba hec: dicentes conuenisse aduersū se a ptholomayda ⁊ tyro. et sydone: et repleta est oīs galilea alienigenis: ut nos ꝯsumant. Ut audiuit aūt iudas ⁊ populus sermones istos: conuenit ecclesia magna cogitare quid facerent fratribus suis qui in tribulatione erāt et expugnabātur ab eis. Dixitq; iudas symoni fratri suo. Elige tibi viros ⁊ vade ⁊ libera frēs tuos in galilea: ego aūt ⁊ frater meus ionathas ibimus in galadithim. Et reliquit iosephū filiū zacharie ⁊ azariam duces populi cū residuo exercitu in iudea ad custodiam: et precepit illis dicens. Preestote populo huic: et nolite bellū cōmittere aduersū gentes donec reuētamur. Et dati sūt symoni viri tria milia ut iret in galileam: iude aūt octo milia in galadithim. Et abijt symon in galileam: et cōmisit prelia multa cū gentibꝫ. Et contrite sūt gentes a facie eius: et ꝑsecutus

est eos usq; ad portā ptholomaidis. Et ce-
ciderunt de gentib; fere tria milia viroꝝ: et
accepit spolia eoꝝ. Et assumpsit eos qui
erant in galilea ⁊ in arbatis cū vxoribus et
natis ⁊ oīb; q̄ erant illis: et adduxit in iu-
deā cū leticia magna. Et iudas machabeus
et ionathas ⁊ fratres eius transierūt iorda-
nen: ⁊ abierūt viam triū dieꝝ in desertū. Et
occurrerūt eis nabuthei ⁊ susceperunt eos
pacifice: et narrauerūt eis oīa q̄ acciderāt
fratrib; eoꝝ in galaaditide: ⁊ q2 multi ex eis
cōphensi sunt in barasa ⁊ bosor ⁊ in alimis
et in casphor ⁊ mageth ⁊ carnaim. Hee oēs
ciuitates munite ⁊ magne. Sed et in cete-
ris ciuitatibus galaaditidis tenentur com-
p̄hensi. Et in crastinū constituerūt admoue-
re exercitū ciuitatib; hijs: et ꝯp̄hendere et
tollere eos in vna die. Et conuertit iudas ⁊
exercitus eius viam in desertū bosor repēte:
⁊ occupauit ciuitatē ⁊ occidit oēm mascu-
lū in ore gladij: et accepit oīa spolia eoꝝ
et succendit eā igni. Et surrexerūt inde no-
cte: et ibant usq; ad municōem. Et factū ē
diluculo cū eleuassent oculos suos: et ecce
populus multus cuius non erat numerus:
portātes scalas ⁊ machinas ut ꝯp̄henderēt
municōem ⁊ expugnarent eos. Et vidit iu-
das q2 cepit bellum: et clamor belli ascendit
ad celū sicut tuba: ⁊ clamor magnus de ciui-
tate. Et dixit exercitui suo. Pugnate hodie
p fratribus vr̄is. Et venit trib; ordinibus
post eos: et exclamauerunt tubis: et clama-
uerūt in oratione. Et cognouerūt castra ti-
mothei q2 machabeus est: et refugerūt a fa-
cie eius. Et pcusserūt eos plaga magna: ⁊
ceciderunt ex eis in die illa fere octo milia
viroꝝ. Et diuertit iudas in masphat ⁊ ex-
pugnauit ⁊ cepit eam: et occidit oēm ma-
sculū eius ⁊ sumpsit spolia eius: ⁊ succēdit
eam igni. Inde prexit ⁊ cepit casbon ⁊ ma-
geda ⁊ bosor: ⁊ reliquas ciuitates galaadi-
tidis. Post hec autē v̄ba ꝯgregauit timo-
theus exercitū aliū: et castra posuit contra ra-
phon trans torrentē. Et misit iudas specula-
ri exercitū: et renunciauerūt ei dicētes. quia
conuenerūt ad eū omnes gentes q̄ in circui-
tu nostro sūt: et exercitus multus nimis. Et
arabas conduxerūt in auxiliū sibi: ⁊ castra

posuerunt trans torrentē parati ad te venire
in preliū. Et abijt iudas obuiā illis. Et ait ti-
motheus principib; exercitus sui. Cū appro-
pinquauerit iudas ⁊ exercitus eius ad tor-
rentē aque: si transierit ad nos prior. non po-
terimus sustinere eū: q2 potens poterit adu-
sum nos. Si vero timuerit transire ⁊ posuerit
castra extra flumē: transfretemus ad eos: ⁊
poterimus aduersus illū. Ut aūt appropin-
quauit iudas ad torrentē aque statuit scri-
bas populi secus torrentē: et mandauit eis
dicens. Neminē hominū reliqueritis: sed
veniant oēs in preliū. Et transfretauit ad
illos prior: ⁊ oīs pp̄lus post eū. Et ꝯtrite
sunt oēs gentes a facie eoꝝ: et piecerūt
arma sua: ⁊ fugerunt ad phanū quod erat
in carnaim. Et occupauit ipam ciuitatem: et
phanū succendit igni cū oīb; q̄ erant in
ipo. Et oppressa est carnaim: ⁊ non potuit su-
stinere contra faciē iude. Et congregauit iu-
das vniūsos israhelitas qui erāt in galaadi-
tide a minimo usq; ad maximū: et vxores eo-
rū ⁊ natos et exercitū magnū valde: ut veni-
rent in terrā iude. Et venerūt usq; ephron:
et hec ciuitas magna in ingressu posita mu-
nita valde. Et nō erat declinare ab ea dextra
vel sinistra: sed p mediā iter erat. Et incluse-
rūt se qui erant in ciuitate: et obstruxerunt
portas lapidib;. Et misit ad eos iudas ver-
bis pacificis dicens. Transeamus p terram
vestram ut eamus in terram nr̄am: et nemo
vobis nocebit: tantū pedib; transibim9. Et
nolebāt eis apire. Et pcepit iudas p̄dicari
in castris: ut applicarent vnusquisq; in quo
erat loco. Et applicuerūt se viri v̄tutis: ⁊ op-
pugnauit ciuitatē illā tota die ⁊ tota nocte:
et tradita est ciuitas in manū eius. Et peme-
runt oēm masculū in ore gladij: ⁊ eradica-
uit eā ⁊ accepit spolia eius: et transiuit per
totā ciuitatē sup interfectos. Et transgressi
sunt iordanen in campo magno contra faci-
em bethsan. Et erat iudas congregans ex-
tremos: et exhortabat᷑ populum. per totam
viam donec venirent in terram iuda. Et a-
scenderunt in montem syon. cum leticia et
gaudio: et obtulerunt olocausta: quod
nemo ex eis cecidisset donec reuerterentur
in pace. Et in diebus quibus erat iudas et

ionathas in terra galaad. et symon frater eius in galilea. contra faciem ptholomaidis audiuit iosephus zacharie filius et azarias princeps virtutis res bene gestas: et prelia que facta sunt: et dixit. Faciamus. et ipi nobis nomen: et eamus pugnare aduersus gentes que in circuitu nostro sunt. Et precepit hijs qui erant in circuitu suo et abierūt iamniam: et exiuit gorgias de ciuitate. et viri eius obuiā illis in pugnā. Et fugati sūt iosephus et azarias usqz in fines iudee: et ceciderūt illa die de ppl'o israhel ad duo milia viri. Et facta ē plaga magna in populo: quia nō audierūt iudam et fratres eius: existimātes fortiter se facturos. Ipsi autē non erant de semine viroꝝ illoꝝ: per quos salus facta est in israhel. Et viri iuda magnificati sunt valde in conspectu omnis israhel et gentiū omniū: vbi audiebatur nomen eoꝝ. Et conuenerūt ad eos fausta acclamantes. Et exiuit iudas et fratres eius et expugnabāt filios esau in terra que ad austrū est: et pcussit chebron et filias eius: et muros eius et turres eius succendit igne in circuitu. Et mouit castra ut iret in terram alienigenaꝝ: et pambulabat samariā. In illa die ceciderūt sacerdotes in bello dū volūt fortiter facere: dū sine consilio exeūt in preliū. Et declinauit iudas in azotū in terrā alienigenaꝝ: et diruit aras eoꝝ et spolia deoꝝ suoꝝ succendit igni: et cepit spolia ciuitatū et reuersus est in terram iuda. VI

ciemus. Et congregans omnes viros bel-
latores accelerauit ꝯsummare vniūsos mu-
ros ihrlm: et muniuit eam in gyro. Et misit
ionathan filiū absolomi: et cum eo exercitū
nouū in ioppen: et eiectis hiis qui erant in
arce. remansit illic ipse. Et mouit triphon
a ptolomaida cū exercitu multo ut veniret
in terrā iuda: et ionathas cū eo in custodia.
Symon aūt applicuit in addus contra fa-
ciem campi. Et ut cognouit triphon qꝛ sur-
rexit symon loco fratris sui ionathe. ꝛ quia
commissurus esset cū eo pliū: misit ad eū le-
gatos dicens. Pro argento qd̄ debebat fra-
ter tuus ionathas in racōne regis ꝓpter ne-
gocia que habuit: detinuimus eum. Et nūc
mitte argenti talenta centum ꝛ duos filios
eius obsides: ut nō dimissus fugiat a nobꝫ:
et remittemus eū. Et ꝯgnouit symon quia
cū dolo loqueretʳ secū. Jussit tamen dari ar-
gentum ꝛ pueros: ne inimiciciā magnā su-
meret ad populū israhel dicentē: qꝛ non mi-
sit ei argentū et pueros. ꝓpterea periit. Et
misit pueros et centū talenta. Et mentitus
est: et non dimisit ionathan. Et post hec ve-
nit triphon regionē ut contereret eam: et
gyrauerūt per viam que ducit ador. Et sy-
mon et castra eius. ambulabant in omnem
locū quocūqꝫ ibant. Qui autē in arce erāt.
miserūt ad triphonē legatos. ut festinaret
venire per desertū: et mitteret illis alimoni-
as. Et parauit triphon omnē equitatū: ut
veniret illa nocte. Erat autē nix multa val-
de: et non venit in galadithim. Et cū appro-
pinquasset baschaman: occidit ionathan
et filios eius illic. Et ꝯūtit triphon: et abiit
in terraꝫ suā. Et misit symon et accepit ossa
ionathe fratris sui: et sepeliuit ea in modin ci-
uitate patrū eius. Et planxerūt eū omnis
israhel. planctu magno: et luxerūt eum dies
multos. Et edificauit symon super sepulcrū
patris sui et fratrū suorū edificiū altum visu.
lapide polito retro et ante: et statuit septem
piramidas vnā contra vnā: patri et matri.
et quatuor fratribꝫ. Et hiis circūposuit colū-
nas magnas: et sup colūnas arma. ad me-
moriā eternā: et iuxta arma naues sculptas:
que viderentʳ ab hominibꝫ nauigantibꝫ ma-
re. Hoc est sepulcrū qd̄ fecit in modin usqꝫ
in hunc diē. Triphon autē cū iter faceret cū
antiocho rege adolescente. dolo occidit eū:
et regnauit in loco eius. Et imposuit sibi di-
adema asye: et fecit plagā magnā in terra.
Et edificauit symon p̄sidia iudee: muniens
eam turribꝫ excelsis. et muris magnis ꝛ por-
tis ꝛ seris: et posuit alimenta in municōibꝫ.
Et elegit symon viros ꝛ misit ad demetriū
regem. ut faceret remissionē regioni: quia
actus omēs triphonis p direptionē fuerāt
gesti. Et demetrius rex ad verba ista respon-
dit ei: et scripsit epistolam talem. Rex deme-
trius symoni sūmo sacerdoti ꝛ amico regū.
et senioribꝫ et genti iudeorꝫ. salutē. Coronā
auream. et bahen quā misistis suscepimus:
et parati sumus facē vobiscū pacē magnā:
et scribere ꝓpositis regis remittere vobis q̄
indulsimus. Quecūqꝫ enim constituimus
vobis constant. Munitiones quas edifica-
stis vobis sint. Remittimus q̄ꝫ ignorantias
et peccata usqꝫ in hodiernū diem et coronā
quā debebatis. Et si quid aliud erat tributa-
riū in iherusalē: iam non sit tributariū. Et si
qui ex vobis apti sūt conscribi inter nos cō-
scribantur: et sit inter nos pax. Anno cente-
simoseptuagesimo ablatū ē iugū gentiū ab
israhel. Et cepit populus israhel scribere in ta-
bulis ꝛ gestis publicis: āno p̄mo sub symo-
ne sūmo sacerdote. magno duce. et principe
iudeorꝫ. In diebꝫ illis applicuit symon ad
gazam. et circūdedit eam castris. et fecit ma-
chinas: et applicuit ad ciuitatē. et pcussit tur-
rem vnam: et comp̄hendit eam. Et qui eru-
perant erant intra machinam ꝛ ciuitatem: et

factus est motus magnus in ciuitate. Et
ascenderūt qui erāt in ciuitate cū vxoribꝫ ⁊
filijs sup̈ murū scissis tunicis suis: ⁊ clama=
uerūt voce magna postulātes a symone de=
xtras sibi dari: et dixerūt. Non nobis red=
das secundū malicias nostras. ſʒ scd̄m mi=
sericordias tuas: et seruiemus tibi. Et flex9
symō. nō debellauit eos: eiecit tamē eos de ci=
uitate. et emūdauit edes in quibꝫ fuerant si=
mulacra: et tūc intrauit in eā cū ymnis bn̄di=
(II) cēs dominū. Et eiecta ab ea omi immūdi=
cia collocauit in ea viros qui legē facerēt:
et muniuit eā: et fecit sibi habitacōem. Qui
aūt erāt in arce iherusalē ꝓhibebāt egredi
et ingredi regionē. et emē ac vendē: et esu=
rierūt valde: ⁊ multi ex eis fame perierūt. Et
clamauerūt ad symonē ut dextras acciperēt:
et dedit illis. Et eiecit eos inde: et mūdauit
arcem a contaminacōnibꝫ. Et intrauerunt
in eā. tercia ⁊ vicesima die scd̄i mens. anno
centesimoseptuagesimo primo cū laude ⁊ ra=
mis palmaꝝ. et citharis ⁊ cimbalis ⁊ na=
blis et ymnis ⁊ cāticis: q꜠ ↄtritus ē inimicus
magnus ex israhel. Et constituit ut omibꝫ
ānis agerēt dies hij cū leticia. Et muniuit
montē templi: qui erat secus arcē: ⁊ habi=
tauit ibi ipse et qui cum eo erāt. Et vidit sy=
mon iohannē filiū suū q꜠ fortis ꝓlij vir eſſʒ:
et posuit eū ducē virtutū vniūsaꝝ: et habita=
uit in gazaris.

XIIII

(III) Anno centesimoseptuagesimosecūdo ↄgrega=
uit rex demetrius exercitum suū: et abijt in
mediam ad contrahenda sibi auxilia: ut ex=
pugnaret triphonē. Et audiuit arsaces rex
ꝑsidis ⁊ medie q꜠ intrauit demetrius ↄfines
suos: et misit vnū de principibꝫ suis ut ↄp=
hēderet eū viuū: ⁊ adduceret eū ad se. Et
abijt ⁊ ꝑcussit castra demetrij. ⁊ ↄphēdit eū:
et duxit eū ad arsacem: et posuit eū in custo=
(S) diā. Et siluit omis terra iuda omibꝫ diebus
symonis: et quesiuit bona genti sue: ⁊ placu=
it illis potestas eius. et gloria eius omibꝫ
diebꝫ. Et cū omi gloria sua accepit ioppen
in portū: et fecit introitū in insulis maris. Et
dilatauit fines gentis sue: et obtinuit regi=
onē. Et ↄgregauit captiuitatē multā: et do=
minatus ē gazare. et bethsure. et arci. et abs=
tulit immūdicias ex ea: ⁊ nō erat q̄ resistēt
ei. Et vnusquisqꝫ colebat terrā suā cū pace:
⁊ terra iuda dabat fructus suos: ⁊ ligna cā=
(IIII) poꝝ fructū suū. Seniores ī plateis sedebāt
omes. et de bonis terre tractabāt: ⁊ iuuenes
induebāt se gloriā ⁊ stolas belli. Et ciuitati=
bus tribuebat alimonias: et ↄstituebat eas
ut essent vasa municōnis: quoadusqꝫ noīa=
tum ē nomē glorie eius usqꝫ ad extremum
terre. Fecit pacē sup terrā: ⁊ letatus ē israhel
leticia magna. Et sedit vnusquisqꝫ sub vite
sua. et sub ficulnea sua: ⁊ nō erat q̄ eos terre=
ret. Defecit impugnās eos sup terrā: reges
contriti sūt in diebꝫ illis. Et ↄfirmauit omes
humiles populi sui: et legē exquisiuit: et abs=
tulit omem iniquū et malū. Sancta glorifi=
(b) cauit: et multiplicauit vasa scōꝝ. Et auditū
ē rome q꜠ defunctus eſſʒ ionathas ⁊ usqꝫ in
spartiatas: et ↄtristati sūt valde. Ut audierūt
autē q꜠ symon frater eius factus eſſʒ sūmus
sacerdos loco eius. et ipe obtineret omem
regionē et ciuitates in ea: scripserūt ad eum
tabulis ereis ut renouarent amicicias et so=
cietatē: quā fecerant cū iuda ⁊ cum ionatha
fratribꝫ ei9. Et lecte sūt in conspectu ecclesie
in iherusalem. Et hoc exemplū eplaꝝ quas
spartiate miserūt. Spartianoꝝ principes
et ciuitates. symoni sacēdoti magno: ⁊ senio=
ribꝫ ⁊ sacēdotibꝫ. ⁊ reliquo ꝓplō iudeoꝝ fribꝫ
salutē. Legati qui missi sūt ad ꝓplm nr̄m nū=
ciauerūt nobis de vestra gloria ⁊ honore. et
leticia: et gauisi sumus in introitu eoꝝ. Et
scripsimus q̄ ab eis erāt dicta in ↄcilijs ꝓpli
sic. Numenius ātiochi. et antipater iasonis
filius legati iudeoꝝ venerūt ad nos: renouā=
tes nobiscū amiciciā pristinā. Et placuit po=
pulo excipe viros gloriose: et ponē exēplū
sermonū eoꝝ. in segregatis popli libris: ut
sit ad memoriā populo spartiataꝝ. Exem=
(bi) plū aūt hoꝝ scripsimus symoni magno sacē=
(C) doti. Post hoc autem misit symon numeniū
romā habentē clipeū magnū aureū pondus
minaꝝ mille: ad statuendā cū eis societatē.
Cū autē audisset ꝓplus romanus smones
istos dixerūt. Quā graꝝ actionē reddemus
symoni ⁊ filijs eius? Restituit eni ipe frēs su=
os: et expugnauit inimicos israhel ab eis.
Et statuerūt ei libertatē: ⁊ descripserūt in ta=
bulis ereis: ⁊ posuerūt in titulis in monte syō.

Et hoc ē exēplū scripture. Octauadecima die mensis ebul. anno centesimo septuagesimo secūdo. anno tercio. sub symone sacerdote magno in assaramel in ɔuentu magno sacerdotū et populi ⁊ principū. et gentis et senioꝝ regionis. nota facta sūt hec: qm̄ frequenter facta sūt prelia in regione nostra.

VII

Symon aūt matathie filius ex filijs iarib. et fratres eius dederūt se periculo: et restiterūt aduersarijs gentis sue ut starent sancta ipsoꝝ et lex: et gloria magna glorificauerūt gentē suā. Et cōgregauit ionathas gentē suam: et factus est illis sacerdos magnus: et appositus ē ad ppl'm suū. Et voluerūt inimici eorum calcare sancta: et atterere regionem ipsoꝝ: et extendere manus in sancta sanctoꝝ. Tūc restitit symon et pugnauit pro gente sua: et erogauit pecunias mltas. et armauit viros virtutis gentis sue. et dedit illis stipendia. Et muniuit ciuitates iudee et bethsuram que erat in finibus iudee. vbi erant arma hostiū antea: et posuit illic presidiū viros iudeos. Et ioppen muniuit que erat ad mare: et gazaram q̄ est in finib3 azoti: in qua hostes antea habitabant. Et collocauit illic iudeos: et quecūq3 apta erāt ad correptionē eoꝝ posuit in eis.

VIII

Et vidit populus actū symonis et gloriā quā cogitabat facere genti sue. et posuerūt eū ducē suū et principem sacerdotū eo ꝙ ipse fecerit hec oīa: et iusticiā et fidem quā ɔseruauit genti sue: et exquesiuit omni modo exaltare populū suū. Et in dieb3 eius prosperatū est in manib3 eius. ut tollerent gentes de regione ipsoꝝ: et q̄ in ciuitate dauid erant in iherusalē in arce de qua ꝓcedebāt et contaminabant oīa que in circuitu sanctoꝝ sunt: et inferebant plagā magnā castitati. Et collocauit in ea viros iudeos ad tutamētum regionis ⁊ ciuitatis: et exaltauit muros in iherusalē. Et rex demetrius statuit illi sūmū sacerdotiū. Secūdū hec fecit eū amicū suū: et glorificauit eū gloria magna. Audiuit enim ꝙ appellati sunt iudei a romanis amici ⁊ socij ⁊ fratres: et quia susceperūt legatos symonis gloriose: et quia iudei ⁊ sacerdotes eoꝝ consenserūt eū esse ducē suū et sūmū sacerdotē in eternū donec surgat ꝓpheta fidelis: et ut sit sup eos dux: et ut cura esset illi pro sanctis. et ut ɔstitueret ꝓpositos sup opera eoꝝ et sup regionē. et sup arma ⁊ sup presidia. et cura sit illi de sanctis: et ut audiatur ab oīb3. et scribant' in nomine eius omnes circūscriptiones in regione: et ut operiatur purpura et auro: et ne liciat vlli ex populo ⁊ ex sacerdotib3 irritū facere aliquid horū. et contradicere hijs que ab eo dicūtur aut cōuocare ɔuentū in regione sine ipso: et vestiri purpura. et vti fibula aurea. Qui aūt fecerit contra hec. aut irritū fecerit aliquid hoꝝ: reus erit. Et complacuit oīi populo statuē symonē: et facere secūdū verba ista. Et suscepit symon ⁊ placuit ei ut sūmo sacerdotio fungeretur: et esset dux et princeps gentis iudeoꝝ et sacerdotū: et preesset oīb3. Et scripturā istam dixerūt ponē in tabulis ereis: et ponē eas in peribulo sanctoꝝ in loco celebri. Exemplū autē eoꝝ ponere in erario: ut habeat symon et filij eius.

P

XV

Et misit rex antiochus filius demetrij epistolas ab insulis maris symoni sacerdoti et principi gentis iudeoꝝ et vniūse genti: et erant ɔtinentes hunc modum. Rex antiochus symoni sacerdoti magno: et genti iudeoꝝ salutē. Quoniāquidē pestilentes obtinuerūt regnū patrū nr̄oꝝ: volo autē vindicare regnū et restituē illud sicut erat antea electū: feci multitudinē exercitus. et feci naues bellicas. Volo autē procedere per regionē ut vlciscar in eos qui corruperūt regionē nostrā: et qui desolauerūt ciuitates multas in regno meo. Nūc ergo statuo tibi oīes oblacōes quas remiserūt tibi ante me omnes reges. et quecunq3 alia dona remiserūt tibi: et ꝑmitto tibi facere percussurā proprij nūmismatis in regione tua. Iherusalē autē sanctā esse et liberā: et oīa arma que fabricata sūt et presidia que construxisti que tenes. maneāt tibi. Et omne debitū regis et que futura sūt regi ex hoc et in totū tempus remittūtur tibi. Cū aūt obtinuerimus regnū nostrū. glorificabimus te et gentē tuam. et templū gloria magna: ita ut manifestetur gloria vr̄a in vniūsa terra.

II

Anno centesimo septuagesimquarto exijt antiochus in terrā patrū suoꝝ: et ɔuenerūt ad

eum omnes exercitus: ita ut pauci relicti es-
sent cū triphone. Et insecutus est eum anti-
ochus rex: et venit doram fugiens per mari-
timam. Sciebat enim ꝙ congregata sunt
mala in eū: et reliquit eū exercitus. Et appli-
cuit antiochus sup doram cū centū viginti
milibꝰ viroꝝ belligeratoꝝ: et octo milibꝰ
equitū. Et circuiuit ciuitatē: et naues a ma-
ri accesserūt et vexabant ciuitatē a terra et
mari: et neminē sinebāt ingredi vel egredi.
Venit autē numenius ⁊ qui cū eo fuerant
ab vrbe roma habentes epistolas regibus
et regionibꝰ scriptas: in quibꝰ cōtinebantᷣ
hec. Lucius consul romanoꝝ. ptolomeo re-
gi salutē. Legati iudeoꝝ venerūt ad nos
amici nostri renouātes pristinā amiciciā et
societatē: missi a symone pn̄cipe sacerdotū
et populo iudeoꝝ. Attulerūt aūt clipeū au-
reū minaꝝ mille. Placuit itaqꝫ nobis scri-
bere regibꝰ et regionibꝰ ut nō inferant illis
mala: neqꝫ impugnēt eos ⁊ ciuitates eoꝝ.
et regiones eoꝝ: et ut nō ferant auxiliū pu-
gnantibꝰ adūsus eos. Visū aūt est nobis
accipere ab eis clipeū. Si qui ergo pestilen-
tes fugerint de regione ipsoꝝ ad vos. tra-
dite eos symoni principi sacerdotū: ut vin-
dicet in eos secūdū legem suā. Hec eadem
scripta sūt demetrio regi. et attalo et arabe.
et arsaci. et in oīes regiones: et samsame.
et spartanis. et delo. et mido. et sicione. et ca-
rie. et samū. et phanphiliam. et liciam. et ala-
carnasū. et rodū. et faselida. et choo. et siden.
et arado. et gortinā. et gnidū. et ciprū. et ci-
renē. Exemplū autē eoꝝ scripserūt symoni
principi sacerdotū: et populo iudeoꝝ. An-
tiochus autē rex applicuit castra in doram
secūdo: admouens ei semper manus et ma-
chinas faciens: et conclusit triphonem ne
ꝓcederet. Et misit ad eū symon duo milia
viroꝝ electoꝝ in auxiliū: et argentū et au-
rum et vasa copiosa. et noluit ea accipere:
sed irrupit omnia que pactus est cū eo an-
tea. et alienauit se ab eo. Et misit ad eū an-
thenobiū vnū de amicis suis: ut tractaret
cum ipo dicens. Vos tenetis ioppen et ga-
zaram ⁊ arcem que est in ihrl̄m ciuitates re-
gni mei: fines eaꝝ desolastis et fecistis pla-
gam magnā in terra: et dn̄ati estis per loca
multa in regno meo. Nūc ergo tradite ci-
uitates quas occupastis: et tributa locoꝝ
in quibꝰ dn̄ati estis extra fines iudee. Sin
autē date pro illis quīquaginta talenta ar-
genti: et exterminij qđ exterminastis. et tri-
butoꝝ ciuitatū. alia talenta quīgenta. Sin
autē veniemus: et expugnabimus vos. Et
venit anthenobius amicus regis in ihrl̄m.
et vidit gloriā symonis ⁊ claritatē in auro ⁊
argēto et apparatū copiosū. et obstupuit: et
retulit ei vᵃba regis. Et respōdit ei symon: et
dixit ei. Neqꝫ alienā terrā sumpsimus. neqꝫ
alienā detinemus: ſꝫ hereditatē prm̄ nr̄oꝝ.
que iniuste ab inimicis nostris aliquo tem-
pore possessa est. Nos vero tempus haben-
tes vendicamus hereditatē patrū nostroꝝ.
Nam de ioppe. et gazara. que expostulas:
ipsi faciebāt in populo plagā magnā. et in
regione nr̄a: hoꝝ damus talenta centū. Et
non respondit ei anthenobius verbū. Reuer-
sus aūt cū ira ad regem renūciauit ei verba
ista: et gloriā symonis et vniūsa que vidit:
et iratus est rex ira magna. Triphon autē fu-
git naui in ortosaida. Et ꝯstituit rex cende-
beū ducē maritimū: et exercitū peditū ⁊ equi-
tum dedit illi. Et mādauit illi mouere castra
contra faciē iudee: et mandauit ei edificare
cedronē. et obstruē portas ciuitatis: et debel-
lare populū. Rex autē ꝑsequebatᷣ triphonē.
Et ꝑuenit cendebeus iamniam. et cepit irri-
tare plebem. et conculcare iudeam. et capti-
uare ꝑplm̄. et interficē: et edificare cedronē.
Et collocauit illic equites ⁊ exēcitū: ut egres-
si ꝑambularēt viam iudee sicͭ ꝯstituit ei rex.

XVI

Et ascendit iohannes de gazaris: et nūciauit symoni patri suo
que fecit cēdebeus in populo ipoꝝ. Et voca-
uit symon duos filios suos seniores iudam
et iohannē: et ait illis. Ego et fratres mei et
domus patris mei expugnauimus hostes
israhel ab adolescentia usqꝫ in hūc diem: et
ꝓsperatū est in manibꝰ nr̄is liberare israhel
aliquotiens. Nūc aūt senui: sed estote lo-
co meo et fratris mei: et egressi pugnate pro
gente nostra. Auxiliū vero de celo vobiscū
sit. Et elegit de regione viginti milia viroꝝ
belligeratoꝝ et equites: et ꝓfecti sūt ad cen-
debeū. et dormierūt in modin. Et surrexerūt

mane: et abierūt in campū. Et ecce exercitus copiosus in obuiā illis peditū et equitū: et fluuius torrens erat inter mediū ipoꝝ. Et admouit castra contra faciē eoꝝ ipse et populus eius: et vidit populū trepidantē ad transfretandū torrentē: et transfretauit primus. Et viderūt eum viri. et transierūt post eum. Et diuisit populū: et equites in medio peditū. Erat autē equitatus aduͤsarioꝝ copiosus nimis. Et exclamauerūt sacris tubis: et in fugam conuersus est cendebeus et castra eius. et ceciderūt ex eis multi vulnerati: residui aūt in munitionē fugerūt. Tūc vulneratus ē iudas frater iohānis. Johānes aūt insecutus est eos donec venit cedronā quā edificauit: et fugerūt usq ad turres q̄ erant in agris azoti: et succendit eas igni. Et ceciderūt ex illis duo milia viroꝝ: et reuersus est in iudeam in pace. Et ptolomeus filius abobi cōstitutus erat dux in campo iericho: et habebat argentū et aurū multū. Erat enī gener. sūmi sacerdotis. Et exaltatū est cor eius: et volebat obtinere regionē: et cogitabat dolū aduͤsus symonē et filios eius ut tolleret eos. Symon aūt pambulans ciuitates que erant in regione iudee. et sollicitudinē gerens eaꝝ descendit in iericho. ipe et mathatias filius eius et iudas: anno centesimo septuagesimoseptimo mense vndecimo. Hic est mensis sabbath. Et suscepit eos filius abobi in municiūculā que vocat̄ doch. cū dolo quā edificauit: et fecit eis cōuiuiū magnū: et abscondit illic viros. Et cū inebriatus esset symon et filij eius. surrexit ptolomeus cū suis. et sūpserūt arma sua: et intrauerūt in cōuiuiū. et occiderūt eū et duos filios eius: et quosdam pueros eius. Et fecit deceptionē magnā in israhel: et reddidit mala pro bonis. Et scripsit hec ptolomeus et misit regi: ut mitteret ei exercitū in auxiliū: et traderet ei regionē et ciuitates eoꝝ et tributa. Et misit alios in gazaram tollere iohannē: et tribunis misit epistolas ut venirent ad se: et daret eis argentū et aurū et dona. Et alios misit occupare ihrlm. et montē templi. Et pcurrēs quidā nūciauit iohāni in gazara q̄ perijt pater eius et frēs eius: et quia misit te q̄s interfici. Vt audiuit autē vehementer expauit: et comphendit viros qui venerāt pdere eū: et occidit eos. Cognouit enim quia querebāt eū pdere. Et cetera sermonū iohānis et belloꝝ eius. et bonaꝝ virtutū quib⁹ fortiter gessit et edificij murorum quos extruxit et rerū gestaꝝ eius: ecce hec scripta sūt in libro dierū sacˀdocij eius: ex quo factus ē pnceps sacˀdotū post patrē suū. Expl'. liber pmus machabeoꝝ. Incipit scd̄us

Fratrib⁹ qui sūt p egiptū iudeis salutē dicūt fratres qui sūt in iherosolimis iudei. et q̄ in regione iudea: et pacem bonā. Benefaciat vobis deus. et meminerit testamenti sui. qd̄ locutus est ad abrahā. et ysaac et iacob seruoꝝ suoꝝ fideliū: et det vobis cor omnib⁹ ut colatis eū: et faciatis eius volūtatē corde magno et animo volēti. Adaperiat cor vestrū in lege sua et in pceptis suis: et faciat pacem. Exaudiat orationes vestras. et reconcilietur vobis: nec nos deserat in tempore malo. Et nūc hic sumus orantes pro vobis. Regnāte demetrio anno centesimo septuagesimonono nos iudei scripsimus vobis in tribulatione et impetu qui superuenit nobis in istis annis: ex quo recessit iason a sancta terra. et a regno. Portam succēderūt: et effuderūt sanguinē innocentē. Et orauimus ad dn̄m et exauditi sumus: et obtulimus sacrificiū et similaginem: et accendimus lucernas et pposuimus panes. Et nūc frequētate dies scenophegie mensis casleu.

II

Anno centesimo octogesimooctauo. populus qui ē iherosolimis et in iudea senatusq et iudas: aristobolo magistro ptolomei regis qui est de genere cristoꝝ sacerdotū et hijs qui in egipto sūt iudeis: salutē et sanitatem. De magnis periculis a deo liberati magnifice gratias agimus ipsi: utpote qui aduersus talem regē dimicauimus. Ipse enim ebullire fecit de pside eos qui pugnauerūt contra nos. et sanctam ciuitatē. Nam cū in perside esset dux ipse et cū ipso immensus exercitus: cecidit in templo nanee: consilio deceptus sacerdotū nanee. Etenim in ea habitaturus venit ad locum antiochus et amici

eius:et ut acciperet pecunias multas dotis nomine. Cūq; ꝓposuissent eas sacerdotes nanee et ipse cū paucis ingressus esset intra ambitū phani: clauserūt templū. Cū autē intrasset antiochus apertoq; occulto aditu templi mittentes lapides ꝑcusserūt ducē et eos qui cū eo erant:et diuiserūt membratim:et capitibus amputatis foras ꝓiecerunt. Per omnia benedictus deus: qui tradidit impios.

III

Facturi igitur quītā et vicesima die mensis casleu purificationē tēpli. necessariū duximus significare vobis:ut et vos quoq; agatis diem scenophegie. et diē ignis: qui datus est quādo neemias edificato tēplo et altari obtulit sacrificia. Nam cū in ꝑsidē ducerentur patres nostri: sacerdotes qui tunc cultores dei erant acceptū ignē de altari occulte absconderūt in valle vbi erat puteus altus et siccus:et in eo cōtutati sunt eū. ita ut omnibus ignotus esset locus. Cum aūt ꝑterissent anni multi. et placuit deo ut mitteretur neemias a rege ꝑsidis: nepotes sacerdotū illorum qui absconderāt misit ad requirendū ignem:et sicut narrauerūt nobis non inuenerūt ignē sed aquā crassam. Et iussit eos haurire. et afferre sibi:et sacrificia que imposita erāt iussit sacerdos neemias aspergi ipsa aqua:et ligna. et que erāt supposita. Vtq; hoc factū est. et tempus affuit quo sol refulsit qui prius erat in nubilo:accensus est ignis magnus ita ut omnes mirarentur.

IIII

Orationē autē faciebant omnes sacerdotes dū consūmaretur sacrificiū ionatha inchoante:ceteris autē respondentibus. Et neemie erat oratio hunc habens modū. Dn̄e deus omniū creator terribilis et fortis iustus et misericors qui solus es bonus rex: solus prestans solus iustus et omnipotens et eternus. qui liberas israhel de omni malo: qui fecisti patres electos et sanctificasti eos: accipe sacrificiū pro vniuerso populo tuo isrl̄. et custodi partē tuā et sanctifica. Congrega dispersionē nostrā: libera eos qui seruiunt gentibus. et contemptos et abominatos respice:ut sciant gētes quia tu es deus noster. Affilige opprimentes nos:et contumeliam facientes in superbia. Constitue populum tuum in loco sancto tuo:sicut dixit moyses. Sacerdotes autē psallebant ymnos:usq; quo consumptū esset sacrificiū. Cū autē consumptū fuisset sacrificiū:ex residua aqua neemias iussit lapides maiores perfundi. Quod ut factū est. ex eis flamma accensa est:sed ex lumine quod refulsit ab altari consūpta est. Vt vero manifestata est res: renūciatū est regi persarum quod in loco in quo ignē absconderant hii qui translati fuerāt sacerdotes. aqua apparuit:de qua neemias et qui cū eo erant purificauerūt sacrificia. Considerās aūt rex rem et diligenter examinās. fecit ei templū: ut ꝓbaret quod factū erat. Et cū ꝓbasset:sacerdotibus donauit multa bona et alia atq; alia munera:et accipiens manu sua tribuebat eis. Appellauit aūt neemias hūc locū nepthar. quod interꝑtatur purificatio. Vocatur autem apud plures nephi.

II

Inuenitur autē in descriptionibus iheremie ꝓphete. quod iussit eos ignē accipere qui transmigrabātur ut significatū est: et ut mandauit transmigratis. Et dedit illis legem ne obliuiscerentur precepta domini:et ut nō exerrarent mentibus vidētes simulacra aurea et argentea. et ornamenta eorum:et alia huiusmodi dicēs hortabatur. ne legem amouerent a corde suo. Erat autē in ipsa scriptura:quomō tabnaculū et archam iussit ꝓpheta diuino responso ad se facto comitari secū. usq; quo exiuit in mōtem:in quo moyses ascendit et vidit dei hereditatē. Et veniēs ibi ieremias inuenit locū speluce: et tabnaculū et archam et altare incensi intulit illuc:et ostiū obstruxit. Et accesserūt quidā simul qui sequebantur ut notarent sibi locū: et non potuerūt inuenire. Vt autē cognouit ieremias:culpās illos dixit. quod ignotus erit locus donec congreget deus congregationem populi:et ꝓpicius fiat. Et tūc dn̄s ostendet hec:et apparebit maiestas dn̄i: et nubes erit sicut et moysi manifestabatur:et sicut cū salomō petijt ut locus sanctificaretur magno deo manifestabat hec. Magnifice etenim sapientiā tractabat:et ut sapientiā habēs obtulit sacrificiū dedicationis et consummationis tēpli. Sicut et moyses orabat ad dn̄m: et descendit ignis de celo et consumpsit olocaustum: et dixit moyses eo quod non sit comestum quod erat pro peccato. et consūptū est.

sicut et salomon orauit et descendit ignis de celo et consumpsit olocaustū

Similiter et salomō octo dieb9 celebrauit
dedicationē. Inferebātur autē in descriptio=
nibus et cōmentarijs neemie hec eadē: et qua=
liter construēs bibliothecam cōgregauit de
regionib9 libros. et ꝓphetarum et dauid: et
epistolas regū et de donarijs. Similiter au=
tem et iudas ea q̄ didicerat ꝑ bellum quod
nobis acciderat cōgregauit omīa: et sunt
apud nos. Si ergo desideratis hec: mittite
qui ꝑferant vobis. Acturi itaqꝫ purificatio=
nem scripsimus vobis. Bene ergo facietis:

VII

si egeritis hos dies. Deus autē q̄ liberauit
populū suū et reddidit hereditatē omībus.
et regnū et sacerdotiū et sanctificacōem sicut
ꝓmisit in lege: speramus q cito nostri mise=
rebitur: et congregabit de sub celo in locū
sanctū. Eripuit enim nos de magnis pericu=
lis: et locū purgauit. De iuda vero macha=
beo et de fratribus eius. et de templi magni
purificatione. et de are dedicacōne: sed et de
prelijs que ꝑtinent ad antiochū nobilē. et
filiū eius eupatorē: et de illuminacōnibus
que de celo facte sunt ad eos qui ꝓ iudeis
fortiter fecerūt: ita ut vniuersā regionem
cū pauci essent vindicarēt et barbarā multi=
tudinē fugarent: et famosissimū toto orbe
templū recuperarēt. et ciuitatem liberarēt:
ut leges q̄ abolende erāt restituerentur. do=
mino cū omī tranquillitate ꝓpicio facto illis:
itemqꝫ ab iasone cyreneo. quinqꝫ libris cō=
prehensa temptauimus nos vno volumine
breuiare. Considerātes enim multitudinē

VIII

librorū et difficultatē volentibus aggredi
narrationes historiarū. ꝓpter multitudinē
rerū curauimus volētib9 quidē legere ut es=
set animi oblectacō: studiosis vero ut faci=
le possint memorie cōmendare: omīb9 autē
legentib9 vtilitas cōferatur. Et nobis quidē
ipsis qui hoc opus breuiandi causa suscepi=
mus non facilē laborē: ymmo vero negotiū
plenū vigiliarū et sudoris assumpsim9. Si=
cut hij qui ꝑparant cōuiuiū. et querūt aliorū
volūtati parere: ꝓpter multorū gratiā liben=
ter laborē sustinemus: veritatē quidem de
singulis auctorib9 cōcedentes: ipsi autem
secundū datam formā breuitati studētes.
Sicut enī noue domus architecto de vniūsa
structura curandum est. ei vero qui pingere
curat que apta sunt ad ornatū exquirenda
sunt: ita estimandum est et in nobis. Etenim
intellectū colligere et ordinare sermonē. et
curiosius partes singulas quasqꝫ disquirē
historie congruit auctori: breuitatē vero di=
ctionis sectari. et execucōes rerū vitare bre=
uianti cōcedendū est. Hinc ergo narracōez
incipiemus: de ꝑfatione tantū dixisse suffici=
at. Stultum etenim est ante historiam efflu=
ere: in ipsa autem historia succingi. III

P

Igitur cū sancta ciuitas habitaretur in omī
pace: leges autē adhuc optime custodirēt
ꝓpter omīe pontificis disposicōem et pietatē et
animos odio habentes mala: fiebat ut et ipi
reges et pn̄cipes locū summo honore dignū
ducerent. et templū maximis munerib9 illu=
strarēt: ita ut seleucus asye rex de redditib9
suis ꝑstaret omēs sūptus ad ministeriū sa=
crificiorū ꝑtinentes. Symon autez de tribu
beniamin ꝑpositus templi cōstitutus: cōtende=
bat obsistēte sibi principe sacerdotū iniquū
aliquid in ciuitate moliri. Sed cum vincere
omīā nō posset. venit ad appolloniū tharsee
filium qui illo tempore erat dux celesyrie et
phenicis: et nūciauit ei pecunijs innumerabi=
lib9 plenū esse erariū iherosolimis. et cōmu=
nes copias immensas esse q̄ non ꝑtinēt ad
rationē sacrificiorū: esse autē possibile sb po=
testate regis cadere vniuersa. Cūqꝫ retulissz

II

ad regē appollonius de pecunijs que delate
erant: ille accitū heliodorum qui erat super
negocia eius misit cū mandatis: ut ꝑdictā
pecuniam transportaret. Statimqꝫ heliodo=
rus iter est aggressus: specie quidē quasi ꝑ
celesyriam et phenicē ciuitates essz ꝑagratu=
rus: re autem vera regis ꝓpositū perfecturus.
Sed cū venissz iherosolimā. et benigne a sū=
mo sacerdote in ciuitate essz exceptus. nar=
rauit de dato iudicio pecuniarū: et cuius rei
grā adessz aperuit. Interrogabat autē si ve=
re hec ita essent. Tūc sūmus sacerdos ostē=
dit deposita esse hec et victualia viduarū et
pupillorū: quedā vero esse hircani thobie vi=
ri valde eminētis. in hys qui detulerat impi=
us symon: vniuersa autē argenti talēta esse
quadringenta. et auri ducenta: decipi vero
eos qui credidissent loco et templo quod ꝑ
vniuersū mundū honorat᷑. ꝓ sui veneracōe

S III

et sanctitate· omnino impossibile esse. At ille
ꝓ hijs que habebat ī mandatis a rege: di-
cebat omi genere regi ea esse deferēda. Cō-
stituta autē die intrabat de hijs heliodorus
ordinaturus. Non modica vero ꝑ vniūsaꝫ
ciuitatē erat trepidatio. Sacerdotes aūt
ante altare cum stolis sacerdotalibꝫ iacta-
uerūt se: et inuocabāt de celo eū qui de depo-
sitis legem posuit: ut hijs qui deposuerant
ea salua custodiret. Jam vero qui videret
sūmi sacerdotis vultū: mente vulnerabatur.
Facies enī ⁊ color immutatus· declarabat in-
ternū animi dolorē. Circūfusa enī erat mesti-
cia quedā viro· ⁊ horror corporis: ꝑ quē ma-
nifestus aspiciētibꝫ dolor cordis eius efficie-
batꝰ. Alij etiā gregatī de domibꝫ ꝯfluebant
publica supplicacōe obsecrātes: pro eo ꝙ in
ꝯtemptū locus essꝫ vēturus. Accincteq; mu-
lieres cilicijs pectus ꝑ plateas ꝯfluebāt: ſꝫ
et ꝟgines que ꝯcluse erāt procurrebāt ad
oniam: alie autē ad muros: quedam vero
ꝑ fenestras aspiciebant: vniūse autē ꝓtēdē-
tes manus in celū· depͨcabantur. Erat enim
misera ꝯmixte multitudinis ⁊ magni sacer-
dotis in agone constituti exspectacō. Et hij
quidē inuocabant omipotentē deū: ut credi-
ta sibi hijs q̄ crediderāt cū omi integritate

IIII

conseruarētur. Heliodorus autē quod de-
creuerat ꝑficiebat· eodē loco ipse cū satellīti-
bus circa erariū presens: ſꝫ spūs omipotētis
dei magnā fecit sue ostensionis euidentiā:
ita ut omes qui ausi fuerant parere ei· ruen-
tes dei virtute· in dissolutionē ⁊ formidinem
conuerterētur. Apparuit enim illis quidā
equus· terribilē habēs sessorē· optimis ope-
rimētis adornatus: isq; cū impetu heliodoro
ꝑores calces elisit. Qui autē ei sedebat vide-
batꝰ arma habere aurea. Alij etiā apparuerūt
duo iuuenes virtute decori· optimi gloria·
speciosiq; amictu: qui circūsteterūt eū et ex
vtraq; parte flagellabāt: sine intermissiōe
multis plagis verberantes. Subito autem
heliodorus concidit in terrā: eūq; multa ca-
ligine circūfusū rapuerūt: atq; in sella gesta-
toria positū eiecerūt. Et hijs qui cū multis
cursoribꝫ ⁊ satellitibꝫ p̄dictū ingressus est
erariū· portabatꝰ nullo sibi auxiliū ferente:
manifesta dei cognita ꝟtute. Et ille quidē ꝑ
diuinā virtutē iacebat mutus: atq; omni spe
⁊ salute priuatus. Hij autē dn̄m bn̄dicebāt·
q; magnificabat locū suū: et templū quod
paulo ante timore ac tumultu erat plenum:
apparēte omipotēte domino gaudio ⁊ leticia

b

impletum est. Tūc vero ex amicis heliodori
quidā rogabant ꝯfestim oniā ut inuocaret
altissimū: ut vitā donaret ei q̄ in supmo spū
erat constitutus. Considerans autē sūmus
sacerdos ne forte rex suspicaretur maliciam
aliquā ex iudeis circa heliodorū ꝯsummatā:
obtulit ꝓ salute viri hostiā salutarē. Cumq;
sūmus sacēdos exoraret: ij dē iuuenes eisdē
vestibꝫ amicti astantes heliodoro dixerunt.
Omie sacerdoti gratias age. Nam ꝓpter eū
dn̄s tibi vitā donauit. Tu autē a deo flagel-
latus: nūcia omibꝫ magnalia dei et ꝑtātem.
Et hijs dictis nō ꝯparuerūt. Heliodorus
aūt hostia deo oblata· et votis magnis pro-
missis ei· qui viuere illi concessit: et omie grās
agens: recepto exercitu repedabat ad regē.
Testabatꝰ autē omibꝫ ea q̄ sub oculis suis
viderat opera magni dei. Cū autē rex intro-
gassꝫ heliodorū quis essꝫ aptus adhuc semel
iherosolimā mitti ait. Si quē habes hostem
aut regni tui insidiatorem mitte illuc: et fla-
gellatū eū recipies· si tamē euaserit: eo ꝙ in
loco sit vere dei quedā virtus. Nam ipe qui
habet in celis habitationē visitator ⁊ adiu-
tor ē loci illius: et venictes ad maleficiēdū ꝑ-
cutit ac ꝑdit. Igitꝰ de heliodoro ⁊ erarij cu-

bi

stodia ita res se habꝫ. IIII

T

Symō autem p̄dictus pecuniaꝝ et patrie de-
lator male loquebatꝰ de onia: tanq̄ ipe heli-
odorū instigasset ad hec· et ipe fuissꝫ incētor
maloꝝ: prouisoreq; ciuitatis ac defensorem
gentis sue· et emulatorē legis dei· audebat
insidiatorē regni dicere. Sed cū inimicicie
intantū ꝓcederēt ut etiā ꝑ quosdā symonis
necessarios homicidā fierēt: ꝯsiderās oniās
piculū contencōis· ⁊ appolloniū insanire· ut-
pute ducē celessyrie· ⁊ phenicis ad augēdā
maliciā symonis: ad regē se ꝯtulit· nō ut ciui
accusator· sed ꝯmunē vtilitatē apud semeti-
psū vniūse multitudinis ꝯsiderās. Videbat
enī sine regali ꝓuidēcia impossibile esse pacē
rebꝫ dari: nec symonē posse cessare a stulti-
cia sua. Sed post seleuci vite excessum cum

bii

suscepisset regnū antiochus qui nobilis ap-
pellabatur· ambiebat iason frater onie sum-
mū sacerdotiū: adito rege· pmittens ei ar-
genti talenta trecenta sexaginta: et ex red-
ditibꝰ alijs talenta octoginta. Super hoc
promittebat et alia centum quīquaginta: si
potestati eius concederetur gimnasium et
ephebiam sibi constituere: et eos qui in ihe-
rosolimis erant antiochenos scribere. Quod
cum rex annuisset et obtinuisset pncipatū· sta-
tim ad gentilē ritū contribules suos trāsfer-
re cepit: et amotis hijs que humanitatis
causa iudeis a regibus fuerant constituta·
per iohannē patrem eupolemi· qui apud
romanos de amicicia et societate functus ē
legatione legitima: ciuiū iura destituēs pra-
ua instituta sanctiebat. Etenim ausus ē sub
ipsa arce gimnasiū constituere: et optimos
quosqꝫ epheboꝝ in lupanaribꝰ ponē. Erat

VIII

autē hoc non iniciū sed incrementū quod-
dam· et pfectus gentilis et alienigene con-
uersationis· propter impij et non sacerdo-
tis iasonis nepharīū et inauditū scelus: ita
ut sacerdotes iam nō circa altaris officia de-
diti essent: sed contempto templo et sacrifi-
cijs neglectis festinarēt participes fieri pa-
lestre· et prebitionis eius iniuste· et in exer-
citijs disci: et patrios quidem honores ni-
chil habentes: grecas glorias optimas ar-
britrabant̄. Quaꝝ gratia periculosa eos
contentio habebat: et eoꝝ instituta emula-
bātur: ac per omnia hijs csimiles esse cupi-
ebant· quos hostes et peremptores habu-
erant. In leges enim diuinas impie agere
impune non cedit: sed hoc tempus sequēs
declarabit. Cū autē quīqēnalis agon· ty-
ro celebraretur· et rex presens esset: misit ia-
son facinorosus ab iherosolimis viros pec-
catores portantes argenti didragmas tre-
centas in sacrificiū herculis: quas postula-
uerūt hij qui apportauerāt ne in sacrificijs
erogarent̄ quia non oporteret: sꝫ in alios
sūptus eas deputari. Sed hec oblata sunt
quidē ab eo qui miserat in sacrificiū hercu-
lis: ppter p̄sentes aūt date sūt in fabricam
nauiū triremiū. Misso aūt in egiptū appol-
lonio nesthei filio propter primatus ptolo-
mei phylometoris regis· cum cognouisset
antiochus alienum se a negocijs regni effe-
ctum: pprijs vtilitatibꝰ consulens· pfectus
inde venit ioppen: et inde iherosolimā. Et ma-
gnifice a iasone et ciuitate susceptus· cū facu-
larū luminibꝰ et laudibꝰ ingressus est: et in-
de in phenicem exercitum conuertit. Et post

II

triennij tempus misit iason menelaū supra-
dicti symonis fratrem portantē pecunias re-
gi: et de negotijs necessarijs responsa per la-
turū. At ille commendatus regi cū magni-
ficasset faciem potestatis eius· in semetipsum
retorsit summū sacerdotiū: supponēs iasoni
talenta argenti trecenta. Acceptisqꝫ a rege
mandatis venit· nichil quidē habens dignū
sacerdotio: animos vero crudelis tyrāni: et
fere belue iram gerens. Et iason quidē qui
propriū fratrem captiuauerat: ipse deceptus
profugus in ammanitē expulsus ē regionē.
Menelaus autē principatū quidē obtinuit:
de pecunijs vero regi pmissis nichil agebat:
cum exactionē faceret sostratus q̄ arce erat
p̄positus. Nam ad hūc exactio vectigaliū
pertinebat: quā ob causam vtriqꝫ ad regem
sūt euocati. Et menelaus motus est a sacer-
dotio succendente lysimacho fratre suo: so-
stratus autē prelatus est ciprijs. Et cum hec

III

agerentur contigit tharsenses et mallotas
seditionē mouere: eo q antiochi regis con-
cubine dono essent date. Festinanter itaqꝫ
rex venit sedare illos: relicto suffecto vno
ex comitibꝰ suis andronico. Ratus autē me-
nelaus accepisse se tēpus oportunū· aurea
quedam vasa e templo furatus donauit an-
dronico: et alia vendiderat tyro et per vici-
nas ciuitates. Quod cū certissime cogno-
uisset onias· arguebat eū: ipse in loco tuto se
continens antiochie secus daphnē. Unde
menelaus accedēs ad andronicū· rogabat
ut oniam interficeret. Qui cū venisset ad oni-
am· et datis dextris cū iure iurando quāuis
esset ei suspectus suasisset de asilo pcedere: sta-
tim eū peremit non veritus iusticiā. Ob quā
causam non solū iudei· sed eciam alie quoqꝫ
nationes indignabant̄: et moleste ferebāt
de nece tanti viri iniusta. Sed regressum re-

IIII S

gem de cilicie locis adierūt iudei apud anti-
ochiam· simul et greci: conquerentes de ini-
qua nece onie. Contristatꝰ itaqꝫ antiochus

animo ꝑpter oniam: et flexus ad misericordiam lacrimas fudit: recordatus defuncti sobrietatē ⁊ modestiā. Accensisqꝫ animis andronicū purpura exutū p totā ciuitatē iubet circūduci: et in eodē loco in quo in oniā impietatē ꝯmiserat. sacrilegū vita priuari: domino illi condignā retribuēte penā. Multis autē sacrilegijs in templo a lysimacho ꝯmissis menelai consilio ⁊ diuulgata fama congregata est multitudo aduersū lysimachum: multo iam auro exportato. Turbis autem insurgētibꝫ ⁊ animis ira repletis: lysimachꝰ armatis fere tribꝫ milibꝫ. iniquis manibus vti cepit: duce quodam tyranno etate pariter ⁊ demētia ꝑuecto. Sed ut intellexerūt conatū lysimachi. alij lapides. alij fustes validos arripuere: quidam vero cinerē in lysimachum iecere. Et multi quidā vulnerati: quidam autē ⁊ ꝓstrati: omnes vero in fugā conuersi sūt. Ipm etiam sacrilegū secus erariū interfecerūt. De hijs ergo cepit iudiciū aduersus menelaū agitari. Et cū venissꝫ rex tyrum: ad ipsū negociū detulerūt missi tres viri a senioribꝫ. Et cū superaretur menelaus. ꝓmisit ptolomeo mltas pecunias dare ad suadēdū regi. Itaqꝫ ptolomeus in quodā atrio positū quasi refrigerandi gratia regē adijt. et deduxit a sentētia: ⁊ menelaū quidē vniūse malicie reū criminibꝫ absoluit: miseros autē qui etiā si apud scitas causā dixissent innocētes iudicarētur. hos morte dānauit. Cito ergo iniustā penam dederūt: qui pro ciuitate ⁊ populo ⁊ sacris vasis causā ꝓsecuti sūt. Quamobrem tyrij q̄ꝫ indignati: erga sepulturā eorꝝ liberalissimi extiterūt. Menelaus autē ꝑpter eorꝝ qui in potentia erant auariciā ꝑmanebat in potestate: crescens in malicia ad insidias ciuium.

V

Odē tempore antiochus secundā ꝓfectionē parauit in egiptū. Cōtigit aūt p vniuersam iherosolimorꝝ ciuitatē. videri diebꝫ quadraginta p aera equites discurrētes aureas stolas habētes ⁊ hastas. quasi cohortes armatas: et cursus equorꝝ p ordines digestos. et ꝯgressiones fieri cominus et scutorꝝ motus ⁊ galeatorꝝ multitudinem gladijs districtis: ⁊ telorꝝ iactus. ⁊ aureorꝝ armorꝝ splendorē. omnisqꝫ generis loricarꝝ. Quapropter om̄es rogabāt in bonū monstra conuerti. Sed cum falsus rumor exisset. tanq̄ꝫ vita excessissꝫ antiochus: assumptis iason non minus mille viris. aggressus est ciuitatē repente: et ciuibꝫ ad murū ꝯuolātibꝫ ad vltimū apprehensa ciuitate menelaus fugit in arcem. Iason vero non parcebat in cede ciuibus suis: nec cogitabat ꝓsperitatem aduersū cognatos malū esse maximū: arbitrans hostiū ⁊ non ciuiū se trophea capturū. Et principatū quidē non obtinuit: finē vero insidiarꝝ suarꝝ ꝯfusionem accepit: ⁊ ꝓfugus iterū abijt in āmaniten. Ad vltimū in exitiū sui conclusus ab aretha arabum tyranno. fugiens de ciuitate in ciuitatē omībꝫ odiosus. ut refuga legū ⁊ execrabilis. ut patrie ⁊ ciuium hostis. in egiptū extrusus est: et qui multos de patria sua expulerat. peregre perijt lacedemonas ꝓfectus. quasi p cognacōne ibi refugiū habiturus: ⁊ q̄ insepultos mltos abiecerat. ipe ⁊ illamētatus ⁊ insepultus abicitꝰ: sepultura neqꝫ pegna vsus: neqꝫ patrio sepulcro participās. His itaqꝫ gestis suspicatus est rex societatē deserturos iudeos: et ob hoc ꝓfectus ex egipto efferatis animis. ciuitatē quidē armis cepit. Iussit autē militibus interficere. nec parcere occursantibus: et p domos ascendētes trucidare. Fiebant ergo cedes iuuenū. ac seniorꝝ: mulierꝝ et natorꝝ exterminia: virginūqꝫ ⁊ paruulorum neces. Erant autem toto triduo. octoginta milia interfecti: quadragita milia vincti: nō minus autē venūdati. Sed nec ista sufficiūt. Ausus est etiā intrare tēplū vniūsa terra sanctius menelao ductore: qui legū ⁊ patrie fuit ꝓditor. Et scelestis manibꝫ sumēs sancta vasa que ab alijs regibꝫ ⁊ ciuitatibꝫ erant posita ad ornatū loci ⁊ gloriā: ꝯtrectabat indigne et ꝯtaminabat. Ita alienatus mente antiochus nō considerabat q̄ꝫ ꝑpter peccata habitantiū ciuitatem modicum deus fuerat iratus: propter quod ⁊ accidit circa locum despectō. Alioquin nisi contigisset eos multis peccatis esse inuolutos: sicut heliodorus qui missus est a seleuco rege ad expoliandum erarium: etiam hic statī aduemens flagellatus ⁊ repulsus utiqꝫ fuissꝫ ab audacia. Verū nō ꝑpter locū gentē: sed ꝑpter gētē

locū deus elegit. Ideoq₃ et ipse locus particeps factus est populi malorum: postea autē fiet socius bonoꝝ: et qui derelictus in ira dei omnipotentis est. iterū in magni dn̄i reconciliacōne cū summa gloria exaltabit.

III

Igitur antiochus mille octingētis ablatis de templo talentis velociter antiochiam regressus est: existimās se pre supbia terrā ad navigandū: pelagus vero ad iter agendum deducturū ꝓpter mentis elationē. Reliquit autē et ꝓpositos ad affligēdam gentem: iherosolimis quidem philippū genere frigem. moribꝫ crudeliorem eo ipso a quo constitutus est: in garisim autē andronicū et menelaū qui gravi⁹ q̄ ceteri imminebāt civibus. Cūq₃ appositus eēt contra iudeos misit odiosū principē appollomū cum exercitu viginti et duobus milibꝫ: precipiens ei omnes pfecte etatis interficere: mulieres ac iuvenes vendere. Qui cū venisset iherosolimā pacem simulans quievit usq₃ ad diē sanctū sabbati: et tūc feriatis iudeis arma capere suis p̄cepit. Omnesq₃ simul qui ad spectaculū ꝓcesserāt trucidavit: et civitatē cū armatis discurrēs ingentē multitudinē peremit.

IIII

Iudas autē machabeus qui decimus fuerat secesserat in desertum locū: ibiq₃ inter feras vitā in montibꝫ cū suis agebat: et feni cibo vescentes demorabant͛ ne participes essent coinquinationis.

VI

Sed non post multū tempus misit rex senē quēdā antiocenū q̄ ꝯpelleret iudeos ut se transferrent a patrijs et dei legibus: contaminare etiam qđ in iherosolimis erat templū. et cognominaret iovis olimpij: et in garizim ꝓut erant hij qui locū inhabitabant iovis hospitalis. Pessima autē et universis gravis erat maloꝝ incursio. Nam templū luxuria et commessationibꝫ erat plenū. et scortantiū cum meretricibꝫ: sacratisq₃ edibꝫ mulieres se ultro ingerebāt: introferentes ea que non licebāt. Altare etiā plenū erat illicitis: que legibus ꝓhibebantur. Neq₃ autē sabbata custodiebant͛: neq₃ dies solemnes patrij servabantur: nec simpliciter se quisquā iudeū confitebatur. Ducebantur aūt cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia: et cū liberi sacra celebrarent͛: cogebant͛ edera coronati libero circuire. Decretū autē exiuit in ꝓximas civitates gentiliū suggerentibus ptolomeis: ut pari modo et ipsi adu͛sus iudeos agerēt ut sacrificarēt: eos autē qui nollent transire ad instituta gentiliū interficerēt. Erat ergo videre miseriam. Due enim mulieres delate sūt natos suos circūcidisse: quarū ad ubera infantibꝫ suspensis cū publice per civitatē circunduxissent: per muros precipitaverūt. Alij vero ad ꝓximas coeūtes speluncas. et latenter sabbati diem celebrantes. cū indicati essent philippo flammis succensi sunt: eo q͛ verebātur ꝓpter religionē et observantiam manu sibimet auxiliū ferre. Obsecro autem eos q̄ hūc librū lecturi sūt. ne abhorrescant ꝓpter adu͛sos casus: sed reputent ea que acciderūt non ad interitū: sed ad correctionē esse generis nostri. Etenim multo tempore non sinere peccatoribꝫ ex sententia agere: sed statim ultiones adhibere. magni beneficij est indiciū. Non enim sicut in alijs nationibus dn̄s patienter expectat ut eas cum iudicij dies advenerit in plenitudine peccatorū puniat: ita et in nobꝭ statuit ut peccatis nostris in finē devolutis ita demū in nos vindicet: ꝓpter quod nunq̄ quidē a nobis misericordiam suā amovet: corripiens vero in adu͛sis ꝓplm suū non derelinquit. Sed hec nobis ad cōmonitionē legentiū dicta sint paucis: iam autē veniendū est ad narrationem.

VII

Igitur eleazarus unus de primoribus scribarū vir etate provectus. et vultu decorus. aperto ore hians compellebatur carnē porcinā mādūcare: at ille gloriosissimā mortem magis q̄ odibilem vitam complectēs: volūtarie preibat ad suppliciū. Intuēs autē quomō oporteret accidere: patienter sustinens destinavit nō admittē illicita: ꝓpter vite amorē. Hij aūt qui astabant iniqua miseratione commoti ꝓpter antiquā viri amiciciā tollentes eū secreto rogabant afferri carnes quibꝫ vesci ei licebat: ut simularetur manducasse sicut rex imperaverat de sacrificij carnibus: ut hoc facto a morte liberaretur: et propter vetere viri amiciciā hanc in eo faceret humanitatē. At ille cogitare cepit etatis ac senectutis sue eminentiā dignā. et ingenite

nobilitatis caniciem· atq; a puero optime
conu̾sationis actus: et scd̄m sancte et a deo
condite legis constituta respondit cito di=
cens: premitti se velle in infernū. Non enim
etatem nr̄am dignū est inquit fingere. ut
multi adolescentes arbitrantes eleazarum
nonaginta annoꝝ transisse ad vitam alie=
nigenaꝝ: et ipsi ꝓpter meā simulationē et
propter modicū corruptibilis vite tempus
decipiant̄: et per hoc maculam atq; execra=
tionem mee senectuti conquirā. Nam et si
in presenti tempore suppliciis hominū eripi=
ar: sed manū omnipotentis nec viuus nec
defunctus effugiā. Quāobrem fortiter vitā
excedendo· senectute quidē dignus appa=
rebo: adolescentibꝰ autē exemplū forte re=
linquam: si prompto animo ac fortiter pro
grauissimis ac sanctissimis legibꝰ honesta
morte pfungar. II Hijs dictis: confestim ad
suppliciū trahebatur. Hij autē qui eum du=
cebant et pauloante fuerant mitiores in irā
conu̾si sūt propter sermones ab eo dictos:
quos illi per arrogantiā prolatos arbitra=
bantur. Sed cū plagis perimeretur: inge=
muit et dixit. Dn̄e qui habes sanctam scien=
tiam· manifeste tu scis: qȥ cū a morte possem
liberari duros corporis sustineo dolores: se=
cundū animā vero ꝓpter timorem tuū liben=
ter hec patior. Et iste quidē hoc modo vi=
ta decessit: nō solū iuuenibꝰ· sed et memoriā
vniu̾se genti memoriā mortis sue ad exem=
plum virtutis et fortitudinis derelinquens.

III

VII

Contigit autē septem fratres
vna cū matre apprehensos compelli
a rege edere contra fas carnes porcinas:
flagris et taureis cruciatos. Unus aūt ex
illis qui erat primus sic ait. Quid queris:
et quid vis discere a nobis? Parati sumus
mori magis: q̄ patrias dei leges preuari=
cari. Iratus itaq; rex iussit sartagines· et ol=
las eneas succendi: quibus statim succen=
sis· iussit ei qui prior fuerat locutus· ampu=
tari linguā: et cute capitis abstracta sūmas
quoq; manus et pedes ei p̄cidi: ceteris eius
fratribꝰ et matre inspiciētibꝰ. Et cū iam per
omnia inutilis factus esset· iussit ignem ad=
moueri: et adhuc suspirātem torreri in sar=
tagine· in qua cū diu cruciaretur: ceteri vna
cū matre inuicē se hortabātur mori fortiter
dicentes. Dn̄s deus aspiciet veritatē· et con=
solabitur in nobis: quemadmodū in prote=
statione cantici declarauit moyses: et in ser=
uis suis consolabitur. IIII Mortuo itaq; illo pri=
mo hoc modo sequentē deducebant ad illu=
dendum: et cute capitis eius cū capillis ab=
stracta· interrogabant si manducaret prius
q̄ toto corpore per membra singula punire=
tur. At ille respondēs patria voce dixit. Nō
faciam. Propter qd̄ et iste sequenti loco pri=
mi tormenta suscepit: et in vltimo spū consti=
tutus sic ait. Tu quidē scelestissime in p̄senti
vita nos pdis: sed rex mūdi defunctos nos
pro suis legibꝰ eterne vite resurrectione su=
scitabit. Post hunc tercius illuditur: et lin=
guam postulatus cito protulit· et manus cō=
stanter extēdit: et cū fiducia ait. E celo ista
possideo: sed ꝓpter dei leges nūc hec ipsa de=
spicio: qm̄ ab ipso me ea recepturū spero. Ita
ut rex· et qui cū ipso erant mirarentur adole=
scentis animū: et tanq̄ nichil duceret cruci=
atus. Et hoc itaq; defuncto: quartū vexabāt
similiter torquētes. Et cū iam esset ad mor=
tem sic ait. Pocius est ab hominibꝰ morti
datos spem exspectare a deo· iterū ab ipso
resuscitandos. Tibi enim resurrectio ad vi=
tam non erit. Et cum admouissent quintū
vexabant eū: at ille respiciens in eum dixit.
Potestatē inter homines habens cū sis cor=
ruptibilis facis qd̄ vis. Noli aūt putare ge=
nus nr̄m a deo esse derelictū. Tu autē pati=
enter sustine: et videbis magnā potestatē
ipsius qualiter te et semen tuum torquebit.
Post hunc ducebant sextū: et is mori incipi=
ens sic ait. Noli frustra errare. Nos enim
propter nosmetipsos hoc patimur peccantes
in deū nostrū: et digna ammiratione facta
sunt in nobis. Tu autē ne existimes tibi im=
pune futurū: qd̄ contra deum pugnare tem=
ptaueris. Supra modū autē mater mirabi=
lis et bonoꝝ memoria digna· que pereūtes
septem filios sub vnius diei tempore conspi=
ciens· bono animo ferebat ꝓpter spem quā
in deū habebat: singulos autē illoꝝ horta=
batur voce patria fortiter repleta sapiētia:
et feminee cogitationi masculinū animū in=
ferēs dixit ad eos. Nescio qualiter in vtero

ꝓcumbens soluere corrigiam calciamen-
torꝝ eius. Ego baptizaui vos aqua: ille ve-
ro baptizabit vos spū sancto. Et factum ē
in diebꝫ illis: venit ihesus a nazareth gali-
lee ⁊ baptizatus ē a iohāne in iordane. Et
statim ascendēs de aq̄. vidit celos aptos:
⁊ spm̄ sanctū tanq̄ columbā descendentē
et manentē in ipo. Et vox facta est de celis.
Tu es filius meus dilectus: in te ꝯplacui.
Et statim spūs expulit eū in desertū. Et erat
in deserto quadraginta diebꝫ ⁊ q̄draginta
noctibꝫ: ⁊ tēptabatur a sathana. Eratq; cū
bestiis: ⁊ angeli ministrabāt ei. Postq̄ aūt
traditus ē iohānes: venit ihesus in galile-
am ꝑdicās euangeliū regni dei ⁊ dicens.
Quoniā impletū ē tempus: ⁊ appropinq̄-
uit regnū dei. Penitemini ⁊ credite euāge-
lio. Et pteriens secus mare galilee: vidit si-
monem ⁊ andreā fratrē eius mittētes retia
in mare. Erant enim piscatores. Et dixit eis
ihesus. Venite post me: ⁊ faciam vos fieri
piscatores hominū. Et ꝓtinus relictis retibꝫ
secuti sunt eū. Et ꝓgressus inde pusillū vi-
dit iacobū zebedei ⁊ iohannē frēm eius et
ipos ꝯponētes retia in naui: ⁊ statī vocauit
illos. Et relicto p̄re suo zebedeo in naui cum
mercēnariis: secuti sunt eū. Et ingrediunt̄
capharnaū: ⁊ statim sabbatis ingressus in
sinagogam docebat eos. Et stupebant sup
doctrina eius. Erat enim docēs eos quasi
ptātem habens: ⁊ nō sicut scribe. Et erat ī
sinagoga eorꝝ homo in spū immūdo: ⁊ ex-
clamauit dicēs. Quid nobis ⁊ tibi ihesu na-
zarene? Venisti ꝑdere nos. Scio qui sis:
sanctus dei. Et ꝯminatus ē ei ihesus dicens.
Obmutesce: ⁊ exi de homine. Et discerpēs
eum spūs immūdus. ⁊ exclamās voce ma-
gna: exiit ab eo. Et mirati sunt omēs: ita ut
ꝯquirerēt inter se dicētes. Quid nā ē hoc?
Que nam doctrina hec noua? Quia in ptā-
te spiritibꝫ immūdis imperat: ⁊ obediūt ei.

Et ꝓcessit rumor eius statim ī oēs regiōes
galilee. Et ꝓtinus egredientes de sinagoga:
venerūt in domū simonis ⁊ andree cū iaco-
bo et iohāne. Decumbebat aūt socrus simo-
nis febricitās: ⁊ statim dicūt ei de illa. Et ac-
cedens eleuauit eam apphensa manū eius:
et ꝯtinuo dimisit eam febris: ⁊ ministrabat
eis. Vespe aūt facto cū occidisset sol affere-
bant ad eū oēs male hn̄tes: ⁊ demonia hn̄-
tes: ⁊ erat omīs ciuitas ꝯgregata ad ianu-
am. Et curauit multos q̄ vexabātur variis
languoribꝫ: ⁊ demonia multa eiciebat: ⁊ nō
sinebat ea loqui quoniā sciebāt eū. Et dilu-
culo valde surgēs egressus abiit in desertū
locū: ibiq; orabat. Et ꝓsecutus est eū simō:
et qui cū illo erant. Et cum inuenissent eū
dixerūt ei: q̄r omēs querunt te. Et ait illis.
Eamus in ꝓximos vicos ⁊ ciuitates: vt et
ibi ꝑdicem. Ad hoc enim veni. Et erat ꝑdi-
cans in sinagogis eorꝝ ⁊ in omī galilea: et
demonia eiciēs. Et venit ad eū leprosus de-
ꝑcans eū: ⁊ genuflexo dixit. Si vis potes
me mundare. Ihesus aūt misertus eius extē-
dit manū suā: ⁊ tangens eum ait illi. Volo.
Mundare. Et cū dixisset statim discessit ab
eo lepra: ⁊ mūdatus est. Et ꝯminatus ē ei
statimq; eiecit illū: ⁊ dicit ei. Vide nemini di-
xeris: sed vade ostende te principi sacerdotū:
et offer ꝓ emundacōe tua. q̄ precepit moy-
ses in testimoniū illis. Et egressus cepit ꝑ-
dicare ⁊ diffamare sermonē: ita vt iam non
posset manifeste introire in ciuitatem sed foris
in desertis locis eē: ⁊ ꝯueniebāt ad eū vndiq;.

Et iterū intrauit capharnaū **II**
post dies: ⁊ auditū est q̄ in domo es-
set ⁊ ꝯuenerūt multi ita vt nō caperet neq;
ad ianuā: ⁊ loquebatur eis verbū. Et vene-
runt ad eum ferētes paraliticū: qui a quatu-
or portabatur. Et cum non possent offerre
eum illi p̄ turba nudauerūt tectū vbi erat:
et patefaciētes submiserūt grabatū in quo
paraliticus iacebat. Cum autē vidisset ihesus
fidē illorꝝ: ait paralitico. Fili dimittunt̄ tibi
peccata tua. Erant aūt illic quidā de scribis
sedētes: ⁊ cogitantes in cordibꝫ suis. Quid
hic sic loquit̄? Blasphemat. Quis potest di-
mittere peccata: nisi solus deus? Quo statī
cognito ihesus spiritu suo q̄r sic cogitarent

intra se: dicit illis. Quid ista cogitatis in
cordib⁹ vestris? Quid est facilius · dicere
paralitico dimittunt̃ tibi peccata: an dicere
surge tolle grabatū tuū ⁊ ambula? Vt aūt
sciatis ꝙ filius hominis habet ptātem ī ter-
ra dimittēdi peccata: ait paralitico. Tibi di-
co surge: tolle grabatū tuū: ⁊ vade ī domū
tuā. Et statim surrexit ille: ⁊ sblato graba-
to abijt inde coram omnib⁹ ita vt miraren-
tur om̄es ⁊ honorificarēt deū dicētes: quia
nunꝙ sic vidimus. Et egressus ē rursus ad
mare: om̄isqꝫ turba veniebat ad euꝫ: et do-
cebat eos. Et cū ꝑteriret vidit leuim alphei
sedentē ad theoloneū: ⁊ ait illi. Sequere
me. Et surgēs secutus ē eū. Et factū est cū
accumberet in domo illius: multi publicani
et peccatores simul discumbebāt cū ihesu ⁊
discipulis eius. Erant enim multi qui ⁊ seq̄-
bant̃ eum. Et scribe et pharisei videntes
ꝙ manducaret cū publicanis ⁊ peccatoribus:
dixerūt discipulis eius. Quare cū publica-
nis et peccatorib⁹ manducat ⁊ bibit magi-
ster vester? Hoc audito ihus ait illis. Nō
necesse habent sani medico: ſꝫ qui male ha-
bent. Non enim veni vocare iustos: ſꝫ pec-
catores. Et erāt discipuli iohānis ⁊ phari-
sei ieiunātes: et veniūt ⁊ dicūt illi. Quaē di-
scipuli iohānis ⁊ phariseoꝝ ieiunāt: tui au-
tem discipuli nō ieiunāt? Et ait illis ihesus.
Nūquid possunt filij nuptiaꝝ quādiu spō-
sus ē cū illis ieiunaē? Quāto tpe habēt secū
spōsū nō possunt ieiunaē. Venīet aūt dies
cū auferet̃ ab eis spōsus: ⁊ tūc ieiunabūt ī
illis dieb⁹. Nemo assumentuꝫ panni rudis
assuit vestimto veteri. Alioquin aufert sup-
plementū nouū a veteri: ⁊ maior scissura fit.
Et nemo mittit vinū nouū in vtres veteres:
alioqn dirūpet vinū vtres · et vinū effunde-
tur: ⁊ vtres peribūt. Sꝫ vinū nouū in vtres
nouos mitti debet. Et factum est iterum cū
sabbatis ambularet ꝑ sata: ⁊ discipuli ei⁹
ceperūt ꝓgredi ⁊ vellere spicas. Pharisei
aūt dicebant ei. Ecce quid faciūt discipuli
tui sabbatis: qđ nō licet. Et ait illis. Nūꝙ
legistis q̄d fecerit dauid quando necessi-
tatem habuit ⁊ esurijt ipe ⁊ qui cū eo erāt:
quō introiuit in domū dei sub abiathar pn̄-
cipe sacdotū ⁊ panes ꝓposicōis māducauit
quos nō licebat manducaē nisi solis sacer-
dotib⁹ et dedit eis et qui cū eo erant? Et di-
cebat eis. Sabbatū ꝓpter hominē factum
est: et non homo ꝓpter sabbatuꝫ. Itaqꝫ dn̄s
est filius homīs etiam sabbati.

III

Et introiuit iterum in sinagogam: et
erat ibi homo habens manū aridā.
Et obseruabant euꝫ si sabbatis curaret: vt
accusarent illū. Et ait homini habēti manū
aridā. Surge in mediū. Et dicit eis. Licet
sabbatis benefacere an male: animā saluā
facere an pdere? At illi tacebāt. Et circūspi-
ciens illos cū ira: ꝯtristatus super cecitate
cordis eoꝝ dicit homini. Extēde manū tuā.
Et extēdit: ⁊ restituta est manus illi. Exeū-
tes aūt pharisei statiꝫ cū herodianis ꝯciliū
faciebant aduersus eū: quō eum perderēt.
Ihesus aūt cū discipulis suis secessit ad ma-
re: ⁊ multa turba a galilea et iudea secuta ē
eū: et ab iherosolomis ⁊ ab ydumea et trās
iordanem ⁊ qui circa tyrum et sydonē · multi-
tudo magna audiētes que faciebat venerūt
ad eum. Et dixit ihesus discipulis suis: ut ī
nauicula sibi deseruiret ꝓpter turbaꝫ ne ꝯp̄-
merent eū. Multos enim sanabat: ita vt ir-
ruerēt in eum vt illū tangerent quotqt ha-
bebāt plagas. Et spūs immūdi cum illum
videbāt ꝓcidebant ei: ⁊ clamabāt dicētes.
Tu es filius dei. Et vehemēter ꝯminabatur
eis: ne manifestarēt illū. Et ascendēs in mon-
tem vocauit ad se quos voluit ipse: ⁊ vene-
rūt ad eū. Et fecit vt essent duodecim cū illo:
et vt mitteret eos ꝑdicaē. Et dedit illis po-
testateꝫ curādi infirmitates: ⁊ eiciēdi demo-
nia. Et imposuit simoni nomē petrus. Et ia-
cobū zebedei ⁊ iohānem fratrē iacobi: ⁊ im-
posuit eis noīa boanerges quod ē filij toni-
trui. Et andreaꝫ ⁊ philippū et bartholomeū
et matheū: ⁊ thomam et iacobū alphei ⁊ tha-
deum ⁊ simonē chananeū: et iudaꝫ scarioth
qui tradidit illum. Et veniunt ad domū. Et
ꝯuenit iterum turba: ita vt nō possent neqꝫ
panē manducare. Et cum audissent sui: exi-
erūt tenere eū. Dicebant enim: qm̄ in furorē
versus ē. Et scribe qui ab iherosolimis descē-
derāt dicebāt quoniā beelzebub habet: ⁊ ꝙ
in principe demonioꝝ eicit demonia. Et cō-
uocatis eis: in parabolis dicebat illis. Quō

potest sathanas sathanā eicē? Et si regnū in se diuidat̄: non potest regnū illud stare. Et si domus sup semetipāz dispтiat̄: nō potest domus illa stare. Et si sathanas ↄsurrexerit in semetipm dispтitus est. ⁊ nō potest stare ꝫ finez habet. Nemo potest vasa fortis ingressus in domū diripere nisi pꝰus fortem alliget: ⁊ tūc domū eius diripiet. Amē dico vobis: qm̄ omnia dimittētur filijs hominū peccata ⁊ blasphemie quibꝫ blasphemauerūt. Qui autem blasphemauerit in spiritū sanctū nō habebit remissiōez in eternū: sed reus erit eterni delicti: quoniā dicebāt spiritum immundū habet. Et veniūt mater eius ⁊ frēs: et foris stantes miserūt ad euz vocātes eum. Et sedebat circa eū turba: ⁊ dicūt ei. Ecce mater tua ⁊ frēs tui foris querūt te. Et respondēs eis ait. Que est mater mea et frēs mei? Et circūspiciēs eos qui in circuitu eius sedebāt ait. Ecce mater mea ⁊ frēs mei. Qui enim fecerit voluntatem dei: hic frater meus et soror mea et mater est.

IIII

Et iterum cepit docere ad mare: ⁊ cōgregata ē ad eum turba multa ita vt in nauim ascendēs sederet in mari: et oīs turba circa mare sup terram erat: ⁊ docebat eos in parabolis multa: ⁊ dicebat illis in doctrina sua. Audite. Ecce exijt semināS ad seminandū. Et dū semiat: aliud cecidit circa viam ⁊ venerūt volucres celi et ↄmederūt illud. Aliud vero cecidit sup petrosa vbi nō habuit terrā multam: et statiz exortū est quoniā nō habebat altitudinē terre: et quādo exortus est sol exestuauit et eo ꝙ non habebat radicē exaruit. Et aliud cecidit in spinas: ⁊ ascenderūt spine et suffocauerūt illud: ⁊ fructum nō dedit Et aliud cecidit in terrā bonā ⁊ dabat fructum ascendentē ⁊ crescentē: et afferebat vnū triginta et vnū sexaginta: ⁊ vnū centum. Et dicebat. Qui habet aures audiendi audiat. Et cū esſꝫ singularis: interrogauerūt eum hij qui cū eo erant duodecī parabolaz. Et dicebat eis. Vobis datū est nosse misteriū regni dei: illis autem qui foris sūt in parabolis omnia fiūt. vt vidētes videāt et nō videant: ⁊ audiētes audiāt ⁊ nō intelligāt: ne quādo ↄuertant̄ et dimittāt̄ eis peccata. Et ait illis. Nescitis parabolaz hāc? Et quomodo oīes parabolas ↄgnoscetis? Qui seminat: v̄buz seminat. Hij autē sūt qui circa viā vbi semiatur v̄buz: et cū audierint ↄfestim venit sathanas ⁊ aufert quod seminatum ē in corde eoꝝ. Et hij sūt similiter q̄ supra petrā semināt̄: qui cum audierint v̄bum statī cum gaudio accipiūt illud ⁊ nō habent radicē in se sed tpales sūt: deinde orta tribulacōne ⁊ ꝑsecutione ꝓpter verbum ↄfestim scandalizāt̄. Et alij sūt qui in spinis seminātꝰ. Hij sūt qui verbū audiūt et erumne seculi ⁊ decepcō diuitiaꝝ ⁊ circa reliq̄ ↄcupiscentie introeuntes suffocāt verbum: et sine fructu efficitur. Et hij sūt q̄ sup terrā bonam seminati sūt: qui audiūt verbū et suscipiūt: et fructificāt vnū triginta vnū sexaginta ⁊ vnū centū. Et dicebat illis. Nūquid venit lucerna vt sub modio ponatur aut sub lecto? Nōne vt sup candelabrū ponatur? Nō est enim aliq̄d absconditū qd̄ nō manifestet̄: nec factum ē occultū quod nō veniat in palam. Si quis habet aures audiendi audiat. Et dicebat illis. Videte quid audiatis. In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis. Qui enim habet dabitur illi: ⁊ qui nō habet: etiaz quod habet auferet̄ ab eo. Et dicebat. Sic est regnū dei: quēadmodū si homo iaceat sementē in terram ⁊ dormiat: et exsurgat nocte et die et semen germinet ⁊ increscat dū nescit ille. Vltro enim terra fructificat: pꝰmū herbam. deinde spicā: deinde plenū frumentū in spica. Et cum se ꝓduxerit fructus statim mittit falcem: qm̄ adest messis. Et dicebat. Cui assimilabimus regnum dei: aut cui parabole ↄparabimus illud? Sicut granū synapis qd̄ cum seminatū fuerit in terra minus est omnibꝫ seminibꝫ que sūt in terra: ⁊ cum natū fuerit ascendit in arborem ⁊ fit maius omnibus oleribꝫ: ⁊ facit ramos magnos ita vt possint sub vmbra eius aues celi habitare. Et talibꝫ multis parabolis loquebatur eis verbuz ꝓut poterāt audire: sine parabola autem nō loquebat̄ eis. Seorsū aūt discipulis disserebat oīa. Et ait illis in illa die cū sero esset factū. Transeamus ↄtra. Et dimittētes turbā assumūt eū ita ut erat in naui:

et alie naues erāt cū illo. Et facta ē ꝓcella
magna vēti: ⁊ fluctus mittebat in nauim:
ita vt impleret̃ nauis. Et erat ipe in puppi
sup ceruical dormiēs: et excitant eū ⁊ dicūt
illi. Magister: nō ad te ꝑtinet q̄ perimus?
Et exsurgēs ꝯminatus est vēto: ⁊ dixit ma-
ri. Tace: obmutesce. Et cessauit ventus: et
facta est tranquilitas magna. Et ait illis
Quid timidi estis? Necdū habetis fidē. Et
timuerūt timore magno: ⁊ dicebāt ad alter-
utrū. Quis putās est iste: q̄ vētus ⁊ mare
ET venerūt trās V obediūt ei.
fretum maris in regionē gerasenoꝝ.
Et exeūti ei de naui statim occurrit de monu-
mētis homo in spū immūdo: qui domiciliū
habebat in monumētis. Et neqꝫ cathenis
iam quisq̄ poterat eū ligare: qm̄ sepe ꝯpe-
dib⁹ ⁊ cathenis vinctus. dirupisset cathenas
et ꝯpedes ꝯminuisset: ⁊ nemo poterat eum
domare. Et semꝑ die ac nocte in monumē-
tis ⁊ in mōtib⁹ erat clamans: et ꝯcidēs se la-
pidib⁹. Videns aūt ihesum a lōge cucurrit
et adorauit eū: ⁊ clamās voce magna dixit.
Quid michi et tibi ihesu fili dei altissimi? Ad-
iuro te ꝑ deum ne me torqueas. Dicebat e-
nim illi. Exi spūs immūde ab homine isto.
Et interrogabat eū. Quod tibi nomē est?
Et dicit ei. Legio michi nomē est: q̄ multi
sumus. Et deꝑcabatur eū multū: ne se expel-
leret extra regionē. Erat aūt ibi circa mon-
tē grex porcoꝝ magnus pascēs in agris:
Et deꝑcabant̃ eū spūs dicētes. Mitte nos
in porcos: vt in eos introeam⁹. Et ꝯcessit
eis statim ihesus. Et exeūtes spūs immūdi
introierūt in porcos: ⁊ magno impetu grex
p̄cipitatus est in mari ad duo milia: ⁊ suffo-
cati sūt in mari. Qui aūt pascebāt eos fuge-
rūt: ⁊ nūciauerūt in ciuitatē ⁊ in agros. Et
egressi sūt videre quid esset factū: ⁊ venerūt
ad ihesum: ⁊ vident illū qui a demonio ve-
xabat̃ sedentē vestitū ⁊ sane mētis. et timu-
erūt. Et narrauerūt illis qui viderāt quali-
ter factū esset ei qui demoniū habuerat: et
de porcis. Et rogare ceperūt eum: vt disce-
deret de finib⁹ eoꝝ. Cūqꝫ ascendēt nauim:
cepit illū deꝑcari q̄ a demonio vexatus fue-
rat vt esset cum illo ⁊ nō admisit eū: sꝫ ait illi.
Vade in domū tuā ad tuos: ⁊ annūcia illis
quāta tibi dn̄s fecerit: et misertus sit tui. Et
abijt et cepit p̄dicare in decapoli. quāta sibi
fecisset ihesus: et oīes mirabāt̃. Et cū ascen-
disset ihesus in nauim rursū trās fretū cōuenit
turba multa ad eū: et erat circa mare. Et ve-
nit quidā de archisynagogis nomine iay-
rus: et videns eum ꝓcidit ad pedes eius:
et deꝑcabatur eū multū dicens. quoniā filia
mea in extremis est. Veni impone manum
tuā sup eā: vt salua sit et viuat. Et abijt cū
illo: et sequebatur eum turba multa: ⁊ ꝯpri-
mebant eū. Et mulier q̄ erat in ꝓfluuio san-
guinis ānis duodecim et fuerat multa ꝑpes-
sa a ꝯplurib⁹ medicis: ⁊ erogauerat omnia
sua. nec quicq̄ ꝓfecerat: sꝫ magis deterius
habebat. Cū audisset de ihesu venit in turba
retro: et tetigit vestimentū eius. Dicebat e-
nim: q̄ si vel vestimētū eius tetigero salua
ero. Et ꝯfestim siccatus est fons sanguinis
eius: ⁊ sensit corpore. q̄ sanata esset a plaga
Et statim ihesus in semetipo ꝯgnoscēs vir-
tutē que exierat de illo: ꝯuersus ad turbam
aiebat. Quis tetigit vestimēta mea? Et di-
cebant ei discipuli sui. Vides turbam cōpri-
mentē te. ⁊ dicis quis me tetigit? Et circū-
spiciebat videre eā que hoc fecerat. Muli-
er vero timens ⁊ tremēs sciens quod factū
esset in se: venit et ꝓcidit ante eum et dixit ei
oēm veritatē. Ille aūt dixit ei. Filia fides tua
te saluam fecit: vade in pace: ⁊ esto sana a
plaga tua. Adhuc eo loquēte veniūt nun-
tij ad archisynagogum dicētes: q̄ filia tua
mortua ē. Quid vltra vexas magistrū? Ihe-
sus autē audito ꝟbo quod dicebat̃: ait ar-
chisynagogo. Noli timere: tantūmodo cre-
de. Et nō admisit quenq̄ se sequi: nisi petrū
et iacobū ⁊ iohannē fratrē iacobi. Et veni-
unt in domū archisynagogi. Et vidit tumul-
tum et flentes ⁊ eiulantes multū: et ingres-
sus ait illis. Quid turbamini et ploratis?
Puella non ē mortua sꝫ dormit. Et irridebāt
eum. Ipe vero eiectis oīb⁹ assumit patrē
et matrē puelle. et qui secū erāt: et ingredi-
untur vbi puella erat iacēs: et tenēs manū
puelle ait illi. Thabitha cumi: quod ē inter-
pretatū: puella tibi dico surge. Et ꝯfestim
surrexit puella: et ambulabat. Erat autē
annoꝝ duodecim. Et obstupuerūt stupore

magno. Et p̄cepit illis vehementer. vt ne-
mo id sciret: ⁊ dixit daᷓ illi mãducaᷓ. VI
Et egressus inde abijt in patriã suã:
et sequebant̄ eum discipuli sui. Et fcõ
sabbato cepit in synagoga docere: ⁊ multi
audiẽtes. ãmirabãt̄ in doctrina eius dicẽ-
tes. Vnde huic hec oĩa? Et que ẽ sapiã
que data ẽ illi: ⁊ virtutes tales q̃ ꝑ manꝰ
eius efficiũt̄? Nõne hic est faber filius ma-
rie: frater iacobi ⁊ ioseph ⁊ iude et simõis?
Nõne et sorores eius hic nobiscũ sunt? Et
scandalizabãt̄ in illo. Et dicebat illis ih̄s:
q2 nõ ẽ ꝓpheta sine honore nisi in patria sua
et in domo sua ⁊ in ɔgnacõe sua. Et nõ po-
terat ibi virtutez vllã facere nisi paucos in-
firmos impositis manibꝰ curauit: ⁊ miraba-
tur ꝓpter incredulitatem eoꝝ: ⁊ circuibat
castella in circuitu docẽs. Et vocauit duo-
decim: et cepit eos mittere binos: ⁊ dabat
illis potestatẽ spirituũ inmũdoꝝ. Et p̄ce-
pit eis ne quid tollerent in via nisi virgaz
tantũ: nõ peram nõ panẽ neq3 in zona es ꝫ
calciatos sandalijs: ⁊ ne induerent̄ duabꝰ
tunicis. Et dicebat eis. Quocũz introieritꝭ
in domũ illic manete donec exeatis inde: ⁊
quicũq3 nõ receperint vos nec audierint:
exeuntes inde excutite puluerez de pedibꝰ
vr̄is in testimoniũ illis. Et exeũtes p̄dica-
bant vt penitẽtiaz agerẽt: ⁊ demonia mul-
ta eiciebãt: ⁊ vngebãt oleo mltos egros
et sanabant̄. Et audiuit rex herodes: mani-
festum enim factũ est nomẽ eius: ⁊ dicebat
Quia iohannes baptista resurrexit a mor-
tuis: et ꝓpterea virtutes operãt̄ in illo. Alij
aũt dicebãt q2 helias ẽ: alij vẽo dicebãt q2
ꝓpheta est quasi vnus ex ꝓphetis. Quo au-
dito herodes ait. Quẽ ego decollaui iohã-
nem hic a mortuis resurrexit. Ipe enim he-
rodes misit ac tenuit iohannẽ ⁊ vinxit eũ
in carcerẽ ꝓpter herodiadẽ vxorez philippi
fratris sui: q2 duxerat eã. Dicebat enim io-
hãnes herodi. Non licet tibi habere vxorẽ
fratris tui. Herodias aũt insidiabatur illi:
et volebat occidere eũ nec poterat. Hero-
des autẽ metuebat iohannẽ sciẽs eum virũ
iustũ ⁊ sanctum et custodiebãt euz: et audi-
to eo multa faciebat: ⁊ libẽter eũ audiebat.
Et cum dies oportunus accidisset: herodes
natalis sui cenã fecit principibꝰ et tribunis
et primis galilee. Cũq3 introisset filia ipsius
herodiadis. et saltasset ⁊ placuisset herodi si-
mulq3 recũbẽtibꝰ: rex ait puelle. Pete a me
qδ vis: ⁊ dabo tibi. Et iurauit illi: q2 quicq̃d
petieris dabo tibi: licet dimidiuz regni mei.
Que cum exisset: dixit matri sue. Quid petã?
At illa dixit. Caput iohãnis baptiste. Cũz
introisset statim cũ festinacõe ad regẽ: peti-
uit dicẽs. Volo: vt ꝓtinus des michi in di-
sco caput iohãnis baptiste. Et ɔtristatus
est rex. Propter iusiurandũ et ꝓpter simul
discũbẽtes noluit eã ɔtristare: ꝫ misso spicu-
latore p̄cepit afferri caput eius in disco: et
decollauit eũ in carcere. Et attulit caput eiꝰ
in disco: et dedit illud puelle: et puella dedit
matri sue. Quo audito discipuli eius vene-
rũt et tulerũt corpus eius: ⁊ posuerũt illud
in monumẽto. Et ɔueniẽtes apli ad ihesum:
renũciauerũt ei oĩa que egerãt ⁊ docuerãt.
Et ait illis. Venite seorsũ in desertũ locũ: et
requiescite pusillũ. Erãt enim qui veniebãt
et redíebãt multi: et nec spaciũ manducan-
di habebãt. Et ascendẽtes in nauim abierũt
in desertũ locũ seorsũ. Et viderũt eos abeun-
tes: et ɔgnouerũt multi. ⁊ pedestres de oĩ-
bus ciuitatibꝰ cucurrerũt illuc et p̄uenerunt
eos. Et exiens vidit turbam multã ihesus:
et misertus ẽ super eos q2 erãt sicut oues nõ
habẽtes pastorẽ: ⁊ cepit illos docere mlta.
Et cũ iam hora multa fieret: accesserũt disci-
puli eius dicẽtes. Desertus ẽ locus hic: ⁊ iã
hora p̄terijt. Dimitte illos: vt euntes in ꝓxi-
mas villas et vicos emant sibi cibos quos
mãducẽt. Et rn̄dens ait illis. Date illis mã-
ducare. Et dixerũt ei. Euntes emamus ducẽ-
tis denarijs panes: et dabimus illis mãdu-
care. Et dicit eis. Quot panes habetis? Ite
et videte. Et cũ ɔgnouissent dicũt. Quinq3.
Et duos pisces. Et p̄cepit illis vt accũbere
facerent oĩes scδm cõtubernia sup viride
fenũ. Et discũbuerũt in ꝑtes: ꝑ centenos ⁊
quinq̃genos. Et acceptis quinq3 panibꝰ
et duobꝰ piscibꝰ: intuẽs in celũ benedixit et
fregit panes ⁊ dedit discipulis suis vt pone-
rent ante eos: et duos pisces diuisit oĩbꝰ.
Et manducauerũt oĩes: et saturati sunt. Et
sustulerũt reliquias fragmentoꝝ duodecĩ

cophinos plenos: et de piscib⁹. Erāt autez
qui māducauerūt quinqꝫ milia viroꝝ. Et
statim coegit discipl'os suos ascendere na=
uim vt ꝑcederet eum trāsfretū ad bethsay=
adaz: dū ipe dimitteret ꝓplm. Et cū dimis=
set eos: abijt in montē orare. Et cū sero essꝫ
erat nauis in medio mari: ⁊ ipse solus in t̄=
ra. Et vidēs eos laborātes in remigando. e=
rat enim vētus ꝯtrarius eis: ⁊ circa quartā
vigiliam noctis venit ad eos ambulās su=
pra mare: et volebat ꝑterire eos. At illi vt
viderūt eum ambulantē supra mare puta=
uerūt fantasma esse: ⁊ exclamauerūt. Oēs
enim viderūt eū: ⁊ cōturbati sūt. Et statim
locutus ē cū eis: ⁊ dixit eis. Cōfidite. Ego
sū: nolite timere. Et ascendit ad illos in na=
uim: et cessauit vētus. Et plus magis intra
se stupebāt. Nō enim intellexerūt de pani=
bus. Erat enim cor eoꝝ obcecatū. Et cū trās=
fretassent venerūt in terraz genesareth: et
applicuerūt. Cūqꝫ egressi essent de naui con=
tinuo ꝯgnouerūt eum: ⁊ ꝑcurrētes vniuer=
sam regionē illā ceperāt in grabatis eos q̄
se male habebāt circūferre vbi audiebant
eum esse. Et quocūqꝫ introiebat in vicos vel
in villas aut ciuitates: in plateis ponebāt
infirmos. ⁊ deꝑcabant' eū vt vel fimbriam
vestimēti eius tangerēt: et q̊tq̊t tangebāt
eū salui fiebāt.

VII

ET ꝯueniūt ad
eum pharisei ⁊ quidā de scribis: veni=
entes ab iherosolimis. Et cū vidissent quo=
sdam ex discipulis eius ꝯmunib⁹ manib⁹
id est nō lotis māducare panes: vitupera=
uerūt. Pharisei enim ⁊ oēs iudei nisi cre=
bro lauerint manus nō māducāt. tenētes
tradicōez senioꝝ: ⁊ a foro nisi baptizētur
nō ꝯmedūt: et alia multa sunt que tradita
sūt illis suaē. baptismata calicū et vrceoꝝ
et eramētoꝝ ⁊ lectoꝝ. Et interrogabāt eū
pharisei ⁊ scribe. Quare discipuli tui nō am=
bulāt iuxta tradicōez senioꝝ: sꝫ ꝯmunib⁹
manib⁹ manducāt panē? At ille respōdēs
dixit eis. Bene ꝓphetauit ysaias de vobis
ypocritis: sicut scriptū est. Populus hic la=
bijs me honorat: cor aūt eoꝝ lōge ē a me.
In vanū autē me colūt docētes doctrinas
et ꝑcepta hoim. Relinquētes enim manda=
tū dei tenetis tradicōes hoim: baptismata
vrceoꝝ et calicū. ⁊ similia hijs facitis m̄lta.
Et dicebat. Bene irritū fecistis ꝑceptuz dei:
vt tradicōez vr̄az suetis? Moyses enim di=
xit. Honora patrē tuū ⁊ matrē tuā: ⁊ q̄ male=
dixerit pr̄i vel matri morte moriat'. Vos aūt
dicitis. Si dixerit homo patri ā matri corban
qd̄ est donū quodcūqꝫ ex me tibi ꝓfuerit: et
vltra nō dimittitis eū quicq̄ facere pr̄i suo
aut matri: rescindētes v̄bū dei ꝑ tradicōem
vr̄az quā tradidistis. Et similia hmōi m̄lta
facitis. Et aduocās iterū turbā dicebat illis.
Audite me oēs ⁊ intelligite. Nichil est e=
xtra hominē introiēs in eū qd̄ possit eū coin=
quinare: sꝫ que de hoīe ꝑcedūt illa sūt que
ꝯmunicāt hoīez. Si quis habz aures audi=
endi audiat. Et cū introissꝫ ī domū a turba:
interrogabāt eū discipuli eius parabolam.
Et ait illis. Sic et vos imprudentes estis?
Nō intelligitis q̄r oē extrinsecus introiēs
in hoīez nō potest eū ꝯmunicaē q̄r nō intrat
in cor eius: sꝫ in vētrē vadit ⁊ in secessum ex=
it purgans oēs escas? Dicebat autē: q̄m
illa que de hoīe exeūt illa ꝯmunicāt hoīem.
Ab intus enim de corde hominū male cogi=
tacōes ꝑcedūt: adulteria. fornicacōes. ho=
micidia. furta. auaricie. nequicie. dolus. in=
pudicicie. oc'lus malus: blasphemia. sup̄bia.
stulticia. Oīa hec mala ab intus ꝑcedūt: ⁊
ꝯmunicāt hoīez. Et inde surgens abijt in fi=
nes tyri et sydonis: ⁊ ingressus domū nemi=
nē voluit scire: ⁊ nō potuit latere. Mulier
enim statim vt audiuit de eo cuius filia ha=
bebat spm̄ immundū intrauit: et ꝓcidit ad
pedes eius. Erat enim mulier gentilis: syro=
phenissa gn̄e. Et rogabat eū vt demoniū ei=
ceret de filia eius. Qui dixit illi. Sine ꝑus
saturari filios. Nō est enim bonū sumē panē
filioꝝ: et mittē canib⁹. At illa r̄ndit: et dixit
illi. Vtiqꝫ dn̄e. Nā et catelli ꝯmedūt sub mē=
sa de micis pueroꝝ. Et ait illi. Propter hūc
sermonē vade: exijt demoniū de filia tua. Et
cū abijssꝫ domū inuenit puellā iacentez sup̄
lectū: ⁊ demoniū exijsse. Et iterū exiēs de fi=
nibus tyri venit ꝑ sydonē ad mare galilee
inter medios fines decapoleos. Et addu=
cūt ei surdū ⁊ mutū. Et deꝑcabant' eū vt im=
ponat illi manū. Et apphendēs euz de turba
seorsū misit digitos suos in auriculas eius:

et expuēs tetigit linguā eius: et suspiciens
in celū ingemuit: et ait illi. Effeta: qđ ē ad-
aperire. Et statim aperte sūt aures eius: et so-
lutū est vinculū lingue eius: et loquebatur
recte. Et p̄cepit illis ne cui diceret. Quāto
autē eis p̄cipiebat tātomagis plus p̄dica-
bāt: et eo amplius āmirabāt: dicētes. Bñ
omīa fecit: et surdos fecit audire: et mutos
loqui.

VIII

IN diebꝰ illis iterū cū turba
multa eēt nec haberēt qđ manducarēt: cō-
uocatis discipulis ait illis. Misereor super
turbam: quia ecce iam triduo sustinēt me nec
habēt quod manducēt: et si dimisero eos
ieiunos in domū suā deficiēt in via. Quidā
enim ex eis delōge venerūt. Et rn̄derūt ei
discipuli sui. Vnde illos quis poterit hic
saturare panibꝰ in solitudine? Et interroga-
uit eos. Quot panes habetis? Qui dixerūt.
Septē. Et p̄cepit turbe discumbere sup ter-
ram. Et accipiēs septē panes grās agens
fregit: et dabat discipulis suis vt apponerēt:
et apposuerūt turbe. Et habebāt pisciculos
paucos: et ipos bñdixit: et iussit apponi. Et mā-
ducauerūt et saturati sūt: et sustulerūt quod
supauerat de fragmētis septē sportas. Erāt
autē qui manducauerāt q̄si quatuor milia:
et dimisit eos. Et statim ascendēs nauim cū
discipulis suis: venit in partes dalmanutha.
Et exierūt pharisei et ceperūt conquirere cum
eo: querētes ab illo signū de celo: temptātes
eū. Et ingemiscens spū ait. Quid gn̄atio
ista signū querit? Amē dico vobis: si dabi-
tur gn̄ationi isti signū. Et dimittens eos a-
scendit iterū nauim: et abijt transfretū. Et
obliti sūt panē sumere: et nisi vnū panē nō
habebāt secum in naui. Et p̄cipiebat eis di-
cens. Videte et cauete a fermēto pharise-
orum: et fermēto herodis. Et cogitabant ad
alterutrū dicētes: quia panes non habemus.
Quo cognito: ait illis ihesus. Quid cogita-
tis quia panes nō habetis? Nōdum cogno-
scitis nec intelligitis? Adhuc cecatum ha-
betis cor vrm̄. Oculos habētes nō videtis:
et aures habētes nō auditis. Nec recorda-
mini quādo quinq; panes fregi in quinq;
milia: et quot cophinos fragmentorum ple-
nos sustulistis? Dicūt ei. Duodecī. Quādo
et septē panes in quatuor milia: q̄t sportas
fragmentorum tulistis? Et dicūt ei. Septē. Et
dicebat eis. Quomō nōdū intelligitis? Et
veniūt bethsaydā: et adducūt ei cecū: et ro-
gabāt eū vt illū tangeret. Et apprehēsa ma-
nu ceci eduxit eū extra vicū: et expuens in
oculos eius impositis manibꝰ suis: interroga-
uit eū si quid vidēt. Et aspiciēs ait. Video
hoīes velut arbores ambulātes. Deinde ite-
rū imposuit manus sup oculos eius: et cepit
videre: et restitutus est: ita vt clare videret
omnia. Et misit illū in domū suā dicēs. Va-
de in domū tuā: et si in vicū introieris nemini
dixeris. Et ingressus est ihūs et discipuli eiꝰ
castella cesaree philippi: et in via interroga-
bat discipulos suos dicēs eis. Quem me
dicūt esse hoīes? Qui rn̄derunt illi dicentes.
Iohānem baptistā: alij helyam: alij vero q̄-
si vnū de p̄phetis. Tūc dicit illis. Vos vero
quem me esse dicitis? Rn̄dens petrus ait ei.
Tu es xp̄c. Et comminatus est eis: ne cui dice-
rent de illo. Et cepit docere eos quoniam
oportet filiū hoīs pati multa et reprobari a
senioribus et a summis sacerdotibus et scri-
bis et occidi: et post tres dies resurgere. Et
palam verbum loquebatur. Et apprehēdens
eū petrus: cepit increpare eū. Qui cōuersus
et videns discipulos suos: comminatus est pe-
tro dicēs. Vade retro me sathana: quoniā
nō sapis que dei sūt sed q̄ sunt hominū. Et cō-
uocata turba cū discipulis suis: dixit eis. Si
quis vult me sequi deneget semetipsum:
et tollat crucē suā et sequatur me. Qui enim
voluerit animā suā saluā facere perdet eā:
qui aūt perdiderit animā suā propter me et euā-
geliū: saluam faciet eā. Quid enim proderit
homini si lucretur mundū totū: et detrimētū
anime sue faciat? Aut quid homo commutacō-
nis dabit pro anima sua. Qui enī me cōfusus
fuerit et verba mea in gn̄atione ista adultera
et peccatrice: et filius hominis confundet eū cū
venerit in gloria pr̄is sui cum angelis scīs.

IX

ET dicebat illis. Amen dico
vobis: quia sūt quidā de hic stantibꝰ q̄
non gustabūt mortē: donec videāt regnū
dei veniēs in virtute. Et post dies sex assum-
psit ihesus petrū et iacobū et iohannē: et du-
cit illos in montē excelsū solos: et transfigu-
ratus est corā ipis. Et vestimenta eius fcā

sūt splendētia et candida nimis velut nix:
q̄lia fullo nō potest sup terrā candida facē.
Et apparuit illis helias cū moyse: et erāt lo-
quentes cū ihesu. Et r̄ndens petrus ait ihe-
su. Rabbi bonū est nos hic esse: et faciamus
tria tabernacula: tibi vnū. et moysi vnū. et he-
lie vnū. Non enim sciebat q̄d diceret. Erāt
enim timore exterriti. Et facta ē nubes ob-
umbrans eos: et venit vox de nube dicēs.
Hic est filius meus carissimus: audite illū.
Et statim circūspicientes: neminē amplius
viderūt nisi ihesum tantū secū. Et descendē-
tibus illis de monte p̄cepit illis ne cuiq̄ q̄d
vidissent narrarēt: nisi cū filius hominis a
mortuis resurrexerit. Et verbū cōtinuerunt
apud se: cōquirētes quid esset cū a mortuis
resurrexerit. Et interrogabāt eum dicētes.
Quid ergo dicūt pharisei et scribe q̄ heliā
oporteat venire primū? Qui r̄ndens ait illis.
Helias cū venerit p̄mo restituet omnia: et
quomō scriptū ē in filiū hominis: vt multa
patiatur et cōtemnat. Sed dico vobis: q̄
et helias venit: et fecerūt illi quecumq̄ volu-
erūt sicut scriptū est de eo. Et veniēs ad di-
scip̄los suos vidit turbā magnā circa eos:
et scribas cōquirētes cū illis. Et cōfestim ōis
populus vidēs ihesū stupefactus est et ex-
pauerūt: et accurrētes salutabant eū. Et in-
terrogauit eos. Quid inter vos cōquiritis?
Et r̄ndens vnus de turba dixit. Magister
attuli filiū meū ad te habentē spiritū mutū:
qui vbicūq̄ eum app̄henderit allidit illū: et
spumat et stridet dentibus et arescit. Et dixi
discipulis tuis vt eicerēt illū: et nō potuerūt.
Qui r̄ndens eis dixit. O gn̄atio incredula:
q̄diu apud vos ero? Quādiu vos patiar?
Afferte illū ad me. Et attulerūt eum. Et cū
vidisset eū statim sp̄us cōturbauit illū: et eli-
sus in terrā volutabatur spumās. Et inter-
rogauit p̄rem eius. Quantū t̄pis est ex quo
ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia. Et
frequēter eū in ignē et in aquā misit: ut eum
perderet. Sed si quid potes. adiuua nos:
misertus nostri. Ihesus aūt ait illi. Si potes
credere ōmia possibilia credēti. Et cōtinuo
exclamans pater pueri cū lacrimis aiebat.
Credo dn̄e: adiuua incredulitatē meā. Et
cū vidisset ihesus cōcurrentē turbā: cōminatus
est spiritui immūdo dicēs illi. Surde et mu-
te sp̄us. ego p̄cipio tibi exi ab eo: et amplius
ne introeas in eū. Et exclamans et multum
discerpēs eum exijt ab eo: et factus est sicut
mortuus: ita vt multi dicerēt q̄ mortuus ē.
Ihesus aūt tenēs manū eius eleuauit eum:
et surrexit. Et cū introisset in domū: discipli
eius secreto interrogabant eū. Quaē nos
nō potuimus eicere eū? Et dixit illis. Hoc
genus in nullo potest exire: nisi in oracōne
et ieiunio. Et inde p̄fecti p̄tergrediebantur
galileā: nec volebat quenq̄ scire. Docebat
aūt discipulos suos: et dicebat illis quoniā
filius hominis tradetur in manus hominū. et
occident eum: et occisus tercia die resurget.
At illi ignorabant v̄bū: et timebāt interro-
gare eū. Et venerūt capharnaū. Qui cū do-
mi essent interrogabat eos. Quid in via tra-
ctabatis? At illi tacebāt. Siquidē in via in-
ter se disputauerāt: quis eorum maior esset. Et
residēs vocauit duodecim: et ait illis. Siquis
vult p̄mus esse: erit ōim nouissimus et ōim
minister. Et accipiēs puerū statuit eum in
medio eorum: quē cum cōplexus esset ait illis.
Quisquis vnū ex huiusmodi pueris recepit
in nomine meo me recipit: et quicumq̄ me
susceperit non me suscipit: sed eum qui mi-
sit me. R̄ndit illi iohānes dicēs. Magister
vidimus quendā in nomine tuo eicientem
demonia qui nō sequitur nos: et p̄hibuimus
eū. Ihesus aūt ait. Nolite p̄hibē eū. Nemo
est enim q̄ faciat v̄tutē in noīe meo: et pos-
sit cito male loq̄ de me. Qui enim nō est ad-
uersū vos: p̄ vobis ē. Quisquis enim potū
dederit vobis calicem aque in nomine meo
q̄ cristi estis: amē dico vobis nō p̄det mer-
cedē suā. Et quisquis scandalizauerit vnū
ex hijs pusillis credentibus in me: bonū ē ei
magis si circūdaretur mola asinaria collo eius
et in mare mitteretur. Et si scandalizauerit te
manus tua: abscide illā. Bonū est tibi debi-
lē introire in vitā. q̄ duas manus habentē
ire in gehennā in ignem inextinguibilē: vbi
v̄mis eorum nō moritur: et ignis nō extinguitur.
Et si pes tuus te scandalizat: amputa illum.
Bonum est tibi claudum introire in vitam
eternam. q̄ duos pedes habentem mitti in
gehennā ignis inextinguibilis: vbi v̄mis

eorũ non moritur: et ignis non extinguitur.
Nõ si oculus tuus scandalizat te: eice euz.
Bonũ est tibi luscũ introire in regnũ dei. q̃
duos oculos habentẽ mitti in gehẽnã ignis
vbi vermis eorꝝ non moritur: ⁊ ignis non
extinguitur. Omis enim igne salietur: ⁊ omis
victima sale salietur. Bonũ est sal. Q̃d si sal
insulsũ fuerit: in quo illud condietis? Habete
in vob sal: ⁊ pacẽ habete inter vos. X

Et inde exurgẽs venit in fines iudee
vltra iordanen: ⁊ conueniũt iterũ turbe
ad eũ: et sicut consueuerat iterũ docebat illos.
Et accedentes pharisei interrogabant eũ
si licet viro vxorẽ dimittere: temptãtes eũ.
At ille rñdens dixit eis. Quid vob p̃cepit
moyses? Qui dixerũt. Moyses pmisit libel=
lum repudij scribere ⁊ dimittere. Quibꝰ re=
spondẽs ihesus ait. Ad duriciaz cordis vr̃i
scripsit vobis p̃ceptũ istud. Ab inicõ aũt
creature masculũ et feminã fecit eos deus.
Propter hoc relinquet homo patrem suũ ⁊
matrẽ: et adherebit ad vxorem suã: ⁊ erũt
duo in carne vna. Itaqz iam non sunt duo:
sz vna caro. Quod ergo deus coniuxit: homo
nõ separet. Et in domo iterũ discipuli eius
de eodez interrogauerunt eum. Et ait illis.
Quicũqz dimiserit vxorẽ suã. et aliã duxerit:
adulteriũ cõmittit sup eã. Et si vxor dimiserit
virũ suũ et alij nupserit. mechatur. Et offere=
bãt illi paruulos vt tangeret illos: discipli
aũt comminabantur offerentibꝰ. Quos cũ vide=
ret ihesus: indigne tulit Et ait illis. Sinite
paruulos venire ad me: ⁊ ne phibueritis
eos. Taliũ enĩ est regnũ dei. Amẽ dico vob
quisquis nõ receperit regnũ dei velut par=
uulus nõ intrabit in illud. Et cõplexãs eos
⁊ imponẽs manus sup illos: bñdicebat eos.
Et cũ egressus esset in via: pcurrẽs quidaz
genuflexo ante eũ. rogabat eũ dicẽs. Ma=
gister bone: quid faciã ut vitam eternã per=
cipiaz? Ihesus aũt dixit ei. Quid me dicis
bonũ? Nemo bonus: nisi vnus deus Prece=
pta nosti: ne adultereris. ne occidas. ne fure=
ris. ne falsum testimoniũ dixeris. ne fraudẽ
feceris: honora pr̃ez tuũ ⁊ mr̃ez. At ille rñdẽs
ait illi. Magr̃ hec om̃ia obseruaui a iuuentute
mea. Ihs aũt intuitus eũ. dilexit eũ: ⁊ dixit
ei. Vnũ tibi deest. Vade: q̃cũqz habes vẽde

et da paupibꝰ et habebis thesaurꝝ in celo:
et veni sequere me. Qui contristatus in v̓bo:
abijt merens. Erat enim habẽs mltas pos=
sessiones. Et circũspiciẽs ihus: ait discipl̃is
suis. Quã difficile qui pecunias habẽt in re=
gnum dei introibũt. Discipuli aũt obstupe=
scebant in verbis eius. At ihesus rursus re=
spõdens ait illis. Filioli: q̃ difficile est cõfi=
dẽtes in pecunijs in regnũ dei introire. Faci=
lius est camelũ p foramẽ acus trãsire: q̃ di=
uitem intrare in regnum dei. Qui magis
ãmirabãtur dicẽtes ad semetipsos. Et q̃s
potest saluus fieri? Et intuens ihesus illos
ait illis. Apud homines impossibile est: sed
nõ apud deũ. Omnia enĩ possibilia sũt apd
deũ. Et cepit ei petrus dicẽ. Ecce nos dimisi=
mus omnia: et secuti sumus te. Rñdens ihs
ait. Amen dico vobis: nemo ẽ qui reliq̃rit
domũ aut fratres aut sorores aut patrẽ aut
mr̃em aut filios aut agros ꝓpter me et ꝓpt
euangeliũ qui nõ accipiet cẽties tantũ nũc
in tẽpore hoc. domos ⁊ fratres ⁊ sorores ⁊
matres ⁊ filios ⁊ agros cũ psecutionibꝰ: et
in seculo futuro vitã eternã. Multi autẽ erũt
p̃mi nouissimi: ⁊ nouissimi primi. Erant aũt
in via ascendẽtes iherosolimã: et p̃cedebat
illos ihesus. Et stupebãt: et sequentes time=
bant. Et assumens iterꝝ duodecim: cepit il=
lis dicere que essent ei ventura. Quia ecce a=
scendimus iherosolimã: et filius hoĩs trade=
tur principibꝰ sacerdotũ ⁊ scribis et seniori=
bus: et damnabũt eũ morte. Et tradent euz
gentibꝰ ⁊ illudẽt ei: et conspuẽt eũ ⁊ flagella=
bunt eũ. et interficient eũ: et tercia die resur=
get. Et accedũt ad eũ iacobꝰ ⁊ iohãnes fi=
lij zebedei dicentes. Magister: volumus vt
quodcũqz petierimus facias nob. At ille di=
xit eis. Quid vultis vt faciã vob? Et dixerũt.
Da nob: vt vnus ad dexterã tuã. et alius ad
sinistrã tuã sedeamus in gloria tua. Ihesus
aũt ait eis. Nescitis quid petatis. Potestis
bibere calicẽ quẽ ego bibo: aut baptismo q̃
ego baptizor baptizari? At illi dixerunt ei.
Possumus. Ihs aũt ait eis Calicẽ q̃dẽ quẽ
ego bibo bibetis ⁊ baptismo quo ego bapti=
zor baptizabimini: sedẽ aũt ad dexterã meã
vel ad sinistrã nõ est meũ dare vobis: sed
quibꝰ paratũ est. Et audiẽtes decẽ indigñ

sūt de iacobo ⁊ iohanne. Ihesus aūt vocans
eos· ait illis. Scitis qꝛ hij qui videntᷣ prin=
cipari gentibꝫ dn̄antur eis: et pn̄cipes eoꝝ
ptātem habēt ipoꝝ· Non ita est aūt in vo=
bis: ꝫ quicunqꝫ voluerit fieri maioꝛ erit ve=
ster minister: ⁊ quicūꝫ voluerit in vobis p̄=
mus esse: erit oīm seruus. Nam et filius ho=
minis non venit vt ministraretur ei ·sed vt
ministraret: ⁊ daret animā suam redempti=
onem ꝓ multis. Et veniūt iherichꝯ. Et ꝓfici=
scente eo de ihericho· ⁊ discipulis eius ⁊ pli=
ma multitudine: filius thimei barthimeus
cecus ·sedebat iuxta viam mendicās. Qui
cū audissꝫ qꝛ ihesus nazarenus ē: cepit cla=
maē ⁊ dicere. Ihesu fili dauid miserere mei.
Et ꝯminabātᷣ illi multi ut tacēt. At ille mlᵗ=
tomagis clamabat: fili dauid miserē mei.
Et stās ihesus p̄cepit illū vocari. Et vocāt
cecū: dicētes ei. Animequioꝛ esto. Surge:
vocat te. Qui ꝓiecto vestimēto suo: exiliēs
venit ad eū. Et rn̄dens ih̄s dixit illi. Quid
tibi vis faciā· Cecus aūt dixit ei. Rabboni
vt videā. Ihesus aūt ait illi. Vade. Fides
tua te saluū fecit. Et ꝯfestim vidit: ⁊ seq̄batᷣ

XI

Et cū appropinquarēt eū in via.
iherosolime ⁊ bethanie ad montē oli=
uaꝝ: mittit duos ex discipulis suis: et ait il=
lis. Ite in castellū qđ ꝯtra vos ē: ⁊ statim in=
troeūtes illuc· inuenietis pullū ligatū· super
quē nemo adhuc hoīm sedit. Soluite illū:
et adducite. Et si quis vobis dixerit quid
facitis: dicite qꝛ dn̄o necessarius ē: ⁊ ꝯtinuo
illū dimittet huc. Et abeuntes inuenerunt
pullū ligatū· ante ianuā foris ī biuio: et sol=
uūt eū. Et quidā de illic stantibꝫ dicebat il=
lis. Quid facitis soluentes pullū· Qui dixe=
rūt eis sicut p̄cepat illis ihesus: ⁊ dimiserᵗ
eis. Et duxerūt pullū ad ihesū: ⁊ imponunt
illi vestimēta sua et sedit sup eūꝫ. Multi ve=
stimenta sua sua strauerūt in via. Alij autē
frondes cedebāt de arboribꝫ ⁊ sternebant
in via. Et qui p̄ibant· ⁊ qui seq̄bantᷣ clama=
bant dicētes. Osanna bn̄dictus qui venit
in nomine dn̄i: bn̄dictū quod venit regnū
patris nr̄i dauid: osanna in excelsis. Et in=
troiuit iherosolimā in templū: ⁊ circūspectꝭ
oībꝫ cū iam vespa essꝫ hora: exijt in betha=
niam cū duodecim. Et alia die cū exirent a
bethania esurijt. Cūqꝫ vidissent alōge ficū
habentē folia: venit si quid forte inueniēt
in ea. Et cū venisset ad eam: nichil inuenit
p̄ter folia. Nō enim erat tempus ficoꝝ. Et
rn̄dens dixit ei. Iam nō amplius ineternū
ex te quisqꝫ fructū manducet. Et audiebāt
discipuli eius: et veniūt iherosolimā. Et cum
introisset in templū cepit eicere vendētes
et ementes in tēplo: ⁊ mēsas nūmularioꝝ
et kathedras vendentiū columbas euertit.
Et nō sinebat ut quisq̄ꝫ transferret vas per
templū: ⁊ docebat dicēs eis. Nōne scriptū
est qꝛ domus mea domus oracōnis vocabi=
tur oībꝫ gentibꝫ· Vos aūt fecistis eā spe=
luncā latronū. Quo audito: principes sacᵉ=
dotū et scribe querebāt quomō eum pderēt.
Timebant enim eū: qm̄ vniuersa turba ām̄i=
rabatᷣ sup doctrina eius. Et cū vespa facta
esset: egrediebatur de ciuitate. Et cū mane
transirent: viderūt ficū aridam factā a radi=
cibus. Et recoꝛdatus petrus dixit ei. Rabbi:
ecce ficus cui maledixisti aruit. Et rn̄dens
ihesus ait illis. Habete fideꝫ dei. Amē dico
vobis: qꝛ quicūqꝫ dixerit huic monti tolle=
re· et mittere in mare· ⁊ nō hesitauerit in coꝛ=
de suo ꝫ credideit qꝛ quodcūqꝫ dixeit fiat:
fiet ei. Propterea dico vobis: oīa quecūꝫ
oꝛantes petitis credite qꝛ accipietis: ⁊ euenī=
ent vobis. Et cū stabitis ad oꝛandū· dimit=
tite si quid habetis aduersus aliquē: ut ⁊ pr̄
vester q̄ in celis ē dimittat vobis peccata
vr̄a. Quod si vos nō dimiseritis: nec pater
vester qui in celis ē dimittet vobis pecca=
ta vr̄a. Et veniūt rursus iherosolimā. Et cūꝫ
ambularet in templo accedūt ad eum sum=
mi sacerdōtes· et scribe ⁊ senioꝛes: et dicunt
ei. In q̄ ptāte hec facis: ⁊ q̄s tibi dedit hanc
potestatē ut ista facias· Ihesus aūt rn̄dens
ait illis. Interrogabo vos et ego vnū ꝟbū·
et rn̄dete michi: ⁊ dicam vobis in q̄ ptāte
hec faciā. Baptismum iohānis de celo erat:
an ex hominibꝫ· Respondete michi. At illi
cogitabāt secū dicentes. Si dixerimus de
celo: dicet nobis. Quare ergo non credidi=
stis ei· Si dixerimus ex hominibꝫ: timemꝰ
populū. Omēs enim habebāt iohannē qꝛ
vere ꝓpheta esset. Et respondentes dicunt
ihesu. Nescimus. Et respondens ihesus

ait illis. Neq; ego dico vob᷑ in qua ꝑtāte hec faciā.

XII

Et cepit illis in parabolis loqui. Vineā pastinauit hō: et circūdedit sepem ⁊ fodit lacū. et edificauit turrim. et locauit eam agricolis: et peregre ꝓfectus est. Et misit ad agricolas in tp̄e seruū: ut ab agricolis acciperet de fructu vinee. Qui apꝑhensū eum ceciderūt: et dimiserūt vacuū. Et iterū misit ad illos aliū seruū: ⁊ illū in capite vulnerauerūt: ⁊ cōtumelijs affecerūt. Et rursū aliū misit. ⁊ illum occiderūt: ⁊ plures alios quosdā cedētes: alios vero occidētes. Adhuc ergo vnū hn̄s filiū carissimū ⁊ illū misit ad eos nouissimū dicēs: qꝛ reuerebunt̄ filiū meū. Coloni aūt dixerūt ad inuicē. Venite occidamus eū: et nostra erit hereditas. Et apꝑhendētes eū occiderūt: ⁊ eiecerūt extra vineā. Quid ergo faciet dn̄s vinee? Veniet ⁊ ꝑdet colonos: ⁊ dabit vineā alijs. Nec scripturā hāc legistis lapidē quē reprobauerūt edificātes. hic factus est in caput anguli: a domino factum est istud ⁊ est mirabile in oculis nostris? Et querebant eū tenere: ⁊ timuerunt turbā. Cognouerūt enim quoniā ad eos parabolā hāc dixerit. Et relicto eo abierūt. Et mittūt ad eū quosdā ex phariseis et herodianis: ut eū caperent in verbo. Qui veniētes dicūt ei. Magister: scimus quia verax es et nō curas quenq̄. Nec enim vides in faciē hominū: sed in veritate viā dei doces. Licet dari tributū cesari: an nō dabimus? Qui sciens versutiam illoꝝ. ait illis. Quid me tēptatis? Afferte michi denariū vt videā. At illi tulerūt ei. Et ait illis. Cui9 est imago hec ⁊ inscriptio? Dicunt ei. Cesaris. Respōdēs aūt ihesus dixit illis. Reddite igitur que sūt cesaris cesari: et que sūt dei deo. Et mirabānt̄ sup eo. Et venerūt ad eū sadducei qui dicūt resurrectionē nō esse: ⁊ interrogabāt eū dicentes. Magister: moyses nobis scripsit vt si cuius frater mortuus fuerit ⁊ dimiserit vxorē. et filios nō reliquerit: accipiat frater eius vxorē ipsius. et resuscitet semē fratri suo. Septē ergo fratres erāt: et primus accepit vxorē: et mortuus est nō relicto semine. Et scd̄us accepit eā et mortuus ē: et nec iste reliquit semen. Et tercius similiter. Et acceperūt eā similiter septē: et non reliquerūt semen. Nouissima oīm defuncta est ⁊ mulier. In resurrectōne ergo cū resurrexerit: cuius de hijs erit vxor? Septem enim habuerūt eam vxorē. Et rn̄dens ihesus ait illis. Nonne ideo erratis: nō sciētes scripturas neq; virtutē dei? Cum enī a mortuis resurrexerit neq; nubēt neq; nubent̄: sed sunt sicut angeli dei in celis. De mortuis autē q̄d resurgant nō legistis in libro moysi sup rubū quomō dixerit illi de9 inquiens: ego sum deus abrahā ⁊ deus ysaac ⁊ deus iacob? Nō est deus mortuoꝝ sed viuoꝝ. Vos ergo mltū erratis. Et accessit vnus de scribis. qui audierat illos ꝯquirētes: et videns quoniā bene illis respōderit. interrogauit eū q̄d esset primū omniū mādatum. Ihesus aūt rn̄dit ei: quia primū omniū mādatū est. Audi israhel dn̄s deus tuus deus vnus est: et diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo. ⁊ ex tota anima tua. et ex tota mēte tua: ⁊ ex tota virtute tua. Hoc est primū mādatū. Secundū aūt simile ē illi. Diliges ꝓximū tuū tāq̄ teipsū. Maius hoꝝ aliud mandatū nō est. Et ait illi scriba. Bene magister in veritate dixisti: qꝛ vnus est deus ⁊ non est alius ꝑter eū. Et ut diligat̄ ex toto corde. et ex toto intellectu. et ex tota anima. et ex tota fortitudine: ⁊ diligere ꝓximū tāq̄ seipm̄. maius ē omībȝ olocaustomatibȝ. et sacrificijs. Ihesus aūt videns qꝛ sapient̄ rn̄disset: dixit illi. Nō es longe a regno dei. Et nemo iam audebat eū interrogare. Et rn̄dens ihesus dicebat docēs in tēplo. Quō dicūt scribe cristū filiū esse dauid? Ipse enī dauid dicit in spū sancto. Dixit dn̄s dn̄o mīo meo sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos. scabellū pedū tuoꝝ. Ipe ergo dauid dicit eum dn̄m: et vnde ē filius eius? Et multa turba eū libenter audiuit. Et dicebat eis in doctrina sua. Cauete a scribis: qui volūt in stolis ambulare ⁊ salutari in foro. et in p̄mis cathedris sedere in synagogis: et p̄mos discubitus in cenis. Qui deuorāt domos viduaꝝ sub obtentu ꝓlixe oracōnis: hij accipiēt ꝓlixius iudiciū. Et sedens ih̄s ꝯtra gazophilaciū aspiciebat quō turba iactaret es in gazophilaciū: ⁊ multi diuites

iactabant multa. Cum venisset aūt vidua vna paup: misit duo minuta q̄d est q̄drās. Et ↄuocans discipulos suos ait illis. Amē dico vobis: qm̄ vidua hec paup plus om̄ibus misit· q̄ miserūt in gazophilaciū. Oēs enim ex eo q̄d abundabat illis miserunt: hec vero de penuria sua oīa q̄ habuit misit totū victū suū.

XIII

Et cū egrederet de templo: ait illi vnus ex discipulis suis. Magister: aspice q̄les lapides· et q̄les structure. Et rn̄dens ihesus ait illi. Vides has om̄es magnas edificacōes? Nō relinquetur lapis sup lapidē qui nō destruatur. Et cū sederet in mōte oliuarū ↄtra templū: interrogabāt eū sepatim petrus ⁊ iacobus et iohānes ⁊ andreas. Dic nobis quando ista fient: et q̄d signū erit quādo hec om̄ia incipient ↄsumari. Et rn̄dens ihesus cepit dicere illis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicētes q ego sū: ⁊ multos seducēt. Cū audieritis aūt bella· et opiniones belloꝝ: ne timueritis. Oportet enim fieri: ȝ nōdū finis. Exsurget enim gens ↄtra gentē· ⁊ regnū sup regnū: et erūt terremotus p loca ⁊ fames. Iniciuȝ dolorū hec. Videte aūt vosmetipos. Tradent enim vos in ↄciliis· et in synagogis vapulabitis: ⁊ ante p̄sides ⁊ reges stabitis ꝓpter me in testimoniū illis. Et in oēs gentes primuȝ oportet p̄dicari euangeliū. Et cū dixerit vos tradētes· nolite p̄cogitare quid loquamini: ȝ q̄d datū vobis fuerit in illa hora id loquimini. Nō enim vos estis loquētes: ȝ spūs sanctus. Tradet autē frater frēm in mortē· et pater filiū: ⁊ ↄsurgent filii in parētes: ⁊ morte afficient eos. Et eritis odio om̄ibꝫ: ꝓpter nomē meū. Qui aūt sustinuerit in finem: hic saluus erit. Cū autem videritis abominacōnem desolacōnis stantē vbi nō debet: q̄ legit intelligat. Tūc qui in iudea sūt fugiant in mōtes: ⁊ q̄ sup tectum ne descēdat in domū· nec introeat vt tollat q̄d de domo sua: ⁊ qui in agro erit· nō reuertatur retro· tollere vestimentū suū. Ve aūt pregnantibꝫ ⁊ nutrientibꝫ in illis diebꝫ. Orate vero: ut hieme nō fiant. Erūt enim dies illi tribulacōes tales q̄les nō fuerūt ab inicō creature quā ↄdidit deus usq̄ nūc: neq̄ fient. Et nisi breuiasset dn̄s dies: nō fuisset salua om̄is caro. Sed ꝓpter electos quos elegit breuiauit dies. Et tūc si q̄s vobis dixerit. Ecce hic est cristus· ecce illic: ne credideritis. Exsurgent enim pseudo cristi et pseudo ꝓphete: ⁊ dabunt signa ⁊ portenta ad seducēdos si fieri potest etiam electos. Vos ergo videte. Ecce p̄dixi vobis omnia. Sed in illis diebꝫ post tribulacōeȝ illā sol ↄtenebrabitur: et luna nō dabit splendorē suū. Et stelle celi erūt decidētes: et virtutes que sūt in celis mouebūtur. Et tūc videbūt filium hominis venientē in nubibꝫ cū virtute multa et gloria. Et tunc mittet angelos suos: et cōgregabit electos suos a q̄tuor ventis a sūmo terre usq̄ ad summū celi. A ficu autē discite parabolam. Cū iā ramus eius tener fuerit et nata fuerint folia: ↄgnoscitis quia in ꝓximo sit estas. Sic et vos cū videritis hec fieri: scitote q in ꝓximo sit in ostiis. Amen dico vobis: qm̄ nō transibit generacō hec· donec om̄ia ista fiāt. Celū ⁊ terra trāsibūt: v̄ba aūt mea nō transibūt. De die aūt illo vel hora nemo scit· neq̄ angeli in celo neq̄ filius: nisi pr̄. Videte· vigilate· ⁊ orate. Nescitis enim quādo tempus sit. Sicut homo qui pegre ꝓfectus reliquit domū suā: ⁊ dedit seruis suis ptātem cuiusq̄ opis: et ianitori p̄cepit ut vigilet. Vigilate ergo. Nescitis enī quādo dn̄s domus veniat: sero· an media nocte· an gallicantu· an mane: ne cū venerit repente· inueniat vos dormiētes. Q̄d aūt vobis dico om̄ibꝫ dico: vigilate.

XIIII

Erat aūt pascha ⁊ azima post biduū: et querebant sūmi sacerdotes ⁊ scribe quō eum dolo tenerēt ⁊ occiderēt. Dicebāt enim. Nō in die festo: ne forte tumultus fieret in ꝑplo. Et cū esset bethanie in domo simonis leprosi ⁊ recumberet: venit mulier hn̄s alabastrū vngēti nardi spicati p̄ciosi: et fracto alabastro effudit sup caput eius. Erāt aūt quidam indigne ferentes intra semetipsos: et dicētes. Vt quid p̄dicō ista vngēti facta ē? Poterat enim vngentū istud venūdari plusq̄ trecētis denariis: ⁊ dari pauperibꝫ. Et fremebāt in eā. Ihesus aūt dixit. Sinite eaȝ. Quid illi molesti estis? Bonū opus operata est in me. Semp enī paupes

habetis vobiscū: et cū volueritis potestis illis bn̄facere: me aūt nō semper habetis. Qđ habuit hec fecit: p̄uenit vngere corp⁹ meū in sepulturā. Amē dico vobis: vbicūq; p̄dicatū fuerit euangeliū istud in vniuerso mūdo: et qđ fecit hec· narrabit̄ in memoriā eius. Et iudas scariothis vnus de duodecī abijt ad summos sacerdotes: ut p̄deret eū illis. Qui audiētes gauisi sūt: et p̄miserunt ei pecuniā se daturos. Et q̄rebat quō illū optune tradēt. Et p̄mo die azimoꝝ qn̄ pascha immolabāt: dicūt ei discipli. Quo vis eam⁹ et parem⁹ tibi ut māduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis: et dicit eis. Ite in ciuitatē: et occurret vobis hō lagenā aque baiulās. Sequimini eū: et quocūq; introierit dicite domino domus: q̄ magister dicit. Vbi est refectō mea: vbi pascha cū discipulis meis manducē? Et ip̄e vobis demōstrabit cenaculū grande stratū: et illic parate nobis. Et abierūt discipuli eius et venerūt in ciuitatē: et inuenerūt sicut dixerat illis: et parauerūt pascha. Vespere aūt f̄cō· venit cū duodecim. Et discumbētibꝫ eis et manducantibꝫ ait ihesus. Amen dico vobis: q̄ vnus ex vobis tradet me qui manducat mecū. At illi ceperūt cōtristari et dicē singillatim. Nunquid ego? Qui ait illis. Vnus ex duodecim qui intingit mecū manū i catino. Et filius quidē hominis vadit· sicut scriptū est de eo. Ve aūt homini illi: p quē fili⁹ hominis tradetur. Bonū erat ei: si nō esset natus homo ille. Et manducantibꝫ illis· accepit ihesus panē: et bn̄dicens fregit: et dedit eis et ait. Sumite: hoc est corpus meū. Et accepto calice: gratias agens dedit eis. Et biberunt ex illo omnes. Et ait illis. Hic est sanguis meus noui testamēti: qui p multis effundetur. Amen dico vobis: q̄ iam nō bibam de genimine vitis: usq; in diē illū cum illud bibam nouū in regno dei. Et ymno dicto: exierūt in mōtē oliuaꝝ. Et ait eis ihesus. Oīes scandalizabimini in nocte ista: q̄ scriptū est: p̄cutiam pastorē et disp̄gētur oues. Sed postea q̄ resurrexero: p̄cedā vos in galileā. Petrus aūt ait illi. Et si oēs scādalizati fuerint: s; nō ego. Et ait illi ihesus: Amen dico tibi: q̄ tu hodie in nocte hac

priusq̄ gallus bis vocē dederit· ter me es negaturus. At ille amplius loquebat̄. Et si oportuerit me simul cōmori tibi: non te negabo. Similiter aūt et oīes dicebāt. Et veniūt in prediū cui nomē gethsemani: et ait discipulis suis. Sedete hic donec orem. Et assumit petrū et iacobū et iohannē secū: et cepit pauere et tedere. Et ait illis. Tristis est anima mea usq; ad mortē. Sustinete hic et vigilate. Et cū p̄cessisset paululū p̄cidit sup terrā: et orabat ut si fieri posset transiret ab eo hora: et dixit. Abba pater: oīa tibi possibilia sūt: transfer calicē hūc a me. Sed nō qđ ego volo: s; qđ tu. Et venit: et inuenit eos dormiētes. Et ait petro. Simō dormis? Nō potuisti vna hora vigilare? Vigilate et orate: vt nō intretis in temptacōem. Sp̄us quidē p̄mptus ē: caro vero infirma. Et iterū abiens orauit: eundē sermonē dicēs. Et reuersus denuo: inuenit eos dormiētes. Erant enim oculi eoꝝ grauati: et ignorabāt quid rn̄derēt. ei. Et venit tercio: et ait illis. Dormite iam: et requiescite. Sufficit. Venit hora: ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus. Ecce qui me tradet p̄pe ē. Et adhuc eo loquēte· venit iudas scarioth vnus de duodecī: et cum eo turba multa· cū gladijs et lignis a sūmis sacerdotibꝫ et scribis et senioribꝫ. Dederat autem traditor eis signū dicēs. Quēcumq; osculatus fuero ip̄e ē tenete eū: et ducite caute. Et cū venisset: statim accedēs ad eum ait. Rabbi. Et osculatus est eū. At illi manus iniecerūt in ihesū: et tenuerūt eū. Vnus aūt quidam de circūstātibꝫ educēs gladiū p̄cussit s̄uū sūmi sacerdotis: et amputauit illi auriculā. Et rn̄dens ihesus ait illis. Tanq̄ ad latronē existis cū gladijs et lignis cōprehendere me. Quotidie eram apud vos in templo docēs: et nō me tenuistis. Sed ut impleāt̄ scripture. Tunc discipuli eius relinquentes eum oīes fugerūt. Adolescens aūt quidā sequebat̄ eum amictus sindone sup nudo: et tenuerūt eū. At ille reiecta sindone nudus p̄fugit ab eis. Et adduxerūt ihesum ad sūmū sacerdotē. et cōuenerūt oīes sac̄dotes et scribe et seniores. Petrus aūt a lōge secut⁹ est eū usq; intro in atriū summi sacerdotis:

et sedebat cū ministris ad ignē: ⁊ calefacie-
bat se. Summi vero sacerdotes ⁊ omne ꝯciliū
querebant aduersus ihesum testimoniū: ut
eū morti traderēt: nec inueniebāt. Multi aūt
testimoniū falsum dicebāt aduersus eum:
et ꝯueniētia testimonia nō erāt. Et quidā
surgentes: falsum testimoniū ferebāt adū-
sus eum dicētes. Quoniā nos audiuimus
eum dicentē. Ego dissoluā templū hoc ma-
nufactū: ⁊ post triduū aliud nō manufcm̄
edificabo. Et nō erat ꝯueniēs testimoniū
illoꝝ. Exsurgens autē summus sacerdos
in mediū: interrogauit ihesum dicēs. Non
rn̄des quicq̄ ad ea q̄ tibi obiciunt ab hiis?
Ille autē tacebat: ⁊ nichil rn̄dit. Rursuꝫ sū-
mus sacerdos interrogabat euꝫ: ⁊ dixit ei.
Tu es xp̄c filius dei benedicti? Ihesus autē
dixit illi. Ego sum. Et videbitis filiū hominis
sedentē a dextris virtutis dei: et venientem
cū nubibus celi. Summus autem sacerdos
scindens vestimēta sua ait. Quid adhuc
desideramus testes? Audistis blasphemiā.
Quid vobis videtur? Qui omēs ꝯdemna-
uerūt eum esse reum mortis. Et ceperunt q̄-
dam conspuere eum et velare faciem eius:
et colaphis eum cedere ⁊ dicere ei: ꝓpheti-
za. Et ministri alapis eum cedebant. Et cuꝫ
esset petrus in atrio deorsū: venit vna ex an-
cillis summi sacerdotis: ⁊ cū vidisset petrū ca-
lefacientē se: aspiciens illum ait. Et tu cum
ihesu nazareno eras. At ille negauit dicens.
Neq; scio: neq; noui quid dicas. Et exijt
foras ante atriū: ⁊ gallus cantauit. Rursus
autē cū vidisset illum ācilla cepit dicere cir-
cumstantibꝫ: q: hic ex illis ē. At ille iteruꝫ
negauit. Et post pusillū rursus q̄ astabāt
dicebant petro. Vere ex illis es: nam ⁊ ga-
lileus es. Ille autem cepit anathematizare
et iurare: q: nescio hominē istuꝫ quē dicitis.
Et statim gallus iterum cantauit. Et recō-
datus ē petrus vbi quod dixerat ei ihūs:
ꝓusq̄ gallus cātet bis: ter me negabis. Et
cepit flere.

XV

Et confestim mane
consilium faciētes summi sacerdotes cuꝫ
senioribꝫ ⁊ scribis et vniuerso concilio: vin-
ciētes ihesum duxerūt ⁊ tradiderunt pilato.
Et interrogauit eum pilatus. Tu es rex iu-
deoꝝ? At ille rn̄dens ait illi. Tu dicis. Et
accusabant eum summi sacerdotes in multis.
Pilatus aūt rursū interrogauit eum dicens.
Non respondes quicq̄? Vide in quātis te
accusant. Ihesus aūt amplius nichil rn̄dit:
ita ut miraretur pilatus. Per diem aūt festuꝫ
solebat dimittere illis vnū ex vinctis quē-
cunq; petissent. Erat aūt qui dicebatur barra-
bas: qui cū seditiosis erat vinctus qui in se-
dicōne fecerat homicidiū. Et cū ascendisset
turba: cepit rogare sicut semꝑ faciebat illis.
Pilatus aūt respondit eis ⁊ dixit. Vultis di-
mittam vobis regem iudeoꝝ? Sciebat e-
nim q̄ ꝑ inuidiā tradidissent eum summi sa-
cerdotes. Pōtifices aūt ꝯcitauerūt turbā:
ut magis barraban dimitteret eis. Pilatus
aūt iterum respondēs ait illis. Quid ergo
vultis faciam regi iudeoꝝ? At illi iterum
clamauerūt. Crucifige eū. Pilatus vero di-
cebat illis. Quid enim mali fecit? At illi ma-
gis clamabāt: crucifige eum. Pilatus autē
volēs populo satisfacere dimisit illis bar-
raban: ⁊ tradidit ihesum flagellis cesum vt
crucifigeretur. Milites aūt duxerūt eū in atriū
ꝑtorij ⁊ ꝯuocant totam cohortē: ⁊ induunt
euꝫ purpura: ⁊ imponūt ei plectētes spine-
am coronam: ⁊ ceperūt salutare eum. Aue
rex iudeoꝝ. Et ꝑcutiebāt caput eius arun-
dine: ⁊ ꝯspuebant eum: et ponētes genua
adorabāt eum. Et postq̄ illuserūt ei exuerūt
illū purpura: ⁊ induerūt eū vestimētis suis:
et educunt illū ut crucifigerēt eum. Et āga-
riauerūt ꝑtereuntē quempiā simoneꝫ cyre-
neū venientē de villa: pr̄em allexandri ⁊ ru-
fi: ut tolleret crucē eius. Et ꝑducūt illum in
golgatha locuꝫ: qd̄ est interpretatū calua-
rie locus. Et dabāt ei bibere mirratū vinum:
et non accepit. Et crucifigētes eum diuiserūt
vestimēta eius: mittentes sortem super eis
quis quid tolleret. Erat aūt hora tercia: et
crucifixerūt eum. Et erat titulus cause eius
inscriptus: rex iudeoꝝ. Et cū eo crucifigūt
duos latrones: vnū a dextris ⁊ alium a sini-
stris eius. Et impleta ē scriptura q̄ dicit. Et
cū iniq̄s reputatus est. Et pretereūtes blas-
phemabāt eum: mouētes capita sua ⁊ dicē-
tes. Vah qui destruis templū dei: ⁊ in tribꝫ
diebꝫ reedificas. Saluū fac temetipꝫ descē-
dens de cruce. Similiter et summi sacerdotes

illudentes ad alterutrū cū scribis dicebāt.
Alios saluos fecit: seipm non potest saluū
facere. Cristus rex israhel. descendat nunc
de cruce: ut videamus et credamus. Et q cū
eo crucifixi erant conuiciabant ei. Et facta ho-
ra sexta: tenebre facte sūt p totam terram
usqz in horā nonā. Et hora nona exclama-
uit ihesus voce magna dicēs. Heloy. heloy
lamasabactani. Quod est interptatū. Deus
meus. deus meus: ut quid dereliquisti me?
Et quidam de circumstantibus audiētes di-
cebant. Ecce heliam vocat. Currens autē
vnus et implens spongiā aceto. circumpo-
nensqz calamo: potū dabat ei dicēs. Sini-
te: videamus si veniat helias ad deponen-
dū eū. Ihus aūt emissa voce magnā expira-
uit. Et velū tēpli scissū ē in duo: a sūmo usqz
deorsū. Videns aūt centurio q ex aduerso
stabat. quia sic clamās expirasset: ait. Vere
homo hic filius dei erat. Erant aūt et mulie-
res delonge aspiciētes: inter quas erat ma-
ria magdalene. et maria iacobi minoris. et
ioseph mater. et salome: et cū esset in galilea
sequebantur eum et ministrabant ei: et alie
multe que simul cū eo ascenderāt ihero soli-
mā. Et cū iam sero esset factum. quia erat pa-
rasceue quod ē ante sabbatū. venit ioseph
ab aramathia nobilis decurio: qui et ipse erāt
expectās regnū dei. Et audacter introiuit
ad pilatū: et petijt corpus ihesu. Pilatus au-
tē mirabatur si iā obisset. Et accersito cen-
turiōe: interrogauit eū si iam mortuus esset.
Et cū cognouisset a centurione: donauit cor-
pus ioseph. Ioseph autē mercatus sindo-
nē. et deponens eū inuoluit sindone: et po-
suit eū in monumēto quod erat excisū de pe-
tra: et aduoluit lapidē ad ostiū monumenti.
Maria magdalene et maria ioseph aspicie-
bant vbi ponerēt.

XVI

Et cū trāsisset sabbatū: maria magdalene et maria
iacobi et salome emerūt aromata: ut venie-
tes vngerēt ihesuz. Et valde mane vna sab-
batorū. veniunt ad monumentū: orto iam
sole. Et dicebant ad inuicē. Quis reuoluet
nobis lapidē ab ostio monumēti? Et respi-
cientes viderūt reuolutū lapidē. Erat quip-
pe magnus valde. Et introeuntes in monu-
mentū viderūt iuuenē sedentez in dextris
coopertū stola candida: et obstupuerūt. Qui
dicit illis. Nolite expauescere. Ihesū qritis
nazarenū. crucifixū: surrexit: nō est hic. Ec-
ce locus: vbi posuerūt eum. Sed ite dicite
discipulis eius et petro: quia precedet vos in gali-
leam. Ibi eū videbitis: sicut dixit vobis. At
ille exeuntes fugerūt de monumēto. Inua-
serat enī eas tremor et pauor: et nemi quicq
dixerūt. Timebant enim. Surgens autē
ihesus mane prima sabbati apparuit primo
marie magdalene: de qua eiecerat septem
demonia. Illa vadēs nūciauit hijs. qui cū eo
fuerāt lugentibus et flentibus: et illi audientes
quia viueret et visus esset ab ea: non crediderūt.
Post hec aūt duobus ex hijs ambulātibus o-
stensus ē in alia effigie euntibus in villā: et illi
euntes nūciauerūt ceteris: nec illis credide-
rūt. Nouissime aūt recumbētibus illis vndecī
apparuit: et exprobrauit incredulitatē eorū
et duriciam cordis: quia hijs qui viderāt eū
resurrexisse non crediderūt. Et dixit eis. Eū-
tes in mundū vniuersū: predicate euangeliū
omni creature. Qui crediderit et baptizatus
fuerit. saluus erit: qui vero non crediderit. cō-
demnabitur. Signa aūt eos q crediderint
hec sequentur. In nomine meo demonia eicient:
linguis loquētur nouis: serpētes tollēt. Et
si mortiferum quid biberint: nō eis nocebit.
Super egros manus imponēt: et bn habe-
būt. Et dns quidē ihesus postq locutus est
eis. assumptus est in celū: et sedet a dextris
dei. Illi aūt profecti predicauerūt vbiqz: domino
coopante et sermonē confirmāte: sequētibus signis.

Explicit euangelium secundum Marcum.
Incip prefacio beati Jeronimi presbiteri in
euangeliū scdm Lucā.

Lucas syrus. nacōe anthiocensis. arte
medicus. discipulus aplorū.
postea paulum secutus usqz
ad confessionē eius seruiēs do-
mino sine crimine: nam neqz vxorē vnq ha-
buit: neqz filios: septuaginta et quatuor ānorū
obijt in bithinia. plenus spū sancto. Qui cū
iam scripta essent euangelia. p matheū qui-
dem in iudea. p marcū aūt in italia: scō insti-
gante spiritu in achaie partibus hoc scripsit
euangeliū: significās etiam ipe in principio
ante suū alia esse descripta. Cui extra ea que

ordo euangelice disposicōis exposcit. ea
maxime necessitas laboris fuit: ut primū
grecis fidelibus omni ꝓphetacōne venturi
in carnem dei cristi manifestata humanita=
te ne iudaicis fabulis attenti. in solo legis
desiderio tenerent̄: vel ne hereticis fabulis
et stultis sollicitacōnibꝫ seducti exciderēt
a veritate elaboraret: dehinc. ut in pn̄cipio
euangelij. iohannis natiuitate presumpta.
cui euangeliū scriberet ⁊ in quo electus scri=
beret indicaret: contestans in se completa
esse: que essent ab alijs inchoata. Cui ideo
post baptismū filij dei a perfectione gene=
racōnis in cristo implete. repetende a prin=
cipio natiuitatis humane potestas ꝑmissa
est: ut requirentibus demonstraret in quo
apprehendens erat per nathan filiū dauid
introitu recurrentis in deum generacōnis
admisso: indisparabilis dei predicās in ho=
minibꝫ cristum suū. perfecti opus hominis
redire in se per filiū faceret: qui per dauid
patrē venientibꝫ iter p̄bebat in cristo. Cui
luce non immerito etiā scribendorꝫ actuū
apl̄orꝫ potestas in ministerio datur: ut deo
in deū pleno ⁊ filio ꝑdicōnis extincto. ora=
cōne ab apostolis facta. sorte domini ele=
ctionis numerus compleret̄: sicqꝫ paulus
ꝯsummacōēꝫ apostolicis actibꝫ daret. quē
diu ꝯtra stimulū recalcitrantē dn̄s elegisset.
Q̄d et legentibꝫ ac requirētibꝫ deū. et si per
singula expediri a nobis vtile fuerat: sciēs
tamen ꝙ operantem agricolā oporteat de
suis fructibus edere. vitauimus publicam
curiositatem: ne nō tā volentibꝫ deū demō=
strare viderem̄. ꝙ̄ fastidientibꝫ prodidisse.

Expl. p̄facō. Incipit euangeliū scđm Lucā.
Prohemiū ipsius beati luce in euāgeliū suū.

Q Voniā quidem multi
conati sunt ordinare
narracōes que in no=
bis complete sunt re=
rum. sicut tradiderunt
nobis qui ab inicō ipi
viderūt. ⁊ ministri fu=
erunt sermonis: visum est ⁊ michi assecuto
omnia a principio diligēter ex ordine tibi
scribere optime theophile: ut cognoscas
eorꝫ verborū de quibꝫ eruditus es veritatē.

F Vit in diebus herodis regis
iudee sacerdos quidaꝫ noīe
zacharias de vice abia. ⁊ vxor
illi de filiabꝫ aaron: ⁊ nomē
eius elizabeth. Erāt aūt iusti
ambo ante deū: incedentes in oībꝫ mādā=
tis et iustificacōibꝫ domini sine querela. Et
nō erat illis filius. eo ꝙ esset elizabeth sterilis:
et ambo ꝓcessissent in diebꝫ suis. Factū est
autē cum sacerdotio fungeretur zacharias
in ordine vicis sue ānte deū: scđm ꝯsuetudi=
nē sacerdotij sorte exijt ut incensū poneret
ingressus in templū domini. Et oīs multi=
tudo ꝓpli erat orans foris hora incensi. Ap=
paruit aūt illi āgelus domini: stās a dextris
altaris incēsi. Et zacharias turbatus ē vidēs:
et timor irruit super eū. Ait aūt ad illū āge=
lus. Ne timeas zacharia: quoniā exaudita
ē deꝑcacō tua. Et vxor tua elizabeth pariet
tibi filiū. et vocabis nomē eius iohannē: et
erit gaudiū tibi ⁊ exultacō: ⁊ multi in eius
natiuitate gaudebunt. Erit enim magnus
coram dn̄o: et vinū ⁊ siceram nō bibet. Et spi=
ritu sancto replebit̄ adhuc ex vtero matris
sue: ⁊ multos filiorū israhel ꝯuertet ad dn̄m
deum ipsorū. Et ipse p̄cedet ante ip̄m in spi=
ritu et v̄tute helie: ut ꝯuertat corda patrum
in filios. et incredibiles ad prudentiam iu=
storū: parare dn̄o plebē ꝑfectam. Et dixit
zacharias ad angelū. Vnde hoc sciā? Ego
enim sū senex: et vxor mea ꝓcessit in diebus
suis. Et rn̄dens angelus dixit ei. Ego sum
gabriel qui asto ante deū: ⁊ missus sū loqui
ad te: ⁊ hec tibi euangelizare. Et ecce eris
tacēs ⁊ nō poteris loq̄ usqꝫ in diē quo hec
fiant: ꝓ eo ꝙ nō credidisti verbis meis: que
implebuntur in tempore suo. Et erat plebs
expectās zachariā: ⁊ mirabant̄ ꝙ tardaēt
ip̄e in templo. Egressus aūt nō poterat lo=
qui ad illos. Et ꝯgnouer̄t ꝙ visionē vidis=
set in templo. Et ipse erat innuēs illis: et ꝑ=
mansit mutus. Et factum ē ut impleti sūt di=
es officij eius abijt in domū suā. Post hos
aūt dies ꝯcepit elizabeth vxor eius: ⁊ occul=
tabat se mensibꝫ quinqꝫ dicēs. Quia sic fe=
cit michi dn̄s: in diebꝫ quibꝫ respexit aufer=
re opprobriū meuꝫ inter homines. In mense
autē sexto missus ē angelus gabriel a deo

in ciuitatem galilee cui nomē nazareth· ad
virginē desponsatā viro cui nomē erat io-
seph· de domo dauid: ꝛ nomē virginis ma-
ria. Et ingressus angelus ad eā dixit. Aue
gratia plena: dn̄s tecū: bn̄dicta tu in mulie-
ribus. Que cū audisset· turbata ē in ſmone
eius: ꝛ cogitabat qualis esset ista salutatio.
Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuē-
isti enim grām apud deū. Ecce cōcipies in
vtero ꝛ paries filiū: et vocabis nomē eius
ihesum. Hic erit magnus: ꝛ filius altissimi
vocabitur. Et dabit illi dn̄s deus sedem da-
uid patris eius: ꝛ regnabit ī domo iacob
in eternū: ꝛ regni eius nō erit finis. Dixit au-
tem maria ad angelū. Quomō fiet istud:
quoniā virum nō cognosco? Et rn̄dens an-
gelus dixit ei. Spūs sanctus superueniet in
te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideo-
q; et quod nascetur ex te sanctū: vocabitur fi-
lius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: ꝛ ipa
cōcepit filiū in senectute sua. Et hic mensis
est sextus illi que vocatur sterilis: quia nō erit
impossibile apud deū omē verbū. Dixit aūt
maria. Ecce ancilla domini: fiat michi scd̄m
verbum tuū. Et discessit ab illa angelus. Ex-
surgens autē maria in diebus illis abijt ī
mōtana cum festinacōe in ciuitatē iuda: et
intrauit in domū zacharie: ꝛ salutauit eliza-
beth. Et factum ē ut audiuit salutacōnem
marie elizabeth: exultauit infans in vtero
eius. Et repleta est spū sancto elizabeth: et
exclamauit voce magna ꝛ dixit. Benedcā
tu inter mulieres: ꝛ bn̄dictus fructus ven-
tris tui. Et vnde hoc michi: ut veniat mater
domini mei ad me? Ecce enim ut facta est
vox salutacōnis tue in auribus meis: exulta-
uit in gaudio infans in vtero meo. Et btā
que credidit: quoniā pficientur ea que dcā
sūt ei a dn̄o. Et ait maria. Magnificat aīa
mea dn̄m: ꝛ exultauit spūs meus in deo sa-
lutari meo: quia respexit humilitatē ācille sue.
Ecce enim ex hoc beatam me dicēt oēs ge-
neracōes: quia fecit michi magna· qui potēs
est: ꝛ sanctum nomē eius. Et misericordia
eius in pgenie et pgenies: timentibus eum.
Fecit potentiā in brachio suo: dispsit super-
bos mente cordis sue. Deposuit potentes
de sede: ꝛ exaltauit humiles. Esurientes
impleuit bonis: ꝛ diuites dimisit inanes.
Suscepit israhel puerum suū memorari mi-
sericordie sue: sicut locutus ē ad pr̄es nr̄os.
abraham ꝛ semini eius in secula. Mansit au-
tem maria cū illa quasi mensibus tribus: et reū-
sa est in domū suā. Elizabeth autem impletū
ē tempus pariendi: ꝛ peperit filiū. Et audi-
erūt vicini ꝛ cognati eius· quia magnificauit
dn̄s misericordiā suā cū illa: ꝛ congratulabā-
tur ei. Et factum ē in die octaua venerūt cir-
cumcidere puerum: ꝛ vocabāt eum nomi-
ne patris sui zachariam. Et rn̄dens mater
eius dixit. Nequaq̄: sed vocabitur iohānes.
Et dixerūt ad illam. Quia nemo ē in cogna-
cōne tua· qui vocetur hoc nomine. Innuebāt
aūt patri eius: quē vellet vocari eum. Et po-
stulās pugillarē scripsit dicēs: iohānes est
nomē eius. Et mirati sūt vniūsi. Apertū ē au-
tem ilico os eius ꝛ lingua eius: ꝛ loq̄batur
bn̄dicēs deū. Et factus ē timor super oīes
vicinos eorum: ꝛ super oīa montana iudee.
diuulgabantur omnia verba hec: et posue-
runt oīes qui audierāt in corde suo dicen-
tes. Quis putas puer iste erit? Etenī manus
dn̄i erat cū illo. Et zacharias pater eius re-
pletus ē spiritu sancto: ꝛ pphetauit dicens.
Benedictus dn̄s deus israhel: quia visitauit ꝛ
fecit redēptionē plebis sue. Et erexit cornu
salutis nobis in domo dauid pueri sui: sicut
locutus ē per os sanctorum· qui a seculo sunt
pphetarum eius: salutē ex inimicis nostris. ꝛ
de manu omniū qui oderūt nos: ad faciēdā
misericordiā cū patribus nr̄is· ꝛ memorari te-
stamēti sui sancti: iusiurādū qd̄ iurauit ad
abrahā pr̄em nr̄m· daturū se nobis: vt sine
timore de manu inimicorum nr̄orum liberati· ser-
uiamus illi: in sanctitate ꝛ iusticia corā ipso·
oībus diebus nr̄is. Et tu puer pphēta altissimi
vocaberis. Preibis enim āte faciē dn̄i pa-
rare vias eius: ad dandā sciētiā salutis ple-
bi eius· in remissionē pccōrum eorum: p viscera
misericordie dei nr̄i· in quibus visitauit nos
oriēs ex alto: illuminare hijs q̄ in tenebris
et in vmbra mortis sedēt: ad dirigēdos pedes
nr̄os in viā pacis. Puer aūt crescebat ꝛ con-
fortabatur spū: et erat in desertis usq; in diē
ostensionis sue ad israhel. II
Factum est autē in diebus illis· exijt

edictum a cesare augusto : ut describeretur
vniuersus orbis. Hec descripcō prima fcā
est a p̄side syrie cyrino. Et ibāt om̄es ut p-
fiterēt: singuli in suā ciuitatē. Ascendit au-
tem ⁊ ioseph a galilea de ciuitate nazareth
in iudeā ciuitatez dauid que vocat̄ bethle-
em. eo q̄ essꝫ de domo ⁊ familia dauid: ut p-
fiterēt cū maria desponsata sibi vxore pre-
gnāte. Factuz est aūt cum essent ibi: imple-
ti sunt dies ut parēt. Et pepit filiū suū p̄mo-
genitū: ⁊ pānis eum inuoluit. et reclinauit
eum in p̄sepio: quia nō erat ei locus in diu-
sorio. Et pastores erāt in regione eadez vi-
gilātes: ⁊ custodiētes vigilias noctis sup
gregem suū. Et ecce angelus domini stetit
iuxta illos: ⁊ claritas dei circumfulsit illos: et
timuerunt timore magno. Et dixit illis an-
gelus. Nolite timere. Ecce enim euāgelizo
vobis gaudiū magnū quod erit om̄i po-
pulo: q̄ natus est vobis hodie saluator q̄
ē cristus dn̄s. in ciuitate dauid. Et hoc vo-
bis signū. Inuenietis infantē pānis inuo-
lutū: ⁊ positum in p̄sepio. Et sbito facta est
cum āgelo multitudo milicie celestis: laudā-
tiū deū ⁊ dicentiū. Gloria in altissimis deo:
⁊ in terra pax hominibꝫ bone volūtatis. Et
factum est ut discesserūt ab eis āgeli in ce-
lum: pastores loquebant̄ ad inuicē. Tran-
seamus usqꝫ bethleem: et videamus hoc v̄-
bum quod factum est quod fecit dominus
et ostēdit nobis. Et venerūt festinātes: ⁊ in-
uenerūt mariam ⁊ ioseph. et infantē positū
in p̄sepio. Videntes aūt ɔgnouerūt de v̄bo:
quod dictum erat illis de puero hoc. Et o-
mnes qui audierāt mirati sūt: ⁊ de hijs que
dicta erāt a pastoribꝫ ad ip̄os. Maria au-
tem ɔseruabat om̄ia v̄ba hec: ɔferēs in cor-
de suo. Et reuersi sūt pastores glorificātes ⁊
laudantes deum in om̄ibꝫ que audierāt et
viderāt: sicut dictū est ad illos. Et postq̄
ɔsūmati sūt dies octo. ut circūcideret̄ puer:
vocatum est nomē eius ihesus. Quod voca-
tum est ab angelo priusq̄ in vtero cōcipet̄.
Et postq̄ impleti sūt dies purgacōis eius
scd̄m legem moysi tulerūt illū in ihierusa-
lem. ut sisterent eum dn̄o: sicut scriptū est in
lege domini. Quia om̄e masculinū adape-
riens vuluā. scm̄ dn̄o vocabit̄. Et ut darēt

hostiam scd̄m q̄ dictuz est in lege domini:
par turturū aut duos pullos columbarum.
Et ecce homo erat in iherusalē cui nomē sy-
meō. Et homo iste iustus ⁊ timoratus expe-
ctās ɔsolacōem israhel: ⁊ spūs sanctus erat
in eo. Et respōsum acceperat a spū sancto. nō
visurum se mortē: nisi p̄us videret cristum
domini. Et venit in spū in templū. Et cū indu-
cerēt puerū ihesuz parentes eius. ut facerēt
scd̄m ɔsuetudinē legis p eo: et ipse accepit
eū in vlnas suas: ⁊ bn̄dixit deū ⁊ dixit. Nūc
dimittis seruū tuū dn̄e scd̄m v̄buz tuū in pa-
ce: q̄ viderūt oculi mei salutare tuū: quod
parasti ante faciem omniū populoꝝ: lumē
ad reuelacōez gentiū: ⁊ gloriam plebis tue
israhel. Et erat pater eius ⁊ mater eius mirā-
tes sup hijs que dicebāt̄ de illo. Et bn̄dixit
illis symeon: ⁊ dixit ad mariam matrē eius.
Ecce positus est hic in ruinā. ⁊ in resurrectō-
nem multoꝝ in israhel: ⁊ in signū cui ɔtradi-
cetur. Et tuā ip̄ius animā ptrāsibit gladius:
vt reuelent̄ ex multis cordibꝫ cogitacōes.
Et erat āna p̄phetissa filia fanuel de tribu a-
ser: hec p̄cesserat in diebꝫ multis: et vixerat
cū viro suo annis septē a v̄ginitate sua. Et
hec vidua usqꝫ ad ānos octogintaq̄tuor:
que nō discedebat de templo. ieiunijs ⁊ ob-
secracōibꝫ seruiens nocte ac die. Et hec
ip̄a hora supueniēs ɔfitebat̄ dn̄o: ⁊ loq̄ba-
tur de ip̄o. om̄ibꝫ qui expectabāt redēpcōez
iherusalem. Et ut p̄fecerūt om̄ia scd̄m legē
domini: reuersi sūt in galileā. in ciuitatē suā
nazareth. Puer aūt crescebat ⁊ ɔfortabat̄.
plenus sap̄ia: ⁊ gratia dei erat in illo. Et ibāt
parētes eius p om̄es ānos in iherusalem in
die solemni pasche. Et cū factus essꝫ annoꝝ
duodecim. ascendētibꝫ illis in iherosolimam
scd̄m ɔsuetudinē diei festi. ɔsummatisqꝫ die-
bus cū redirēt. remansit puer ihesus in ihe-
rusalem: ⁊ nō ɔgnouerūt parētes eius. Exi-
stimātes autez illū esse in comitatu: venerūt
iter diei: et req̄rebāt eū inter cognatos et
notos. Et nō inuenientes regressi sūt in iheru-
salē: req̄rentes eū. Et factum ē post triduū
inuenerūt eum in templo sedentē i medio
doctorū: audientē illos. et interrogantē eos.
Stupebant aūt om̄es qui eum audiebant.
sup prudentia ⁊ responsis eius. Et vidētes

ammirati sūt. Et dixit mater eius ad illum.
Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus
et ego dolentes querebamus te. Et ait ad
illos. Quid ē q̄ me querebatis? Nesciеba-
tis q̄ in hijs que patris mei sūt oportet me
esse? Et ipsi nō intellexerūt verbū quod lo-
cutus est ad eos. Et descendit cū eis: ⁊ ve-
nit nazareth: et erat sbditus illis. Et mater
eius cōseruabat omnia verba hec in corde
suo. Et ihesus proficiebat sapientia et etate
et gratia apud deū ⁊ homines. III

Anno autē quīdecimo imperij tyberij
cesaris. procurāte pōtio pilato iudeā:
tetrarcha aūt galilee herode: philippo aūt
fratre eius tetrarcha ituree et traconitidis
r̄gionis: ⁊ lysania abiline tetrarcha. sub pri-
cipibꝫ sacerdotū āna ⁊ caypha: factū ē ver-
bum dn̄i sup iohānē zacharie filiū in deser-
to. Et venit in omnē regionē iordanis p̄di-
cās baptismū penitētie in remissionē pecca-
toꝝ: sicut scriptū est in libro s̄monū ysaie
p̄phete. Vox clamātis in deserto parate viam
dn̄i: rectas facite semitas eius. Omnis val-
lis implebitur: ⁊ omnis mōs et collis hu-
miliabitur. Et erūt praua in directa ⁊ aspera
in vias planas: ⁊ videbit omnis caro salu-
tare dei. Dicebat ergo ad turbas que exie-
bant vt baptizarentur ab ip̄o. Genimina
viperaꝝ: quis ostēdit vobis fugere a ven-
tura ira? Facite ergo fructus dignos peni-
tētie: ⁊ ne ceperitis dicere p̄rem habemus
abrahā. Dico enim vobis: q̄ potēs est deus
de lapidibꝫ istis suscitare filios abrahe. Iā
enim securis ad radicem arboris posita est.
Omnis ergo arbor nō faciēs fructū bonū
excidet: ⁊ in ignē mittetur. Et īterrogabāt
eum turbe dicētes. Quid ergo faciemus?
R̄ndens autē dicebat illis. Qui habet du-
as tunicas det nō habēti: ⁊ qui habet escas
similiter faciat. Venerūt aūt ⁊ publicani vt
baptizarētur: ⁊ dixerūt ad illū. Magister.
q̄d faciemus? At ille dixit ad illos. Nich-
il amplius q̄ qđ cōstitutū ē vobis faciatis.
Interrogabāt aūt eum ⁊ milites dicentes.
Quid faciemus ⁊ nos? Et ait illis. Nemi-
nē cōcutiatis neq̄ calūniā faciatis: ⁊ cōtenti
estote stipēdijs vestris. Existimante autē
p̄plo ⁊ cogitātibꝫ omnibꝫ in cordibꝫ suis de

iohāne. ne forte ip̄e esset xp̄c: r̄ndit iohānes
dicēs omnibꝫ. Ego quidem aqua baptizo
vos: veniet aūt fortior. cuius nō sū dignus
soluere corrigiā calciamētoꝝ eius: ip̄e vos
baptizabit in spiritu sancto ⁊ igni. Cuius vē-
tilabrū in manu eius: ⁊ purgabit areā suā:
et cōgregabit triticū in horreū suū: paleas
aūt cōburet igni inextinguibili. Multa qui-
dem ⁊ alia exhortās euāgelizabat p̄plo. He-
rodes aūt tetrarcha cū corriperetur ab illo
de herodiade vxore fratris sui. et de omnibꝫ
malis que fecit herodes: adiecit ⁊ hoc super
omnia: ⁊ inclusit iohānē in carcerē. Factū
est aūt cū baptizaretur omnis p̄plus. et ihesu
baptizato ⁊ orante apertū est celū: ⁊ descen-
dit sp̄us sc̄us corporali sp̄e sicut colūba in
ipsum: et vox de celo facta est. Tu es filius
meus dilectus: in te cōplacuit michi. Et ip̄e
ihesus erat incipiens quasi ānoꝝ triginta
vt putabatur filius ioseph. qui fuit hely. qui
fuit mathat. qui fuit leui. q̄ fuit melchi. q̄ fu-
it iāne. qui fuit ioseph. qui fuit mathathie.
qui fuit amos. q̄ fuit naum. qui fuit hesli. qui
fuit nagge. qui fuit maath. q̄ fuit matha-
thie. qui fuit semei. qui fuit ioseph. q̄ fuit iu-
da. qui fuit iohanna. qui fuit resa. q̄ fuit zo-
robabel. qui fuit salathiel. q̄ fuit neri. q̄ fuit
melchi. q̄ fuit addi. qui fuit cosan. qui fuit
helmadan. qui fuit her. q̄ fuit ihesu. qui fuit
heliezer. qui fuit iorim. q̄ fuit matthath. qui
fuit leui. qui fuit symeon. qui fuit iuda. qui
fuit ioseph. qui fuit iona. qui fuit heliachim.
qui fuit melcha. q̄ fuit menna. qui fuit ma-
thata. qui fuit nathan. qui fuit dauid. qui
fuit iesse. qui fuit obeth. q̄ fuit booz. qui fuit
salomon. q̄ fuit naason. qui fuit aminadab.
qui fuit aran. qui fuit esron. qui fuit phares.
qui fuit iude. q̄ fuit iacob. qui fuit ysaac. qui
fuit abrahe. qui fuit thare. q̄ fuit nachor. qui
fuit seruch. qui fuit ragau. qui fuit phalech.
qui fuit heber. qui fuit sale. qui fuit chay-
nan. q̄ fuit arphaxat. qui fuit sem. qui fuit
noe. qui fuit lamech. qui fuit matusale. qui
fuit enoch. qui fuit iareth. qui fuit malale-
hel. qui fuit chaynan. q̄ fuit enos. qui fuit
seth. qui fuit adam. qui fuit dei. IIII

Ihesus autē plenus spiritu sc̄o r̄gres-
sus est a iordane: et agebatur in spiritu

in deserto dieb⁹ quadraginta: ⁊ temptabat᷑
a dyabolo. Et nichil mãducauit in diebus
illis: ⁊ ↄsũmatis illis esuriit. Dixit autẽ illi
dyabolus. Si filius dei es: dic lapidi huic
vt panis fiat. Et rñdit ad illũ ihs. Scrptũ
est. q̃ nõ in pane solo viuit homo: ſ; in omi
verbo dei. Et duxit illũ dyabolus: et oñdit
illi omnia regna orbis t̃re in momẽto tpis:
et ait illi. Tibi dabo potestatẽ hanc vniũsaz
et gloriã illoꝝ: q̃ michi tradita sunt: ⁊ cui
volo do illa. Tu ergo ꝓcidẽs si adoraueris
corã me: erũt tua omnia. Et rñdens ihesus
dixit illi. Scriptũ ẽ. Dñm deũ tuũ adorabis:
et illi soli seruies. Et duxit illuz in ihrlm. ⁊
statuit eũ sup pinnã templi: et dixit illi. Si
filius dei es: mitte te hinc deorsũ. Scriptuz
est enim. q̃ angelis suis mãdauit de te. ut
ↄſuẽt te: ⁊ q̃ in manib⁹ tollent te. ne forte
offendas ad lapidẽ pedem tuũ. Et rñdens
ihesus ait illi. Dictũ est. Nõ tẽptabis dñm
deũ tuuz. Et ↄsũmata omni tẽptacõne: dya-
bolus recessit ab illo usq; ad tempus. Et
regressus ẽ ihus in ꝟtute spiritus in galile-
am: et fama exiit ꝑ vniũsam regionẽ de illo.
Et ipse docebat in synagogis eoꝝ: ⁊ mag-
nificabatur ab omnib⁹. Et venit nazareth vbi
erat nutritus: ⁊ intrauit scd̃m ↄsuetudinez
suam die sabbati in synagogã: ⁊ surrexit le-
gere. Et traditus est illi liber ysaie ꝓphete.
Et ut reuoluit libruz: inuenit locum vbi scri-
ptum erat. Spiritus dñi sup me ꝓpter qd̃
vnxit me euãgelizare paupib⁹ misit me: sa-
nare ↄtritos corde. ꝑdicaẽ captiuis remissi-
onem. et cecis visum: dimittere confractos
in remissionẽ: ꝑdicaẽ ãnum dñi acceptũ. et
diez retributionis. Et cũ plicuiſſ; librũ: red-
didit ministro ⁊ sedit. Et omniũ in synago-
ga oculi erãt intendẽtes in eũ. Cepit autez
dicere ad eos: q̃ hodie impleta est hec scri-
ptura in aurib⁹ vestris. Et omnes testimo-
niũ illi dabãt: ⁊ mirabãtur in ꝟbis gratie.
q̃ ꝓcedebãt de ore ipius: ⁊ dicebãt. Nõne
hic ẽ filius ioseph? Et ait illis. Vtiq; dice-
tis michi hãc similitudinẽ. Medice cura te-
ipsũ. Quanta audiuimus facta in caphar-
naũ: fac ⁊ hic in patria tua. Ait aũt. Amen
dico vobis q̃ nemo ꝓpheta acceptus est in
patria sua. In ꝟitate dico vob̃: mlte vidue
erãt in israhel in dieb⁹ helie quãdo clausum
est celũ annis trib⁹ ⁊ mẽsib⁹ sex. cũ facta es-
set fames magna in omni terra: ⁊ ad nullã
illarũ missus ẽ helias. nisi in sarepta sydonie.
ad mulierẽ viduã. Et multi leprosi erant in
israhel sub heliseo ꝓpheta: ⁊ nemo eoꝝ mũ-
datus est nisi naaman syrus. Et repleti sũt
omẽs in synagoga ira hec audiẽtes. Et sur-
rexerũt ⁊ eiecerunt illũ extra ciuitatẽ: ⁊ du-
xerũt illũ usq; ad superciliũ mõtis. sup quẽ
ciuitas illoꝝ erat edificata: vt p̃cipitarent
eũ. Ipe aũt trãsiẽs. per medium illoꝝ ibat.
Et descendit in capharnaũ ciuitatẽ galilee:
ibiq; docebat illos sabbatis. Et stupebant
in doctrina eius: q̃ in potestate erat sermo
ipsius. Et in synagoga erat homo habens
demoniũ immũdũ: ⁊ exclamauit voce ma-
gna dicẽs. Sine: quid nobis. et tibi ihesu
nazarene? Venisti ꝑdere nos. Scio te qui
sis: sanctus dei. Et increpauit illũ ihus dicẽs.
Obmutesce: ⁊ exi ab eo. Et cũ ꝓieciſſ; illuz
demoniũ in mediũ exiit ab illo: nichilq; illũ
nocuit. Et factus ẽ pauor in omnib⁹: et col-
loquebant᷑ adinuicẽ dicẽtes. Quod ẽ hoc
verbum: quia in potestate ⁊ virtute impe-
rat immũdis spiritib⁹ ⁊ exeũt? Et diuulga-
batur fama de illo. in omnẽ locuz regionis.
Surgẽs aũt ihesus de synagoga. introiuit
in domũ simonis. Socrus aũt simonis te-
nebatur magnis febrib⁹: et rogauerũt illũ
pro ea. Et stãs super illam imperauit febri
et dimisit illã: ⁊ ↄtinuo surgens ministrauit
illis. Cũ sol aũt occidiſſ; omẽs qui habebãt
infirmos varijs languorib⁹. ducebãt illos
ad eum: at ille singulis manus imponẽs cu-
rabat eos. Exiebant aũt demonia a multis
clamãtia ⁊ dicẽtia: q̃ tu es filius dei. Et in-
crepãs nõ sinebat ea loqui: q̃ sciebãt ipsũ
esse xp̃m. Facta aũt die egressus ibat in de-
sertũ locũ: et turbe requirebãt eũ. ⁊ venerunt
usq; ad ipm: ⁊ detinebãt illũ ne discedẽt ab
eis. Quib⁹ ille ait. Quia ⁊ alijs ciuitatib⁹ o-
portet me euãgelizaẽ regnũ dei: q̃ ideo mis-
sus sũ. Et erat ꝑdicãs in synagogis galilee.

V

Factum est autẽ cum turbe
irruerẽt in eũ ut audirẽt verbuz dei: ⁊
ipe stabat secus stagnum genezareth. Et
vidit duas naues stãtes secus stagnum:

piscatores aūt descenderāt ⁊ lauabāt retia.
Ascendēs aūt in vnam nauim q̄ erat simo-
nis: rogauit eū a terra reducere pusillum.
Et sedēs docebat de nauicula turbas. Vt ces-
sauit aūt loqui: dixit ad simonē. Duc in al-
tum: et laxate retia vr̄a in capturā. Et r̄ndēs
simon dixit illi. Preceptor ꝑ totam noctē
laborātes nichil cepimus: in verbo aūt tuo
laxabo rete. Et cū hoc fecissent: ↄcluserunt
pisciū multitudinē copiosam. Rūpebat᷑ au-
tem rete eoꝝ. Et ānuerūt socijs qui erant
in alia naui: ut venirēt ⁊ adiuuarēt eos. Et
venerūt ⁊ impleuerunt ambas nauiculas:
ita vt mergerētur. Quod cū videret simon
petrus: ꝓcidit ad genua ihesu dicēs. Exi a
me: q᷑ homo peccator sū dn̄e. Stupor enim
circūdederat eū. et omnes qui cū illo erant:
in captura pisciū quā ceperāt. Similiter au-
tem iacobū ⁊ iohānē filios zebedei: q̄ erāt
socij simonis. Et ait ad simonē ihesus. No-
li timere: ex hoc iam homines eris capiens.
Et s̄bductis ad terrā nauibꝫ: relictis om̄i-
bus secuti sūt illū. Et factū est cū essꝫ in vna
ciuitatū: ⁊ ecce vir plenus lepra. et videns
ihesū. et ꝓcidēs in faciē suam: rogauit eū di-
cēs. Dn̄e: si vis potes me mūdare. Et exten-
dens manū: tetigit eū dicēs. Volo. Mūdaē.
Et cōfestim lepra discessit ab illo. Et ipse p̄-
cepit illi vt nemini diceret: sed vade ostēde
te sacerdoti: et offer ꝓ emūdacōe tua sicut
p̄cepit moyses in testimoniū illis. Peram-
bulabat aūt magis s̄mo de illo: et ↄuenie-
bant turbe multe vt audirēt: et curarentur
ab infirmitatibꝫ suis. Ipe aūt secedebat in
desertum ⁊ orabat. Et factū est in vna dieꝝ:
et ip̄e sedebat docēs. Et erāt pharisei sedē-
tes ⁊ legis doctores qui venerāt ex omni
castello galilee et iudee. et ihr̄lm: et virtus
dn̄i erat ad sanādum eos. Et ecce viri por-
tātes in lecto hominē qui erat paraliticus:
et querebāt eū inferre ⁊ ponere ante eū. Et
nō inuenientes qua parte illuꝫ inferrēt p̄ tur-
ba: ascenderūt supra tectuꝫ. et ꝑ tegulas sū-
miserūt eū cum lecto in mediū ante ihesum.
Quoꝝ fidē ut vidit dixit. Homo: remittū-
tur tibi peccata tua. Et ceperūt cogitare scri-
be ⁊ pharisei dicētes. Quis ē hic qui loq̄t᷑
blasphemias? Quis potest dimittere pc̄cā:
nisi solus deus? Vt cognouit aūt ihesus co-
gitacōes eoꝝ: r̄ndēs dixit ad illos. Quid
cogitatis in cordibꝫ vr̄is? Quid est facili⁹
dicē dimittūtur tibi pc̄cā: an dicere surge et
ambula? Vt autē sciatis q᷑ filius hominis
habet potestatē in terra dimittēdi pc̄cā: ait
paralitico. Tibi dico surge: tolle lectū tuuꝫ:
et vade in domū tuā. Et ↄfestim ↄsurgēs co-
ram illis tulit lectū in quo iacebat: ⁊ abijt
in domū suā magnificās deū. Et stupor appre-
hēdit om̄es: ⁊ magnificabāt deū. Et repleti
sūt timore dicētes: q᷑ vidimus mirabilia ho-
die. Et post hec exijt: ⁊ vidit publicanū no-
mine leui sedētem ad theloneū: ⁊ ait illi. Se-
quere me. Et r̄lictis omnibꝫ: surgēs secut⁹
ē eū. Et fecit ei ↄuiuiū magnū leui in domo
sua: et erat turba multa publicanoꝝ. ⁊ alio-
rum qui cū illis erāt discūbentes. Et murmu-
rabant pharisei et scribe eoꝝ: dicētes ad di-
scipulos eius. Quare cū publicanis ⁊ pc̄cō-
ribꝫ māducatis et bibitis? Et r̄ndens ih̄us
dixit ad illos. Nō egēt qui sani sūt medico:
sed qui male habēt. Nō veni vocare iustos:
sed pc̄cores ad penitētiam. At illi dixerunt
ad eū. Quare discipuli iohānis ieiunāt fre-
quenter ⁊ obsecracōes faciūt. similit᷑ ⁊ pha-
riseoꝝ: tui autē edūt ⁊ bibūt? Quibꝫ ipse
ait. Nūquid potestis filios spōsi dū cū illis
est spōsus facere ieiunare? Venient aūt dies:
et cū ablatus fuerit ab illis spōsus. tūc ieiu-
nabūt in illis diebꝫ. Dicebat autē ⁊ similitu-
dinē ad illos. Quia nemo ↄmissurā a nouo
vestimēto immittit in vestimentū vetus: alio-
quin et nouū rumpit: et veteri nō ↄuenit cō-
missura a nouo. Et nemo mittit vinū nouuꝫ
in vtres veteres: alioquin rūpit vinū nouū
vtres: et vinum effundetur et vtres peribūt.
Sed vinū nouū in vtres nouos mittēduꝫ
est: et vtraqꝫ ↄseruātur. Et nemo bibēs vet⁹
statim vult nouū: dicit enim: vetus melius ē.

VI

Factū est autē in sabbato
s̄cdo primo. cū trāsiret per sata velle-
bant discipuli eius spicas: et māducabant
ↄfricātes manibꝫ. Quidaꝫ aūt phariseoꝝ
dicebāt illis. Quid facitis qđ nō licet in sab-
batis? Et r̄ndens ihesus ad eos dixit. Nec
hoc legistis qđ fecit dauid. cū esurisset ipse
et qui cū illo erant: quomō intrauit in domū

dei· et panes ꝓposicōis sūpsit ⁊ māducauit· et dedit hijs qui cū ipo erant· quos nō licz manducare nisi tantū sacerdotibꝫ? Et dicebat illis: qꝛ dn̄s est filius hominis etiaz sabbati. Factum ē autē ⁊ in alio sabbato: ut intraret in synagogam ⁊ doceret. Et erat ibi homo: ⁊ manus eius dextra erat arida. Obseruabant aūt scribe ⁊ pharisei si in sabbo curaret: ut inuenirēt vnde accusarēt eū. Ipse vero sciebat cogitacōes eoꝝ: ⁊ ait homini q̄ habebat manū aridam. Surge: et sta in mediū. Et surgēs stetit. Ait autem ad illos ihesus. Interrogo vos si licet sabbatis bn̄facere an male: aīam saluā facere an pdē? Et circūspectis oīb9 dixit homini. Extēde manum tuā. Et extēdit: ⁊ restituta ē manus eius. Ipsi autē repleti sūt insipiētia: ⁊ colloquebant᷑ adinuicem· q̄d nam facerēt ihesu. Factum ē autem in illis dieb9 exijt in montem orare: ⁊ erat pnoctans in oracōne dei. Et cum dies factus eēt: vocauit discipulos suos: ⁊ elegit duodecim ex ipsis quos et apostolos nominauit: simonē quē ɔgnominauit petrū ⁊ andream frēz eius: iacobū et iohannē· philippū ⁊ bartholomeū· matheū et thomaz iacobum alphei ⁊ simonē q̄ vocatur zelotes ⁊ iudaz iacobi: et iudā scarioth q̄ fuit pditor. Et descendēs cum illis stetit in loco cāpestri ⁊ turba discipuloꝝ eius: et młtitudo copiosa plebis ab oīni iudea ⁊ iherusalē et maritima ⁊ tyri et sydonis· q̄ venerāt vt audirent eū: ⁊ sanarent᷑ a languoribus suis. Et q̄ vexabant᷑ a spiritib9 immundis curabant᷑. Et oīnis turba querebat euz tangere: qꝛ v̄tus de illo exiebat ⁊ sanabat oēs. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat. Beati paupes: qꝛ v̄rm ē regnū dei. Beati q̄ nunc esuritis: qꝛ saturabimini. Bt̄i q̄ nunc fletis: qꝛ ridebitis. Bt̄i eritis cū vos oderint homines ⁊ cū sepauerint vos et exꝓbrauerint: ⁊ eiecerint nomē v̄rm tanquā malū ꝓpter filiū homīs. Gaudete in illa die et exultate: ecce enim merces v̄ra multa est in celo. Scd̄m hec enim faciebant ꝓphetis patres eoꝝ. Veruntamē ve vobis diuitib9: q̄ habetis ɔsolacōez v̄raz. Ve vobis qui saturati estis: qꝛ esurietis. Ve vobis q̄ ridetis nūc: qꝛ lugebitis et flebitis. Ve cū bene vos dixerint oēs hoīes. Scd̄m hec enim faciebant ꝓphetis patres eoꝝ. Sed vos dico q̄ auditis. Diligite inimicos v̄ros: bn̄facite hijs q̄ vos oderūt. Bn̄dicite maledicētib9 vos: orate ꝓ calumniātib9 vos. Et q̄ te percutit in maxillam· p̄be ⁊ alterā: et ab eo q̄ aufert tibi vestimentū· etiaz tunicā noli ꝓhibē. Oīni autē petēti te tribue: et q̄ aufert q̄ tua sūt ne repetas. Et ꝓut vultis ut faciāt vos homines: ⁊ vos facite illis similiter. Et si diligitis eos q̄ vos diligūt: que vobis ē grā? Nam et peccatores diligētes se diligūt. Et si bn̄feceritis hijs q̄ vobis benefaciūt: que vobis est gratia? Siquidē et peccatoēs hoc faciūt. Et si mutuū dederitis hijs a quib9 speratis recipe: que gratia ē vobis? Nā et peccatores peccorib9 fenerāt᷑: ut recipiāt eq̄lia. Veruntamen diligite inimicos v̄ros: benefacite et mutuū date· nichil inde sperantes: et erit merces v̄ra multa: et eritis filij altissimi: qꝛ ipse benignus ē sup ingratos ⁊ malos. Estote ergo misericordes: sicut ⁊ pater v̄r misericors ē. Nolite iudicare: ⁊ non iudicabimini. Nolite ɔdemnare: ⁊ nō ɔdemnabimini. Dimittite: ⁊ dimittemini. Date: ⁊ dabitur vobis. Mensurā bonaz ⁊ ɔfertam· et coagitatā et sup effluentē dabūt in sinū vestruz. Eadē vero mensura q̄ mensi fueritis: remetietur vobis. Dicebat autē illis ⁊ similitudinē. Nunq̄d potest cecus cecū ducere? Nonne ambo in foueaz cadūt? Non ē discipulus sup magistrū: pfectus autē oīnis erit: si sit sicꝰ magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: trabem aūt que in oculo tuo est nō ɔsideras? Aut quō potes dicere fratri tuo· frater· sine eiciaz festucā de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non vides? Ypocrita eice primum trabem de oculo tuo: et tunc perspicies ut educas festucaz de oculo fratris tui. Nō est eni arbor bona q̄ facit fructus malos: neqꝫ arbor mala faciēs fructuz bonū. Vnaqueqꝫ enim arbor de fructu suo ɔgnoscit᷑. Neqꝫ enim de spinis colligūt ficus: neqꝫ de rubo vindemiant vuā. Bonus homo de bono thesauro cordis sui ꝓfert bonū: ⁊ malus homo de malo thesauro ꝓfert malū. Ex abundantia enim cordis os loq̄t᷑. Quid autē vocatis me dn̄e dn̄e: ⁊ nō facitis

que dico? Omnis qui venit ad me: et audit ſmones meos: et facit eos: oſtendā vobis cui ſimilis ſit. Similis eſt homini edificāti domū qui fodit in altū: et poſuit fundamētū ſupra petrā. Inundacōe autē facta illiſuz ē flumē domui illi: et non potuit eam mouere. fundata enim erat ſupra petrā. Qui autez audit et nō facit ſimilis ē homini edificanti domum ſuā ſupra terraz ſine fundamēto: in quaz illiſus eſt fluuius: et ꝯtinuo cecidit: et facta ē ruina domus illius magna. VII

Cum autē impleſſz omnia vba ſua in aures plebis: intrauit capharnaum. Centurionis autē cuiuſdam ſuus male hñs erat moriturus: q̄ illi erat p̄cioſus. Et cū audiſſz de ihesu: miſit ad euz ſeniores iudeoꝝ: rogans eum ut veniret: et ſaluaret ſeruuz eius. At illi cū veniſſent ad ihesum rogabāt eum ſollicite dicētes ei: qꝛ dignus ē ut hoc illi p̄ſtes. Diligit eni gentē nr̄az: et ſynagogā ipſe edificauit nobis. Ihūs aūt ibat cū illis. Et cū iam non lōge eſſet a domo: miſit ad eū centurio amicos dicens. Dñe: noli vexari. Nō enim ſū dignus ut ſub tectū meuz intres: ꝓpter qđ et meipſū nō ſum dignum arbitratus ut venirē ad te: ſʒ dic vbo et ſanabit͛ puer meus. Nam et ego homo ſub ptāte ꝯſtitutus: habens ſub me milites: et dico huic vade et vadit: et alio veni et venit: et ſeruo meo fac hoc et facit. Quo audito ihesus miratus eſt: et cōuerſus ſequētibꝫ ſe turbis dixit. Amen dico vobis: nec in iſrahel tantā fidem inueni. Et reuerſi qui miſſi fuerāt domū: inuenerūt ſeruū qui languerat ſanum. Et factum ē deinceps ibat ihūs in ciuitatē que vocat͛ naym: et ibant cū eo diſcipuli ei⁹ et turba copioſa. Cū autez appropinquaēt porte ciuitatis: ecce defunctus efferebat͛ filius vnicus matris ſue. Et hec vidua erat: et turba ciuitatis multa cū illa. Quā cuz vidiſſet dñs: miſericordia motus ſup eā dixit illi Noli flere. Et acceſſit: et tetigit loculū. Hij autem qui portabant ſteterūt. Et ait. Adoleſcens: tibi dico ſurge. Et reſedit qui erat mortuus: et cepit loqui: et dedit illū mr̄i ſue. Accepit autem oēs timor: et magnificabant deum dicētes. Quia ꝓpheta magnus ſurrexit in nobis: et qꝛ deus viſitauit plebez

ſuam. Et exijt hic ſmo in vniuerſam iudeaz de eo: et oēz circa regionē. Et nūciauerūt iohāni diſcipuli eius de oībꝫ hijs. Et conuocauit duos de diſcipulis ſuis iohānes: et miſit ad ihesum dicēs. Tu es q̄ venturus es. an aliū expectamus? Cum autez veniſſent ad eum viri dixerūt. Iohānes baptiſta miſit nos ad te dicēs. Tu es q̄ venturus es an aliū expectamus? In ip̄a autez hora multos curauit a languoribꝫ ſuis et plagis: et ſpiritibus malis: et cecis multis donauit viſuz. Et rn̄dens dixit illis. Eūtes renūciate iohāni q̄ audiſtis et vidiſtis. Quia ceci vidēt: claudi ambulāt: leproſi mundant͛: ſurdi audiūt: mortui reſurgēnt: paupes euangelizant͛: et beatus eſt quicūqꝫ nō fuerat ſcandalizatus in me. Et cum diſceſſiſſent nūcij iohānis: cepit de iohāne dicere ad turbas. Quid exiſtis in deſertū videre? Arundinē vēto agitatam? Sed quid exiſtis videre? Hoīez mollibꝫ veſtimentis indutū? Ecce q̄ in veſte precioſa ſūt et delicijs: in domibꝫ regū ſūt. Sed quid exiſtis videre? Prophetam? Vtiqꝫ dico vobis: et pluſq̄ ꝓphetam. Hic eſt de quo ſcriptū eſt. Ecce mitto angelū meū ante faciem tuam: q̄ p̄parabit viam tuā ante te. Dico enim vobis: maior inter natos mulieruz ꝓpheta iohāne baptiſta nemo eſt. Qui aūt minor eſt in regno dei maior eſt illo. Et oīs populus audiēs: et publicani iuſtificauerūt deuz: baptizati baptiſmo iohānis. Pharisei aūt et legiſperiti: ꝯſiliū dei ſpreuerūt in semetip̄os: nō baptizati ab eo. Ait autez dñs. Cui ergo ſimiles dicā hoīes gn̄ationis hui⁹: et cui ſimiles ſūt? Similes ſūt pueris ſedentibꝫ in foro: et loquētibꝫ adinuicē et dicētibꝫ. Cātauimus vobis tibijs et non ſaltaſtis: lamētauimus et non ploraſtis. Venit autē iohānes baptiſta neqꝫ manducās panē neqꝫ bibēs vinū: et dicitis. Demoniū habet. Veīt filius hominis manducās et bibēs: et dicitis. Ecce homo deuorator: et bibēs vinū: amicus publicanoꝝ et peccatoꝝ. Et iuſtificata ē ſapiētia: ab oībꝫ filijs ſuis. Rogabat autem illum quidam de phariſeis ut manducaret cū illo. Et ingreſſus domū pharisei diſcubuit. Et ecce mulier q̄ erat in ciuitate pccatrix ut cognouit qꝫ accubuit in domo pharisei

attulit alabastrum vngēti: ⁊ stans retro se-
cus pedes eius lacrimis cepit rigaē pedes
eius. et capillis capitis sui tergebat: ⁊ oscu-
labat pedes eius et vngēto vngebat. Vi-
dēs autē phariseus q̄ vocauerat eū: ait in-
tra se dicēs. Hic si esset ꝓpheta: sciret vtiq; q̄
et q̄lis ē mulier que tangit eū: q2 peccatrix
est. Et rn̄dēs ihesus dixit ad illū. Simon:
habeo tibi aliq̄d dicere. At ille ait. Magi-
ster dic. Duo debitores erāt cuidam fenera-
tori: vnus debebat denarios quingētos: ⁊ a-
lius quīquaginta. Nō habētib; illis vnde
redderēt: donauit vtrisq;. Quis ergo eum
plus diligit? Rn̄dens simon dixit. Estimo:
q2 is cui plus donauit. At ille dixit ei. Rectē
iudicasti. Et ꝯuersus ad mulierē. dixit simoni.
Vides hanc mulierē? Intraui in domū tuā:
aquā pedib; meis nō dedisti. Hec autem
lacrimis rigauit pedes meos: ⁊ capillis su-
is tersit. Osculū michi nō dedisti: hec autē
exquo intraui nō cessauit osculari pedes me-
os. Oleo caput meū nō vnxisti: hec autē vn-
gēto vnxit pedes meos. Propter qđ dico
tibi. Remittūt ei peccā multa: q̄m dilexit mul-
tum. Cui aūt minus dimittit minus diligit.
Dixit aūt ad illā. Remittūt tibi peccā. Et ce-
perūt qui simul accumbebāt dicere intra se.
Quis est hic qui etiā peccata dimittit? Dixit
aūt ad mulierē. Fides tua te saluā fecit. Va-
de in pace.

VIII

Et factū ē deinceps. et ipse iter faciebat per ciuitates ⁊ ca-
stella p̄dicās ⁊ euangelizās regnum dei: et
duodecim cū illo. ⁊ mulieres aliq̄. que erāt
curate a spiritib; malignis ⁊ infirmitatibus:
maria que vocatur magdalene. de q̄ septē
demonia exierāt: ⁊ iohanna vxor chuze p-
curatoris herodis: et susanna ⁊ alie multe:
q̄ ministrabāt ei de facultatib; suis. Cū aūt
turba plurima ꝯueniret ⁊ de ciuitatib; ꝓpe-
rarent ad eum: dixit p similitudinē. Exijt q̄
seminat seminare semen suū. Et dū semiat
aliud cecidit secus viam. et ꝯculcatum est:
et volucres celi comederūt illud. Et aliud
cecidit supra petram: et natū aruit: q2 nō ha-
bebat humorē. Et aliud cecidit inter spinas:
et simul exorte spine suffocauerūt illud. Et
aliud cecidit in terrā bonā: ⁊ ortū fecit fru-
ctum centuplū. Hec dicēs clamabat. Qui
habet aures audiēdi audiat. Interrogabāt
autē eum discipuli eius: q̄ esset hec parabola.
Quib; ipse dixit. Vobis datū ē nosse miste-
riū regni dei: ceteris autē in parabolis: ut vi-
dentes nō videāt. et audiētes nō intelligāt.
Est aūt hec parabola. Semē. est verbū dei.
Qui aūt secus viā. hij sūt qui audiūt: deinde
venit dyabolus ⁊ tollit v̄bū de corde eoꝝ:
ne credētes salui fiant. Nam q̄ supra petrā:
q̄ cum audierint cū gaudio suscipiūt verbū.
Et hij radices nō habēt: q2 ad tps credūt:
et in tēpore tēptacōnis recedūt. Qđ autē
in spinas cecidit: hij sūt qui audierunt ⁊ a
sollicitudinib; ⁊ diuicijs et voluptatib; vite
eūtes suffocātur: ⁊ nō referūt fructū. Qđ autē
in bonā terrā: hij sūt q̄ in corde bono ⁊ optio
audiētes v̄bū retinēt: et fructū affert in pa-
ciētia. Nemo aūt lucernā accendēs opit eā
vase. aut subtus lectū ponit: sz sup̄ cādelabrū
ponit: ut intrātes videant lumē. Nō est eni
occultū qđ nō manifestet: nec abscōditū qđ
nō ꝯgnoscat. et in palam veniat. Videte er-
go q̄d audiatis. Qui enim habet dabit illi:
et quicunq; nō habet: etiā qđ putat se hr̄e
niebant quid facerēt illi. Omnis eni ppłus
suspensus erat audiens illum. XX

Et factū est in vna dieꝝ docente illo
populū in templo ⁊ euangelizante: cō-
uenerūt pñcipes sacdotum ⁊ scribe cū senio-
ribꝫ: ⁊ aiūt dicentes ad illū. Dic nobis in q̄
potestate hec facis. Aut quis est qui dedit
tibi hāc potestatē? Respondēs aūt ihesus di-
xit ad illos. Interrogabo vos ⁊ ego vnum
verbū. Rñdete michi. Baptismū iohannis
de celo erat: an ex hominibꝫ? At illi cogita-
bant inter se dicētes. Quia si dixerimus de
celo dicet. Quare ergo nō credidistis illi?
Si aūt dixerimus ex hominibꝫ: plebs vni-
uersa lapidabit nos. Certi sūt enim iohan-
nem pphetā esse. Et rñderūt se nescire vnde
esset. Et ihesus ait illis. Neqꝫ ego dico vo-
bis: in qua potestate hec facio. Cepit autēꝫ
dicere ad plebē parabolā hāc. Homo plan-
tauit vineā ⁊ locauit eam colonis: ⁊ ipse pe-
gre fuit multis tpibꝫ. Et in tpe misit ad cul-
tores seruū: ut de fructu vinee darēt illi. Qui
cesū dimiserūt euꝫ inanē. Et addidit alterū
seruū mittere. Illi aūt hūc q̄ꝫ cedētes. ⁊ affi-
ciētes ɔtumelia: dimisert̄ inanē. Et addidit
terciū mittere: q̄ ⁊ illū vulnerātes eiecerunt.
Dixit aūt dñs vinee. Quid faciā? Mittā filiū
meum dilectū: forsitan cū hūc viderint vere-
būt̄. Quem cū vidissent coloni: cogitauert̄
intra se dicētes. Hic est heres. Occidamus
illū: ut nostra fiat hereditas. Et eiectuꝫ illū
extra vineā occiderūt. Quid ergo faciet illis
dñs vinee? Veniet ⁊ pdet colonos istos: ⁊
dabit vineam alijs. Quo audito dixerunt
illi. Absit. Ille aūt aspiciēs eos ait. Quid ē
ergo hoc quod scriptū est. lapidē quē rpro-
bauerūt edificātes: hic fcūs est in caput an-
guli? Omnis qui ceciderit supra illū lapidē
ɔquassabit̄: sup quē aūt ceciderit. ɔminuet
illū. Et querebāt pñcipes sacerdotū ⁊ scribe
mittere in illū manus illa hora: ⁊ timuerūt
populū. Cognouerunt enim ꝙ ad ipos di-
xerit similitudinem hanc. Et obseruantes

miserūt insidiatores q̃ se iustos simularēt·ut
capent eū in sermone: ut traderēt illū principa-
tui ꝛ ptātē psidis. Et interrogauerūt eū di-
cētes. Magister scimus ꝙ recte dicis ꝛ do-
ces: ꝛ nō accipis psonā: ȝ viam dei in verita-
te doces. Licet nobis tributū daē cesari an
nō? Considerās aūt dolū illoꝝ dixit ad eos.
Quid me temptatis? Ostēdite michi dena-
riū. Cuius habet imaginē ꝛ inscripcōnem?
Rn̄dentes dixerūt. Cesaris. Et ait illis. Red-
dite ergo que sūt cesaris cesari: ꝛ que sunt
dei deo. Et nō potuerūt verbū eius rephen-
dere coram plebe: ꝛ mirati in rn̄so eius tacu-
erūt. Accesserūt autē quidā saduceoꝝ· qui
negāt esse resurrectōnem: ꝛ interrogauerūt
eū dicētes. Magister· moyses scripsit nob:
si frater alicuius mortuus fuerit habens
vxorē· et hic sine liberis fuit ut accipiat eā
frater eius vxorē: ꝛ suscitet semē fratri suo.
Septē ergo fratres erāt: ꝛ pmus accepit
vxorem ꝛ mortuus est sine filiis· Et sequēs
accepit illam: ꝛ ipse mortuus est sine filio·
Et tercius accepit illam: similiter ꝛ om̄es
septē ꝛ nō reliquerūt semen: ꝛ mortui sunt.
Nouissime oīm mortua est ꝛ mulier. In re-
surrectōne ergo cuius eoꝝ erit vxor? Siq̄-
dem septē habuerūt eā vxorē. Et ait illis
ihesus· Filii huius seculi nubūt. ꝛ tradūtur ad
nuptias: illi vero qui digni habebūtur seculo
illo· et resurrectōne ex mortuis neqȝ nubēt
neqȝ ducēt vxores: neqȝ enim vltra nō mori pote-
rūt. Equales enim angelis sūt: ꝛ filii sūt dei·
cū sint filii resurrectōis. Quia vero resurgāt
mortui· et moyses ostendit secus rubuȝ: sicut
dicit dn̄m deū abraham ꝛ deū ysaac· et deum
iacob. Deus autē nō est mortuoꝝ ȝ viuoꝝ.
Om̄es enim viuūt ei. Rn̄dētes aūt quidā
scribaꝝ dixerūt ei. Magister bene dixisti.
Et amplius nō audebāt eū quicq̄ interro-
gaē. Dixit autēȝ ad illos. Quō dicūt cristū
filiū esse dauid: ꝛ ipse dauid dicit in libro
psalmoꝝ· dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris
meis· donec ponam inimicos tuos scabellū
pedū tuoꝝ? Dauid ergo dn̄m illū vocat: et
quō filius eius ē? Audiēte aūt oīm ppl'o di-
xit discipulis suis. Attēdite a scribis q̄ vo-
lūt ambulare in stolis· ꝛ amāt salutacōes
in foro: et pmas kathedras in synagogis:
et pmos discubitus in cōuiuiis. Qui deuorāt
domos viduaꝝ: simulātes longā oracōem.
Hii accipiēt dānationē maiorē. XXI

RESpiciens aūt vidit eos qui mittebāt
munera sua in gazophilaciū diuites.
Vidit aūt ꝛ quandā viduā paupculā mit-
tentem era minuta duo. Et dixit. Vere dico
vobis: ꝙ vidua hec paup plus q̄ omnes
misit. Nam om̄es hii ex abundāti sibi mise-
rūt in munera dei: hec aūt ex eo qđ deest illi
oēȝ victū suū quē habuit misit. Et quibus-
dam dicētibȝ de tēplo ꝙ bonis lapidibȝ et
donis ornatū esset· dixit. Hec que videtis:
veniēt dies in quibȝ nō relinquetur lapis su-
pra lapidē qui nō destruatur. Interrogauerūt
autēȝ illū dicētes. Preceptor quādo hec erūt:
et quod signū cū fieri incipient? Qui dixit.
Videte ne seducamini. Multi enim veniēt
in noīe meo dicētes ꝙ ego suȝ: ꝛ tps appro-
pinquauit. Nolite ire post eos. Cuȝ aūt au-
dieritis plia ꝛ sedicōes: nolite terreri. Opor-
tet primū hec fieri: ȝ nōdū statī finis. Tunc
dicebat illis. Surget gens ɔtra gentē et
regnū adūsus regnū: ꝛ terremotus magni
erūt p loca et pestilentie ꝛ fames: terroresq̄ȝ
de celo· et signa magna erūt. Sed ante hec
om̄ia iniciēt vobis manus suas· ꝛ psequētur
tradētes in synagogas ꝛ custodias: trahē-
tes ad reges ꝛ psides ppter nomē meū. Cō-
tinget autē vobis in testimoniū. Ponite er-
go in cordibȝ vestris non pmeditari quem-
admodū rn̄deatis. Ego enim dabo vobis
os ꝛ sapiaȝ: cui nō poterūt resistē ꝛ ɔtradicē
om̄es adūsarii vestri. Trademini autem a
parentibȝ ꝛ fratribȝ ꝛ cognatis ꝛ amicis: et
morte afficiēt ex vobis. Et eritis odio om̄i-
bus hominibȝ ppter nomē meū. Et capillus
de capite vestro non pibit. In paciencia vr̄a
possidebitis animas vr̄as. Cū autē videritis
circūdari ab exercitu iherusalē: tūc scitote ꝙ
appropinquauit desolacō eius. Tūc qui in
iudea sūt fugiāt ad mōtes: ꝛ qui in medio
eius discedāt· et qui in regionibȝ non intrēt
in eam: ꝙ dies vlcōnis hii sūt ut impleantur
om̄ia que scripta sūt. Ve aūt pregnātibȝ ꝛ
nutriētibȝ in illis diebȝ. Erit eni pssura ma-
gna sup terrā: ꝛ ira populo huic. Et cadent
in ore gladii: et captiui ducētur in oēs gētes.

Et iherusalē calcabitur a gentibꝰ: donec im-
pleant᷑ tpa nationū. Et erunt signa in sole
et luna ⁊ stellis: et in terris p̄ssura gentiū p̄
ↄfusione sonitus maris ⁊ fluctuū: arescenti-
bus hominibꝰ p̄ timore ⁊ expectacōne que
supueniēt vniuerso orbi. Nā v̄tutes celoꝝ
mouebūt᷑. Et tūc videbūt filiū hoīs venien-
tē in nube cū potestate magna ⁊ maiestate.
Hijs aūt fieri incipiētibꝰ. respicite ⁊ leuate
capita vr̄a: quoniā appropinquat redēpcō
vestra. Et dixit illis similitudinē: Videte fi-
culneam ⁊ oēs arbores: cū ꝓducūt iam ex
se fructū: scitis quoniā ꝓpe est estas. Ita et
vos cū videritis hec fieri: scitote qm̄ ꝓpe ē re-
gnū dei. Amē dico vobis: ꝙ nō p̄teribit ge-
neracō hec donec oīa fiant. Celum ⁊ terra
transibūt: v̄ba aūt mea nō transibūt. Attē-
dite aūt vobis ne forte grauēt᷑ corda vr̄a
in crapula ⁊ ebrietate ⁊ curis huius vite: et
supueniat in vos repentina dies illa. Tāq̄
laqueus enim supueniet in oēs: q̄ sedent
sup faciem oīs terre. Vigilate ergo omni
tpe orantes: ut digni habeamini fugē ista
omnia q̄ futura sūt: ⁊ stare ante filiū hoīs.
Erat aūt diebꝰ docēs in templo: noctibus
vero exiēs morabat᷑ in monte q̄ vocat᷑ oli-
ueti. Et omnis populus manicabat ad eum
in templo audire eum.

XXII

Appropinquabat autē dies festus azi-
moꝝ qui dicit᷑ pascha. Et querebāt
principes sacerdotū ⁊ scribe quō eū interfi-
cerent: timebant vero plebē. Intrauit autē
sathanas in iudam qui cognominabatur
scarioth. vnū de duodecim: ⁊ abijt ⁊ locu-
tus est cū principibꝰ sacerdotū ⁊ magistra-
tibꝰ quēadmodū illū traderet eis. Et ga-
uisi sūt: ⁊ pacti sūt pecuniā illi dare. Et spopō-
dit. Et querebat oportunitatē: ut traderet
illū sine turbis. Venit autem dies azimoꝝ:
in qua necesse erat occidi pascha. Et misit
petrū et iohannē dicēs. Eūtes parate nobis
pascha: ut manducemus. At illi dixerunt.
Vbi vis paremus? Et dixit ad eos. Ecce
introeuntibꝰ vobis in ciuitatē occurret vo-
bis homo amphoram aque portās: seq̄mini
eum in domū in quā intrat: ⁊ dicetis p̄rifa-
milias domus. Dicit tibi magister. Vbi est
diuersoriū vbi pascha cum discipulis meis
manducē? Et ipse ostēdet vobis cenaculū
magnū stratū: ⁊ ibi parate. Euntes autem
inuenerūt sicut dixit illis: ⁊ parauerunt pa-
scha. Et cū facta esset hora discubuit: ⁊ duo-
decim apostoli cū eo. Et ait illis. Desiderio
desideraui hoc pascha manducare vobiscū:
anteq̄ patiar. Dico enim vobis: ꝙ ex hoc
nō manducabo illud donec impleatur in re-
gno dei. Et accepto calice gratias egit ⁊ di-
xit. Accipite ⁊ diuidite inter vos. Dico enim
vobis: ꝙ nō bibā de gn̄atione vitis donec
regnū dei veniat. Et accepto pane gratias
egit ⁊ fregit: ⁊ dedit eis dicēs. Hoc est cor-
pus meū: quod ꝓ vobis datur. Hoc facite
in meam ↄmemoracōem. Similiter ⁊ calicem
postq̄ cenauit dicēs. Hic est calix nouum
testamentū in sanguine meo: q̄ ꝓ vobis fun-
detur. Veruntamē ecce manus tradētis me
mecū est in mēsa. Et quidē filius hominis
scd̄m ꝙ diffinitū ē vadit. Veruntamē ve hoī
ꝑ quē tradetur. Et ipi ceperūt querē inter
se: quis esset ex eis qui hoc facturus esset.
Facta ē autem ⁊ ↄtencō inter eos: q̄s eoꝝ
videretur esse maior. Dixit autē eis. Reges
gentiū dominānt᷑ eoꝝ: ⁊ qui potestatē habēt
sup eos bn̄fici vocāt᷑. Vos aūt nō sic. Sed
qui maior est in vobis fiat sicut minor: et q̄
p̄cessor ē sicut ministrator. Nam quis maior
est? Qui recūbit: an qui ministrat? Nōne q̄
recumbit? Ego autē in medio vestrū sū sicut
qui ministrat. Vos autē estis qui ꝑmāsistis
mecū in tēptacōnibꝰ meis. Et ego dispono
vobis sicut disposuit m̄ pater meus regnū:
vt edatis ⁊ bibatis sup mensam meā in re-
gno meo: ⁊ sedeatis sup thronos duodecī
iudicātes duodecim tribus israhel. Ait aūt
dominus simoni. Simon: ecce sathanas ex-
petiuit vos. ut cribrarēt sicut triticū. Ego au-
tem rogaui ꝓ te: ut nō deficiat fides tua. Et
tu aliquādo ↄuersus: confirma fratres tuos.
Qui dixit ei. Domine: tecum paratus sum et
in carcerem ⁊ in mortē ire. Et ille dixit. Dico
tibi petre: nō cantabit hodie gallus. donec
ter abneges nosse me. Et dixit eis. Quādo
misi vos sine sacculo ⁊ pera et calciamētis:
numquid aliquid defuit vobis? At illi dixe-
rūt. Nichil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui
habet sacculū tollat: similiter et perā. Et qui

nō habet: vendat tunicam suā et emat gla=
diū. Dico enim vobis: qm̄ adhuc hoc quod
scriptū est oportet impleri in me: ⁊ ꝙ cū ini=
quis deputatus ē. Eteni ea q̄ sūt de me finē
habēt. At illi dixerūt. Dn̄e: ecce duo gladij
hic. At ille dixit eis. Satis est. Et egressus
ibat scd̄m ꝯsuetudinē in montem oliuarū.
Secuti sūt illū ⁊ discipuli. Et cū puenisset ad
locū: dixit illis. Orate: ne intretis in tēpta=
tionē. Et ipse auulsus est ab eis quantū ia=
ctus est lapidis: ⁊ positis genibꝰ orabat
dicēs. Pater: si vis: transfer calicē istum a
me. Verūtamē nō mea volūtas: sed tua fiat.
Apparuit aūt illi angelus de celo ꝯfortās
eū. Et factus in agonia plixius orabat. Et
factus est sudor eius. sicut gutte sanguinis
decurrētis in terrā. Et cū surrexisset ab orati=
one et venisset ad discipulos suos: inuenit e=
os dormiētes pre tristicia. Et ait illis. Quid
dormitis? Surgite orate: ne intretis ī tem=
ptationē. Adhuc eo loquēte: ecce turba. et
qui vocabatur iudas vnus de duodecim ā=
tecedebat eos: ⁊ appropinquauit ihesu. ut
oscularetur eū. Ihesus autē dixit illi. Iuda. o=
sculo filiū hominis tradis? Videntes autē
hij qui circa ipm̄ erant quod futurū erat: di=
xerūt ei. Domine: si pcutiamus in gladio?
Et pcussit vnus ex illis seruū principis sa=
cerdotū ⁊: amputauit auriculam eiꝰ dexterā.
Rn̄dens aūt ihesus ait. Sinite. Vsque huc.
Et cū tetigisset auriculam eius. sanauit eum.
Dixit autem ihesus ad eos qui venerāt ad
se principes sacerdotū ⁊ magistratus tem=
pli ⁊ seniores. Quasi ad latronē existis cū
gladijs ⁊ fustibꝰ. Cū quotidie vobiscū fue=
rim in templo: nō extendistis manus ī me.
Sed hec est hora vr̄a: ⁊ potestas tenebrarū.
Cōprehendētes autem eum. duxerunt ad
domū principis sacerdotū: petrus vero seq=
batur alonge. Accenso autē igne in medio
atrij. et circūsedentibꝰ illis: erat petrus ī me=
dio eorū. Quem cū vidisset ancilla quedā
sedentē ad lumē: ⁊ eum fuisset intuita dixit.
Et hic cū illo erat. At ille negauit eū dicēs.
Mulier: non noui illū. Et post pusillū alius
vidēs eum dixit. Et tu de illis es. Petrus
vero ait. O homo nō sum. Et interuallo fa=
cto q̄si hore vnius: alius quidā affirmabat
dicēs. Vere et hic cū illo erat: nā ⁊ galileus
est. Et ait petrus. Homo: nescio quid dicis.
Et ꝯtinuo adhuc illo loquēte cantauit gal=
lus. Et ꝯuersus dn̄s respexit petrū. Et recor=
datus ē petrus vbi domini sicut dixerat: q̄a
priusq̄ gallus cantet. ter me negabis. Et e=
gressus foras petrus fleuit amare. Et viri q̄
tenebāt illū: illudebāt ei cedētes. Et velaue=
rūt eum: ⁊ pcutiebant faciem eius: ⁊ inter=
rogauerūt eū dicētes. Prophetiza. Quis ē
qui te pcussit? Et alia multa blasphemātes
dicebant in eū. Et ut factus est dies. ꝯuene=
rūt seniores plebis ⁊ principes sacerdotū ⁊
scribe: ⁊ duxerūt illum in ꝯsiliū suū dicētes.
Si tu es cristus. dic nobis. Et ait illis. Si
vobis dixero nō credetis michi: si autē et
interrogauero nō rn̄debitis michi: neque di=
mittetis. Ex hoc aūt erit filius hoīs sedēs
a dextris vtutis dei. Dixerūt autem omnes.
Tu ergo es filius dei? Qui ait. Vos dicitis:
quia ego sū. At illi dixerūt. Quid adhuc de=
sideramus testimoniū? Ipsi eni audiuimus
de ore eiꝰ.

XXIII

Et surgēs oīs multitudo eorū duxerūt illū ad pilatū
Ceperūt autem accusaē illū dicētes. Hunc
inuenimus subuertentē gentē nostram: et
ꝓhibentē tributa dare cesari: et dicentē se
cristum regem esse. Pilatus aūt interroga=
uit eum dicēs. Tu es rex iudeorū? At ille r̄=
spondēs ait. Tu dicis. Ait aūt pilatus ad pn̄=
cipes saċdotū ⁊ turbas. Nichil inuenio cau=
se in hoc homīe. At illi inualescebāt dicētes.
Cōmouit populū docēs p vniuersā iudeā:
incipiēs a galilea usque huc. Pilatus autem
audiēs galileā: interrogauit si homo gali=
leus eēt. Et ut cognouit ꝙ de herodis pote=
state eēt. remisit eum ad herodē: qui et ipse
iherosolimis erat illis diebꝰ. Herodes autē
viso ihesu: gauisus ē valde. Erat enim cupi=
ens ex multo tp̄e vidē eū eo ꝙ audiret mul=
ta de eo: et sperabat signū aliqđ videre ab
eo fieri. Interrogabat aūt eum multis ser=
monibꝰ: at ipe nichil illi rn̄debat. Stabāt
aūt principes sacerdotū ⁊ scribe ꝯstanter ac=
cusantes eū. Spreuit aūt illū herodes cū ex=
ercitu suo: ⁊ illusit indutū veste alba: ⁊ remi=
sit ad pilatum. Et facti sūt amici herodes et
pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant

adinuicē. Pilatus aūt ꝯuocatis pͥncipibus
sacerdotū ⁊ magistratib9 et plebe: dixit ad
illos. Obtulistis michi hūc hominē· quasi
auertentē populū: ⁊ ecce ego coram vobis
interrogās· nullam causã inuenio in hoīe
isto: ex hijs in quib9 eū accusatis. Sed neq̃
herodes. Nā remisi vos ad illū: ⁊ ecce ni-
chil dignū morte actum est ei. Emendatū
ergo illū dimittā. Necesse aūt habebat di-
mittere eis ꝑ diem festū vnū. Exclamauit
aūt simul vniuersa turba dicēs. Tolle hūc:
et dimitte nobis barraban. Qui erat ꝓpter
sedicōem quandā factam in ciuitate et ho-
micidiū missus in carcerē. Iterū aūt pilatus
locutus est ad eos: volens dimittē ihesum.
At illi succlamabāt dicētes. Crucifige: cru-
cifige eū. Ille aūt tͨcio dixit ad illos. Quid
enim mali fecit iste? Nullam causã mortis
inuenio in eo. Corripiā ergo illū ⁊ dimittā.
At illi instabāt vocib9 magnis postulātes
ut crucifigeret᷑: et inualescebāt voces eoꝝ.
Et pilatus adiudicauit fieri peticōem eorū.
Dimisit aūt illis eū· q̄ ꝓpter homicidiū ⁊ se-
dicōem missus fuerāt in carcerē quē petebāt:
ihesū vero tradidit volūtati eoꝝ. Et cū du-
cerēt eū apprehenderūt symonem quendā
cyrenensem venientē de villa: ⁊ imposuerūt
illi crucem portare post ihesū. Sequebatur
autē illū multa turba populi et mulierū: q̄
plangebant ⁊ lamentabāt᷑ eū. Couersus
aūt ad illas ihesus dixit. Filie iherusalē no-
lite flere sup me: ſʒ sup vosipsas flete· et sup
filios vestros. Quoniā ecce venient dies in
quib9 dicēt. Beate steriles· et ventres qui
nō genuerūt: ⁊ vbera que non lactauerūt.
Tunc incipiēt dicere montib9 cadite super
nos: ⁊ collib9 operite nos. Quia si in viridi li-
gno hec faciūt: in arido quid fiet? Ducebāt᷑
aūt ⁊ alij duo nequā cū eo: ut interficerent᷑.
Et postq̄ venert in locū qui vocat᷑ caluarie·
ibi crucifixert eū: ⁊ latrones: vnū a dextris
et alterū a sinistris. Ihesus aūt dicebat. Pa-
ter dimitte illis. Nō enim sciūt quid faciūt.
Diuidentes vero vestimēta eius miserūt sor-
tes. Et stabat populus expectās: ⁊ deride-
bant eum principes cū eis dicētes. Alios
saluos fecit: se saluū faciat· si hic est cristus
dei electus. Illudebant autem ei ⁊ milites
accedentes: ⁊ acetū offerentes ei dicētes.
Si tu es rex iudeoꝝ saluū te fac. Erat aūt
et supscripcō scͥpta sup eū litteris grecis et
latinis ⁊ hebraicis: hic est rex iudeoꝝ. Vn9
aūt de hijs qui pendebāt latronib9 blasphe-
mabat eū dicēs. Si tu es cristus: saluū fac
teipm ⁊ nos. Rn̄dēs aūt alt᷑ increpabat eū
dicēs. Neq̃ tu times deū: qui in eadē dānati-
one es. Et nos quidē iuste: nā digna factis
recipimus. Hic vero nichil mali gessit. Et
dicebat ad ihesū. Dn̄e: memēto mei cū vene-
ris in regnū tuū. Et dixit illi ihesus. Amē di-
co tibi: hodie mecū eris in paradiso. Erat au-
tem fere hora sexta: ⁊ tenebre facte sunt in
vniuersam terrã usq̃ in horam nonam. Et
obscuratus est sol: et velum tēpli scissum est
mediū. Et clamans voce magna ihesus ait.
Pater: in manus tuas ꝯmēdo spiritū meū.
Et hec dicēs expirauit. Videns autē cēturio
quod factum fuerat: glorificauit deū dicēs.
Vere hic homo iustus erat. Et oīs turba
eoꝝ qui simul aderāt ad spectaculū istud·
et videbant que fiebant: ꝑcutiētes pectora
sua reuertebant᷑. Stabant aūt oēs noti
eius a lōge: ⁊ mulieres q̄ secuti eum erant a
galilea hec vidētes. Et ecce vir noīe ioseph
qui erat decurio· vir bonus ⁊ iustus: hic nō
ꝯsenserat ꝯsilio ⁊ actib9 eoꝝ· ab arimathia
ciuitate iudee: q̄ expectabat ⁊ ipe regnū dei.
Hic accessit ad pilatū ⁊ petijt corpus ihesu:
et depositū inuoluit syndone: ⁊ posuit eū in
monumēto exciso: in quo nondū quisq̃ po-
situs fuerat. Et dies erat parasceues: ⁊ sab-
batū illucescebat. Subsecute aūt mulieres
que cū eo venerāt de galilea viderūt monu-
mentū: ⁊ quemadmodū positū erat corpus
eius: ⁊ reuertētes parauerūt aromata ⁊ vn-
guēta: et sabbato quidē siluert scd̄m mādatū.

XXIIII

Una aūt sabbati valde
diluculo venerūt ad monumentū por-
tantes q̄ parauerāt aromata: ⁊ inuenerūt
lapidē reuolutū a monumēto: ⁊ ingresse nō
inuenerūt corpus domini ihesu. Et factū est
dū mēte cōsternate essent de isto: ecce duo
viri steterūt secus illas in veste fulgēti. Cū
timerent aūt ⁊ declinarent vultū in terrā: dixe-
rūt ad illas. Quid queritis viuentē cū mor-
tuis? Nō ē hic: ſʒ surrexit. Recordamini q̄liter

locutus est vobis: cū adhuc in galilea eēet
dicens. Quia oportet filiū hominis tradi in
manus hominū peccoꝝ: ⁊ crucifigi. et die tᷣ-
cia resurgere. Et recordate sūt verboꝝ eius:
et regresse a monumēto nunciauerūt hec oīa
illis vndecim: ⁊ ceteris oībꝫ. Erat autem
maria magdalene. et iohāna. ⁊ maria iaco-
bi. ⁊ cetere que cū eis erāt: que dicebāt ad
apostolos hec. Et visa sūt ante illos sicut de-
liramentū vᷓba ista: ⁊ non crediderūt illis.
Petrus autē surgēs cucurrit ad monumē-
tū: et ꝓcumbēs vidit lintheamīa sola posita:
et abijt secum mirās quod factū fuerat. Et
ecce duo ex illis ibant ipa die in castellum
quod erāt in spacio stadioꝝ sexaginta ab
iherusalem noīe emmaus: ⁊ ipi loquebāt
adinuicē de hijs oībꝫ que acciderant. Et
factum est dū fabularēt et secū quererēt:
et ipe ihs appropinquās ibat cū illis. Oculi
aūt illoꝝ tenebānᷣ ne eū agnoscerēt. Et a-
it ad illos. Qui sūt hij sermones quos cō-
fertis adinuicē ambulātes: ⁊ estis tristes?
Et rñdens vnus cui nomē cleophas: dixit
ei. Tu solus peregrinus es in iherusalē ⁊ nō
ↄgnouisti que facta sūt in illa hijs diebꝫ?
Quibꝫ ille dixit. Que? Et dixerūt. De ihesu
nazareno qui fuit vir ꝓpheta: potēs in ope
et ſmone. coram deo ⁊ oīmi populo. Et quō
eum tradiderūt sūmi sacerdotes ⁊ pncipes
nostri in dampnacōez mortis: ⁊ crucifixerūt
euz. Nos aūt sperabamus: qꝛ ipe esset redē-
pturus israhel. Et nūc sup hec omnia tercia
dies est hodie: qꝛ hec facta sūt. Sed ⁊ mu-
lieres quedam ex nostris terruerunt nos.
que ante lucem fuerūt ad monumentū: et
nō inuento corpore eius. venerūt dicentes
se etiam visionē angeloꝝ vidisse: qui dicūt
eum viuere. Et abierūt quidā ex nostris ad
monumentū: ⁊ ita inuenerūt sicut mulieres
dixerūt: ipm vero nō inuenerūt. Et ipe dixit
ad eos. O stulti ⁊ tardi corde ad credendū
in oībꝫ que locuti sūt ꝓphete. Nōne hec o-
portuit pati cristū: ⁊ ita intrare in gliaz suā?
Et incipiēs a moyse ⁊ oībꝫ ꝓphetis: inter-
ptabatᷣ illis i oībꝫ scᷣpturis q̄ de ipo erāt.
Et appropinquauerūt castello quo ibant:
et ipe se finxit longius ire. Et coegerūt illū
dicētes. Mane nobiscū qm̄ aduesperascit:

et inclinata est iam dies. Et intrauit cū illis.
Et factum est dū recumberet cū eis accepit
panē: ⁊ bn̄dixit ac fregit: ⁊ porrigebat illis.
Et apti sūt oculi eoꝝ: ⁊ cognouerūt euz: et
ipe euanuit ex oculis eoꝝ. Et dixerunt ad-
inuicem. Nōne cor nostrū ardēs erat in no-
bis. dum loqueretur in via: et aperiret nobis
scripturas? Et surgētes eadem hora regres-
si sūt in iherusalē: ⁊ inuenerunt ↄgregatos
vndecim. et eos qui cū illis erant dicentes
qꝛ surrexit dn̄s vere: ⁊ apparuit simoni. Et i-
psi narrabant que gesta erāt in via: ⁊ quō
cognouerūt eum in fractione panis. Dum
autem hec loquunᷣ: stetit ihesus in medio eo-
rum ⁊ dixit. Pax vobis. Ego sum: nolite ti-
mere. Conturbati vero ⁊ conterriti. existima-
bant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid
turbati estis: ⁊ cogitacōes ascendūt in cor-
da vestra? Videte manus meas ⁊ pedes: qꝛ
ego ipe sū. Palpate ⁊ videte: quia spiritus
carnem ⁊ ossa non habet: sicut me videtis
habere. Et cum hoc dixisset: ostēdit eis ma-
nus ⁊ pedes. Adhuc autem illis non credē-
tibꝫ ⁊ mirātibꝫ p̄ gaudio. dixit. Habetis hic
aliquid quod manducetᷣ? At illi obtulerūt
ei partem piscis assi: ⁊ fauū mellis. Et cum
manducasset coram eis: sumēs reliquias de-
dit eis. Et dixit ad eos. Hec sūt verba que
locutus sū ad vos cū adhuc essem vobiscū:
quoniā necesse est impleri omnia q̄ scripta
sūt in lege moysi ⁊ ꝓphetis ⁊ psalmis de me.
Tunc aperuit illis sensū. ut intelligerēt scri-
pturas: ⁊ dixit eis. Quoniam sic scriptū est.
et sic oportebat cristū pati ⁊ resurgere a mor-
tuis tercia die: et p̄dicare in nomine eius pe-
nitentiā ⁊ remissionē peccatoꝝ in oīnes gē-
tes: incipiētibꝫ ab iherosolima. Vos autem
testes estis horum. Et ego mittā promissuz
patris mei in vos: vos autem sedete in ciui-
tate. quoadusqꝫ induamini virtute ex alto.
Eduxit autem eos foras in bethaniam: et
eleuatis manibus suis benedixit eis. Et fa-
ctum est dum benediceret illis recessit ab
eis: et ferebatᷣ in celū. Et ipi adorātes regres-
si sūt in iḣrlm cū gaudio magno: ⁊ erant sp
in tēplo laudātes ⁊ benedicētes deū amen.
Explicit euangelium secundum Lucam.

Incipit plogus in euangeliū scd̄m Johēm.

Hic est iohannes euāgelista vnus ex discipulis domini: qui virgo a deo electus est: quē de nuptijs volentez nubere vocauit deus. Cui vginitatis in hoc duplex testimoniū dat᷑ in euangelio: ꝙ ⁊ p̄ ceteris dilectus a deo dicitur: et huic matrez suā de cruce ꝯmendauit dominus. ut vginem virgo seruaret. Deniq3 manifestās in euāgelio ꝙ erat ip̄e incorruptibilis vbi opus inchoās. solus vbuz carnem factū esse. nec lumē a tenebris ꝯprehēsū fuisse testat᷑: primū signū ponēs quod in nuptijs fecit dominus ostendēs ꝙ ip̄e eāt: vt legētib; demonstraret ꝙ vbi dn̄s inuitatus sit deficere nuptiaꝝ vinū debeat: ⁊ veteribꝫ immutatis. noua oīa que a cristo instituūt᷑ appareāt. Hoc autez euangeliū scripsit in asia. posteaq̄ in pathmos insula apocalipsim scripserat: ut cui in p̄ncipio canonis incorruptibile principiū p̄notat᷑ in genesi: ei etiam incorruptibilis finis p vgine in apocalipsi redderet᷑ dicēte cristo ego sum alpha ⁊ o. Et hic est iohannes: qui sciens superuenisse diē recessus sui. ꝯuocatis discipulis suis in epheso. p multa signoꝝ experimēta p̄mens cristuz descendēs in defossū sepulture sue locū facta oracōne. positus est ad p̄res suos: tam extraneus a dolore mortis q̄ a corrupcōe carnis inuenitur alienus. Tamē post oēs euangeliū scripsit: et hoc vgini debebat᷑. Quoꝝ tamē vel scriptoꝝ tp̄is disposicō. vel libroꝝ ordinatio ideo a nobis per singula nō exponit᷑: vt sciendi desiderio collato ⁊ querētibꝫ fructus laboris: et deo magisterij doctrina seruet᷑.

Expl᷑ plogus. Incip᷑ euāgeliū s̄m iohēm

In principio eāt vbū: et vbū eāt apud deū: et deus erat vbū. Hoc erat in p̄ncipio apud deū. Omnia per ipsum facta sunt: ⁊ sine ip̄o factuz ē nichil. Quod factum est in ip̄o vita erat: ⁊ vita erat lux hominū: ⁊ lux in tenebris lucet. et tenebre eam nō ꝯprehenderūt. Fuit homo missus a deo: cui nomē erat iohannes. Hic venit in testimoniū ut testimoniū p̄hiberet de lumine: ut oēs crederēt p illū. Nō erat ille lux: sed ut testimoniū p̄hiberet de lumine. Erat lux vera: que illuminat oēz hominē venientē in hūc mundū. In mūdo erat: ⁊ mūdus p ip̄m factus est: ⁊ mūdus euz nō cognouit. In p̄pria venit: ⁊ sui eum nō receperūt. Quotquot autem receperūt eū. dedit eis p̄tātem filios dei fieri: hijs qui credūt in nomie eiꝰ. Qui nō ex sanguinibꝫ neq3 ex volūtate carnis. neq3 ex volūtate viri: s3 ex deo nati sunt. Et vbum caro factū ē: ⁊ habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius. gloriā quasi vnigeniti a patre: plenū gratie et veritatis. Johānes testimoniū p̄hibet de ip̄o: ⁊ clamat dicēs. Hic erat quē dixi: qui post me ventuꝰ est. ante me factus est: ꝗ prior me erat. Et de plenitudine eius nos oēs accepimus et grām p gratia: ꝗ lex p moysen data est: gratia et veritas p ihesū cristū facta ē. Deū nemo vidit vnquā. Vnigenitus filius qui est in sinu patris: ip̄e enarrauit. Et hoc est testimoniū iohānis: quādo miserūt iudei ab iherosolimis sacerdotes ⁊ leuitas ad eū ut interrogarēt eum. Tu quis es? Et cōfessus est: ⁊ nō negauit. Et cōfessus est: ꝗ nō sum ego cristus. Et interrogauerūt eum. Quid ergo? Helias es tu? Et dixit. Nō sum. Propheta es tu? Et rn̄dit. Nō. Dixerūt ergo ei. Quis es ut responsū demus hijs qui miserūt nos? Quid dicis de teip̄o? Ait. Ego vox clamātis in deserto dirigite viam domini: sicut dixit ysaias p̄pheta. Et qui missi fuerāt erāt ex phariseis. Et interrogauerūt eū: ⁊ dixerūt ei. Quid ergo baptizas si tu nō es cristꝰ: neq3 helias neq3 p̄pheta? Rn̄dit eis iohānes dicens. Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. Ip̄e est qui post me venturus ē qui ante me factꝰ est: cuius ego nō sum dignus ut soluam eiꝰ corrigiaz calciamēti. Hec in bethania facta sūt trans iordanen: vbi eāt iohānes baptizans. Altera die vidit iohānes ihesuz venientem ad se: ⁊ ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mūdi. Hic ē de quo dixi. Post me venit vir qui ante me factus ē ꝗ prior me eāt: ⁊ ego nesciebā eū. Sz ut manifestet᷑

in israhel: ꝓpterea veni ego in aq̄ baptizans.
Et testimoniū phibuit iohes dicens. Quia
vidi spiritū descendentē quasi columbam
de celo: ⁊ mansit sup eū. Et ego nesciebā eū:
sed qui misit me baptizare in aq̄: ille michi
dixit. Sup quē videris spm̄ descendentē.
et manentē sup eum: hic est qui baptizat in
spū sancto. Et ego vidi: ⁊ testimoniū perhi-
bui: qꝛ hic est filius dei. Altera die iterū sta-
bat iohānes: ⁊ ex discipulis eius duo. Et
respiciēs ihm ambulantē dixit. Ecce agn9
dei. Et audiert eū duo discipuli loquentē:
et secuti sūt ihesū. Conuersus autē ihesus et
videns eos sequētes se: dicit eis. Quid q̄ri-
tis? Qui dixerūt ei. Rabbi quod dicit interp-
pretatū mg̃r: vbi habitas? Dicit eis. Veni-
te et videte. Venerūt et viderūt vbi manēt:
et apud eū manserūt die illo. Hora aūt eāt
q̄i decima. Erat aūt andreas frater simōis
petri. vnus ex duob9 qui audierat a iohā-
ne: ⁊ secuti fuerāt eum. Inuenit hic primū
fratrem suū simonē: ⁊ dicit ei. Inuenimus
messiaz: quod est interpretatū cristus. Et
adduxit eū ad ihesū. Intuitus aūt eū ihus
dixit. Tu es simon filius iohāna: tu vocabe-
ris cephas: quod interptat᷑ petrus. In cra-
stinū voluit exire in galileā: ⁊ inuenit phi-
lippū. Et dicit ei ihesus. Sequere me. Erat
aūt philippus a bethsaida ciuitate andree
et petri. Inuenit philippus nathanael: ⁊ di-
cit ei. Quez scripsit moyses in lege ⁊ ꝓphe:
inuenimus ihesum filiuz ioseph a nazareth.
Et dixit ei nathanahel. A nazareth potest
aliquid boni esse. Dicit ei philippus. Veni ⁊
vide. Vidit ihesus nathanahel venientē ad
se: et dicit de eo. Ecce vere israhelita: in quo
dolus nō est. Dicit ei nathanahel. Vnde me
nosti? Rn̄dit ihus: ⁊ dixit ei. Priusq̄ȝ te phi-
lippus vocaret cuz esses sub ficu vidi te. Rn̄-
dit ei nathanahel et ait. Rabbi: tu es filius
dei: tu es rex israhel. Rn̄dit ihesus: ⁊ dixit ei.
Quia dixi tibi vidi te sub ficu credis: mai9
hijs videbis. Et dicit ei. Amē amē dico vo-
bis: videbitis celū apertū: et angelos dei ascē-
dētes ⁊ descēdētes supra filiū hoīs **II**

ET tercia die nuptie facte sunt in cha-
na galilee: ⁊ erat mater ihesu ibi. Vo-
catus est autez ⁊ ihesus et discipuli eius ad
nuptias. Et deficiēte vino: dicit mater ihesu
ad eū. Vinū nō habēt. Et dicit ei ihus. Quid
michi ⁊ tibi ē mulier? Nōdū venit hora mea.
Dicit mater eius ministris. Quodcūȝ dixerit
vobis facite. Erant autez ibi lapidee ydrie
sex posite scd̄m purificacōem iudeoꝝ: capi-
ētes singule metretas binas vel ternas. Di-
cit eis ihesus. Implete ydrias aqua. Et im-
pleuert eas vsq̄ȝ ad summū. Et dicit eis ihe-
sus. Haurite nūc: ⁊ ferte architriclino. Et tu-
lerūt. Vt aūt gustauit architriclinus aquā
vinū factā: ⁊ nō sciebat vnde esset: ministri
autem sciebant qui hauserāt aquā: vocat
sponsū architriclinus ⁊ dicit ei. Omīs homo
primū bonū vinū ponit: ⁊ cū inebriati fuerit
tūc id quod deterius ē. Tu autem seruasti
bonū vinū usq̄ȝ adhuc. Hoc fecit inicium si-
gnoꝝ ihesus in chana galilee: et manifesta-
uit gloriam suā: ⁊ crediderūt in eū discipli
eius. Post hoc descendit capharnaū ipe et
mater eius. et frēs eius. ⁊ discipli eius: et ibi
manserūt nō multis dieb9. Et ꝓpe erat pa-
scha iudeoꝝ: ⁊ ascēdit ihesus iherosolimaz:
et inuenit in tēplo vendētes oues et boues
et columbas. et nūmularios sedētes. Et cū
fecisset quasi flagellū de funiculis oīes eie-
cit de tēplo: oues q̄ȝ et boues. et nūmulario-
rū effudit es: ⁊ mēsas subuertit. Et hijs qui
columbas vendebāt dixit. Auferte ista hic:
et nolite facere domuz patris mei domū ne-
gotiacōnis. Recordati sūt vero discipuli ei9.
qꝛ scriptū est: zelus domus tue comedit me.
Responderūt ergo iudei ⁊ dixerūt ei. Quod
signū ostendis nobis qꝛ hec facis? Rn̄dit
ihesus: ⁊ dixit eis. Soluite templū hoc: ⁊ in
trib9 dieb9 excitabo illud. Dixerunt ergo iu-
dei. Quadraginta ⁊ sex ānis edificatū est tē-
plū hoc. ⁊ tu in trib9 dieb9 excitabis illud?
Ille aūt dicebat de templo corporis sui. Cū
ergo resurrexisset a mortuis. recordati sunt
discipuli eius quia hoc dicebat: ⁊ crediderūt
scripture: ⁊ ſmoni quē dixit ihesus. Cū aūt
esset iherosolimis in pascha in die festo: mł-
ti crediderūt in nomine eius vidētes signa
eius que faciebat. Ipse aūt ihesus nō crede-
bat semetipm eis. eo qꝛ ipse nosset oēs: ⁊
qꝛ opus ei nō eāt. ut q̄s testimoniū phibēt
de hoīe. Ipse eni sciebat quid eēt in homine.

III

Erat aūt hō ex phariseis · ny=
codemus noīe: pͥnceps iudeoꝝ. Hic
veīt ad ihm nocte: ⁊ dixit ei. Rabbi: scimus
ꝙ a deo venisti mḡr. Nemo enī potest hec
signa facere q̃ tu facis: nisi fuerit deus cum
eo. Rn̄dit ihesus: ⁊ dixit ei. Amen amē dico
tibi: nisi quis renatus fueit denuo: nō potest
videre regnū dei. Dicit ad eū nycodemus.
Quō potest homo nasci cū sit senex? Nūqͩd
potest in ventrem matris sue iterato introiē
et renasci? Rn̄dit ihesus. Amen amē dico ti=
bi: nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu
sancto: nō potest introire in regnū dei. Qd
natum est ex carne caro est: ⁊ quod natū
est ex spū spūs est. Nō mireris ꝙ dixi tibi:
oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult
spirat: et vocem eius audis: ſꝫ nescis vnde
veniat aut quo vadat. Sic est omnis qui
natus ē ex spū. Rn̄dit nycodemus: ⁊ dixit ei.
Quomodo possunt hec fieri? Rn̄dit ihesus: ⁊
dixit ei. Tu es magister ī israhel ⁊ hec igno=
ras? Amē amē dico tibi: ꝙ quod scimus lo=
quimur · ⁊ quod vidimus testamur: ⁊ testi=
moniū nostrū nō accipitis. Si terrena dixi
vobis ⁊ non creditis: quō si dixero vobis
celestia credetis? Et nemo ascēdit in celū
nisi qui descendit de celo: filius hominis qui
est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpē=
tem in deserto · ita exaltari oportet filiū ho=
minis: ut omīs qui credit in ipo nō pereat:
sed habeat vitam eternā. Sic enim deus
dilexit mundū ut filiū suū vnigenitū daret:
vt omnis qui credit in eum nō pereat: sed
habeat vitam eternā. Nō enī misit de⁹ filiū
suū in mundū ut iudicet mundū: ſꝫ ut salue=
tur mundus ꝑ ipm. Qui credit in eū nō iu=
dicat᷑. Qui autem nō credit iam iudicatus
est: ꝙ nō credit in nomine vnigeniti filij dei
Hoc est autem iudiciū: ꝙ lux venit in mun=
dū: ⁊ dilexerūt homines magis tenebras q̃
lucem. Erāt enim eoꝝ mala opera. Oīs enī
qui male agit odit lucem: ⁊ nō venit ad lu=
cem: ut nō arguant᷑ opera eius. Qui autē
facit veritatē venit ad lucem ut manifestē=
tur opera eius: ꝙ in deo sūt facta. Post hec
venit ihesus ⁊ discipuli eius in iudeā terrā:
et illic morabat᷑ cū eis ⁊ baptizabat. Erat
aūt ⁊ iohānes baptizās in enon iuxͣ salim:
quia aque multe erant illic · et veniebāt ⁊ ba=
ptizabāt᷑. Nondū enim missus fuerat iohā=
nes in carcerē. Facta est aūt questio ex di=
scipulis iohānis cū iudeis de purificacōe. Et
venerūt ad iohannē: ⁊ dixert ei. Rabbi: qui
erat tecum trās iordanen · cui tu testimoniū
ꝑhibuisti: ecce hic baptizat: ⁊ oīes veniūt
ad eum. Rn̄dit iohānes ⁊ dixit. Nō potest
homo accipere quicq̃: nisi fuerit ei datū de
celo. Ipsi vos michi testimoniū ꝑhibetis ꝙ
dixerim · nō sum ego cristus: ſꝫ ꝙ missus sū
ante illū. Qui habet sponsam sponsus ē: ami=
cus aūt sponsi qui stat ⁊ audit eū · gaudio
gaudet ꝓpter vocē sponsi. Hoc ergo gau=
dium meum impletū est. Illum oportet cre=
scere: me aūt minui. Qui desursū venit super
oīes est. Qui est de terra de terra ē ⁊ de ter=
ra loquit᷑: qui de celo venit sup oīes est. Et
qđ vidit ⁊ audiuit hoc testat᷑: ⁊ testimoniū
eius nemo accipit. Qui autē acceperit ei⁹
testimoniū signauit: ꝙ deus verax ē. Quem
enim misit deus · verba dei loquit᷑. Non enī
ad mensurā dat deus spiritū. Pater diligit
filium: ⁊ omnia dedit in manū eius. Qui cre=
dit in filium habet vitam eternā: qui autem
incredulus ē filio · nō videbit vitā: sed ira dei
manet super eum.

IIII

Ut ergo cognouit ihesus ꝙ audiert pharisei
ꝙ ihesus plures discipulos facit ⁊ baptizat
q̃ iohānes: quanq̃ ihus nō baptizaret sed
discipuli eius: reliquit iudeā ⁊ abijt iterum
in galileam. Oportebat aūt eum transire ꝑ
samariā. Venit ergo in ciuitatē samaīe que
dicit᷑ sychar: iuxͣ prediū qđ dedit iacob io=
seph filio suo. Erat aūt ibi fons iacob. Ihus
autem fatigatus ex itinere · sedebat sic sup
fontē. Hora autem erat quasi sexta. Venit
mulier de samaria haurire aquā. Dicit ei ihe=
sus. Da michi bibere. Discipuli enim eius a=
bierant in ciuitatē ut cibos emerēt. Dicit er=
go ei mulier illa samaritana. Quō tu iudeus
cū sis bibere a me poscis: q̄ sum mulier sama=
ritana? Nō enim coutunt᷑ iudei samaritanis.
Rn̄dit ihesus ⁊ dixit ei. Si scires donū dei · et
quis ē qui dicit tibi da m̄ bibere: tu forsitā
petisses ab eo: ⁊ dedisset tibi aquā viuā. Dic
ei mulier · Domine: neqꝫ in quo haurias ha=
bes: ⁊ puteus altus est. Unde ergo habes

aquam viuā? Nūquid tu maior es prē no-
stro iacob qui dedit nobis puteū: ⁊ ipē ex
eo bibit· et filij eius· et pecora eius? Respon-
dit ihesus: ⁊ dixit ei. Omīs qui bibit ex aq̈
hac sitiet iterum. Qui autem biberit ex aq̈
quā ego dabo ei· nō sitiet ineternū: ſʒ aqua
quā ego dabo ei· fiet in eo fons aque saliē-
tis in vitā eternā. Dicit ad eū mulier. Dñe
da michi hanc aquā: ut non sitiā neqʒ veni-
am huc haurire. Dicit ei ihesus. Vade voca
virum tuū: ⁊ veni huc. Rñdit mulier ⁊ dixit.
Nō habeo viruʒ. Dicit ei ihesus. Bene dixi-
sti: ꝗꝛ nō habeo virum. Quīqʒ enim viros
habuisti: ⁊ nūc quē habes nō est tuus vir.
Hoc vere dixisti. Dicit ei mulier. Domine:
video ꝗꝛ ꝓpheta es tu. Patres nostri in mō-
te hoc adorauerūt: ⁊ vos dicitis ꝗꝛ ihero so-
limis est locus vbi adorāē oportet. Dicit ei
ihesus. Mulier crede michi: ꝗꝛ veniet hora
quādo neqʒ in monte hoc· neqʒ in ihero soli-
mis adorabitis patrē. Vos adoratis quod
nescitis: nos adoramus q̄d scimus: ꝗꝛ salꝰ
ex iudeis ē. Sed venit hora ⁊ nūc ē: quādo
veri adoratores adorabūt prēm in spiritu
et veritate. Nam ⁊ pater tales querit: qui
adorēt eum. Spūs est deus: ⁊ eos qui ado-
rant eum in spū ⁊ veritate oportet adorare.
Dicit ei mulier. Scio ꝗꝛ messias venit: qui
dicitur cristus. Cū ergo venerit: ille nobis
annūciabit omnia. Dicit ei ihesus. Ego suʒ:
qui loquor tecuʒ. Et ꝯtinuo venerūt discipu-
li eius: ⁊ mirabāt̄ ꝗꝛ cū muliere loquebat̄.
Nemo tam̄ dixit: quid queris aut quid lo-
queris cum ea. Reliquit ergo ydriam suaʒ
mulier: ⁊ abijt in ciuitatē: ⁊ dicit illis homi-
nibꝯ. Venite et videte hoīeʒ qui dixit michi
oīa quecūqʒ feci. Nūquid ipse est cristus?
Exierūt de ciuitate: ⁊ veniebāt ad eū. Inter-
ea rogabāt eum discipuli dicētes. Rabbi
manduca. Ille aūt dixit eis. Ego cibum ha-
beo manducaē quē vos nescitis. Dicebant
ergo discipuli ad inuicē. Nūquid aliquis
attulit ei manducaē? Dicit eis ihesus. Meus
cibus est· ut faciam voluntatē eius qui mi-
sit me: ut pficiam opus eiꝰ. Nōne vos dici-
tis ꝙ adhuc q̈tuor mēses sūt ⁊ messis venit?
Ecce dico vobis: leuate oculos vr̄os et vi-
dete regiones: ꝗꝛ albe sunt iam ad messem.

Et qui metit mercedē accipit ⁊ congregat
fructum in vitam eternā: ut ⁊ qui seminat si-
mul gaudiat ⁊ qui metit. In hoc enim ē ver-
bum verū: ꝗꝛ alius est qui seminat: ⁊ alius ē
qui metit. Ego misi vos metere: quod vos
non laborastis. Alij laborauerūt: et vos in
labores eoꝝ introistis. Ex ciuitate aūt illa
multi crediderūt in eū samaritanoꝝ ꝓpter
verbum mulieris testimonium perhibentis:
ꝗꝛ dixit michi omnia quecūqʒ feci. Cū venis-
sent ergo ad illū samaritani· rogauerūt eū
vt ibi maneret. Et mās͞it ibi duos dies. Et
multo plures crediderūt ꝓpter sermonem
eiꝰ. Et mulieri dicebāt: ꝗꝛ nō ꝓpter tuaʒ lo-
quelam credimus. Ipsi enim audiuimus et
scimus: ꝗꝛ hic ē vere saluator mūdi. Post
duos aūt dies exijt inde: ⁊ abijt in galileaʒ.
Ipse enim ihesus testimoniū phibuit: quia
ꝓpheta in sua patria honorem nō habet. Cū
ergo venisset in galileā exceperūt eū galilei:
cum omnia vidissent q̄ fecerat ihero solimis
in die festo. Et ipsi enim venerāt ad dieʒ fe-
stū. Venit ergo iterū in chana galilee: vbi
fecit aquam vinū. Et erat quidam regulus
cuius filius infirmabat̄ capharnaū. Hic cū
audissʒ ꝗꝛ ihūs aduenirет a iudea in galileā
abijt ad eum: ⁊ rogabat eum: ut descendēt
et sanaret filiuʒ eius. Incipiebat enim mori.
Dixit ergo ihs ad euʒ. Nisi signa ⁊ ꝓdigia
videritis nō creditis. Dicit ad euʒ regulus.
Dñe: descende priusq̄ⁿ moriatur filius meus.
Dicit ei ihūs. Vade: filius tuus viuit. Credi-
dit homo s̄moni quē dixit ei ihesus: ⁊ ibat.
Iam aūt eo descendēte serui occurrerūt ei: et
nūciauerunt dicētes: ꝗꝛ filius eius viueret.
Interrogabat ergo horā ab eis in q̈ melius
habueit. Et dixerūt ei: ꝗꝛ heri hora septima
reliquit eum febris. Cognouit ergo pater
ꝗꝛ illa hora erat in q̈ dixit ei ihesus filius tuus
viuit: ⁊ credidit ipē: ⁊ domus eiꝰ tota. Hoc
iterū secundū signū fecit ihesus: cū venissʒ a
iudea in galileā.

Post hec erat dies festus iudeoꝝ: ⁊ ascendit ihesus
ihero solimā. Est aūt iherosolimis ꝓbatica pi-
scina q̄ cognominatur hebraice bethsaida:
quinqʒ porticus hñs. In hijs iacebat multi-
tudo magna languentiū cecoꝝ claudoꝝ
aridoꝝ: expectantiū aque motū. Angelus

autē domini descendebat scđm tempus in piscinam: et mouebat̄ aq̄. Et qui primus descendisset in piscinā post motōem aque: sanus fiebat a quacūq; detinebat̄ infirmitate. Erat aūt quidam homo ibi triginta et octo annos habēs in infirmitate sua. Hūc cū vidisset ihesus iacentē: et cognouisset quia iam multū tēpus haberet dicit ei. Vis sanus fieri? Rn̄dit ei languidus. Domine: hoīem nō habeo ut cū turbata fuerit aq̄ mittat me in piscinam. Dū venio enim ego: alius ante me descendit. Dicit ei ihs. Surge: tolle grabatum tuū et ambula. Et statim sanus fc̄us est homo ille: et sustulit grabatū suū et ambulabat. Erat aūt sabbatū in die illo. Dicebāt ergo iudei illi qui sanatus fuerat. Sabbatum ē: nō licet tibi tollere grabatū tuum. Rn̄dit eis. Qui me sanū fecit ille michi dixit: tolle grabatū tuū et ambula. Interrogauerūt ergo eū. Quis est ille homo: q̄ dixit tibi tolle grabatum tuū et ambula? Is autē qui sanus fuerat effectus nesciebat q̄s esset. Ihesus enim declinauit a turba cōstituta in loco. Postea inuenit eū ihus in templo: et dixit illi. Ecce sanus fc̄us es: iā noli peccare: ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo: et nunciauit iudeis q̄ ihesus esset: qui fecit eum sanū. Propterea persequebant̄ iudei ihm: q̄ hec faciebat in sabbato. Ihesus aūt rn̄dit eis. Pater meus usq; modo operatur: et ego operor. Propterea ergo magis querebant eū iudei interficere: q̄ nō solū soluebat sabbatū: sed et patrem suū dicebat deum equalē se faciēs deo. Rn̄dit itaq; ihs: et dixit eis. Amen amē dico vobis: nō potest filius a se facere quicq̄: nisi q̄d viderit prēm facientē. Quecūq; enim ille fecerit: hec et filius silr̄ facit. Pater eni diligit filiū. et oīa demōstrat ei. que ipe facit: et maiora hijs demonstrabit ei opera: vt vos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos et viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Neq; enim pater iudicat quenq̄: sed omē iudiciū dedit filio: vt omēs honorificent filiū. sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filiū: non honorificat patrē qui misit illum. Amen amē dico vobis: q̄ qui verbū meū audit et credit ei qui misit me: habet vitā eternā.

Et in iudiciū non venit: sed transiet a morte in vitā. Amē amē dico vobis: q̄ venit hora et nūc est quādo mortui audiēt vocem filij dei: et qui audierint viuēt. Sicut enim pat̄ habet vitam in semetipo: sic dedit et filio habere vitam in semetipso. Et potestatē dedit ei et iudiciū facere: q̄ filius hominis ē. Nolite mirari hoc: q̄ venit hora in qua omēs qui in monumētis sūt audiēt vocē filij dei: et procedēt qui bona fecerūt in resurrectōem vite: qui vero male egerūt in resurrectōem iudicij. Nō possū ego a meipo facere quicq̄. Sicut audio iudico: et iudiciū meū iustū ē: q̄ nō quero voluntatē meā. sed voluntatē eius qui misit me. Si ego testimoniū phibeo de me: testimoniū meū non est verū. Alius est qui testimoniū phibet de me: et scio q̄ verū est testimoniū eius q̄d phibet de me. Vos misistis ad iohannē: et testimoniū phibuit veritati. Ego aūt non ab homīe testimoniū accipio: sed hec dico: vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardēs et lucēs. Vos aūt voluistis ad horā exultare in luce eius. Ego autem habeo testimoniū maius iohāne. Opa enim que dedit michi pater ut pficiā ea: ipa opera q̄ ego facio testimoniū phibēt de me: q̄ pater misit me. Et qui misit me pater ipe testimoniū phibuit de me. Neq; vocē eius vnq̄ audistis: neq; speciē eius vidistis. Et verbū eius nō habetis ī vobis manēs: quia quē misit ille huic vos nō creditis. Scrutamini scripturas: q̄ vos putatis in ipis vitā eternā habere. Et ille sūt q̄ testimoniū phibēt de me: et non vultis venire ad me ut vitā habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio: sed cognoui vos: q̄ dilectionē dei nō habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei: et non accepistis me. Si alius venerit in nomine suo: illū accipietis. Quō vos potestis credere q̄ gloriā ab inuicē accipitis: et gloriā q̄ a solo deo est non q̄ritis? Nolite putare q̄ ego accusaturus sim vos apud prēm. Est q̄ accusat vos: moyses ī quo vos speratis. Si enim crederitis moysi: crederetis forsitan et michi. De me eni ille scripsit. Si aūt illius litteris nō creditis: quō meis vbis creditis?

VI

Post hec abijt ihesus trans mare galilee: q̄d est tyberiadis. Et sequebatur

eum multitudo magna: qꝛ videbant signa
que faciebat sup hijs q̄ infirmabāt. Subijt
ergo in montē ihesus: ꝛ ibi sedebat cū disci-
pulis suis. Erat aūt ꝓximū pascha: dies fe-
stus iudeoꝝ. Cū subleuasset ergo oculos
ihesus. et vidissꝫ qꝛ multitudo maxima venit
ad eū: dicit ad philippū. Unde ememus pa-
nes ut manducēt hij? Hoc aūt dicebat tē-
ptans eum. Ipe enim sciebat quid esset fa-
cturus. Rn̄dit ei philippus. Ducētoꝝ dena-
rioꝝ panes nō sufficiūt eis: vt vnusquisqꝫ
modicuꝫ quid accipiat. Dicit ei vnus ex di-
scipulis eius andreas frater simonis petri.
Est puer vnus hic: qui habet quīqꝫ panes
ordeaceos ꝛ duos pisces. Sed hec q̄d sūt
inter tātos? Dicit ergo ihesus. Facite hoīes
discumbere. Erat autē fenū multū in loco.
Discubuerūt ergo viri numero quasi quīqꝫ
milia. Accepit ergo ih̄us panes: ꝛ cū grās
egissꝫ distribuit discumbētibꝰ. Similiter et
ex piscibꝰ quantū volebāt. Ut autē impleti
sūt: dixit discipulis suis. Colligite q̄ supera-
uerūt fragmēta ne pereāt. Collegerūt er-
go: ꝛ impleuerūt duodecim cophinos fra-
gmentoꝝ ex quīqꝫ panibꝰ ordeaceis ꝛ duo-
bus piscibꝰ: que supfuerūt hijs qui mādu-
cauerāt. Illi ergo homines cū vidissent q̄d
fecerat signū dicebāt. Quia hic ē vere ꝓphe-
ta: qui venturus est in mundū. Ihesus ergo
cū cognouissꝫ qꝛ venturi essent ut raperēt eū
et facerent eum regē: fugit iterū in mōtem
ipe solus. Ut aūt sero factū est: descenderūt
discipuli eius ad mare. Et cū ascendissent
nauim: venerūt trans mare in capharnauꝫ.
Et tenebre iam facte erāt: ꝛ nō venerat ad
eos ihesus. Mare aut vento magno flante
exsurgebat. Cū remigassēt ergo quasi sta-
dia viginti quīqꝫ aut triginta: videt ihesum
ambulantē supra mare. et ꝓximū naui fieri:
et timuerūt. Ille autem dicit eis. Ego sum:
nolite timere. Voluerūt ergo accipere eum
in nauim: ꝛ statim nauis fuit ad terrā quā
ibāt. Altera die turba q̄ stabat trās mare.
vidit qꝛ nauicula alia nō erat ibi nisi vna:
et qꝛ nō introissꝫ cū discipulis suis ihesus in
nauim: sꝫ soli discipuli eius abissent. Alie ve-
ro supuenerūt naues a tyberiade iuxᵃ locuꝫ
vbi manducauerāt panē: grās agētes deo.

Cū ergo vidissꝫ turba qꝛ ihesus nō esset ibi
neqꝫ discipuli eius ascenderūt in nauiclas:
et venerūt capharnaū querētes ih̄m. Et cū
inuenissent eū trās mare: dixerūt ei. Rabbi.
quādo huc venisti? Rn̄dit eis ihesus: ꝛ dixit.
Amen amē dico vobis: queritis me nō qꝛ
vidistis signa. sꝫ qꝛ māducastis ex panibꝰ:
et saturati estis. Operamini nō cibū qui perit:
sed qui ꝑmanet in vitam eternā: quē filius
hominis dabit vobis. Hūc enim pater sig-
nauit deꝰ. Dixerūt ergo ad eū. Quid faciemꝰ:
vt operemur opera dei? Rn̄dit ihesus: et di-
xit eis. Hoc est opus dei: ut credatis in euꝫ
quē misit ille. Dixerūt ergo ei. Quod ergo
tu facis signū: ut videamus ꝛ credamus ti-
bi? Quid operaris? Patres nostri mandu-
cauerūt māna in deserto: sicut scriptū est. Pa-
neꝫ de celo dedit eis māducare. Dixit ergo
eis ih̄s. Amen amē dico vobis: nō moyses
dedit vobis panē de celo: sꝫ pater meus dat
vobis panem de celo verum. Panis enim
dei est qui de celo descendit: ꝛ dat vitaꝫ mū-
do. Dixerūt ergo ad eū. Domine semp da no-
bis paneꝫ hūc. Dixit aūt eis ihesus. Ego sū
panis vite. Qui venit ad me nō esuriet: et q̄
credit in me nō sitiet vnq̄. Sed dixi vobis:
qꝛ et vidistis me: ꝛ nō credidistis. Omē q̄d
dat michi pater ad me veniet: ꝛ eum qui ve-
nit ad me nō eiciam foras: qꝛ descendi de ce-
lo nō ut faciam volūtatem meā sꝫ volūtatē
eius qui misit me. Hec est enim volūtas eiꝰ
qui misit me patris: ut omē quod dedit mi-
chi nō perdam ex eo: sꝫ resuscitē illud in no-
uissimo die. Hec est enim volūtas p̄ris mei
qui misit me: ut omis qui videt filiū ꝛ credit
in eū habeat vitaꝫ eternā: ꝛ ego resuscitabo
euꝫ in nouissimo die. Murmurabant ergo
iudei de illo. qꝛ dixissꝫ ego suꝫ panis viuus:
qui de celo descendi. Et dicebāt. Nōne hic
est filius ioseph cuius nos nouimus p̄rem
et m̄reꝫ? Quō ergo dicit hic. qꝛ de celo descē-
di? Rn̄dit ergo ih̄s: ꝛ dixit eis. Nolite mur-
murare in inuicē. Nemo potest venire ad me:
nisi pater qui misit me traxerit eū: ꝛ ego re-
suscitabo euꝫ in nouissimo die. Est scriptū in
ꝓphetis. Erunt omes docibiles dei. Omnis
qui audiuit a p̄re ꝛ didicit venit ad me. Nō
qꝛ patrē vidit quisq̄: nisi is qui ē a deo: hic

vidit patrē. Amē amē dico vobis: q̄ credit
in me habet vitam eternā. Ego sū panis vi-
te. Patres vestri manducauerūt manna in
deserto: ⁊ mortui sūt. Hic est panis de celo
descendēs: ut si quis ex ipo manducauerit
nō moriat̄. Ego sū panis viuus: qui de celo
descēdi. Si quis manducauerit ex hoc pa-
ne viuet ineternū. Et panis quē ego dabo
caro mea ē: ꝓ mūdi vita. Litigabāt ergo
iudei adinuicē dicētes. Quō potest hic nob
carnē suā dare ad manducandū? Dixit er-
go eis ihesus. Amen amē dico vobis: nisi
manducaueritis carnē filij hominis ⁊ biberi-
tis eius sanguinē: nō habebitis vitā in vob.
Qui manducat meam carnē ⁊ bibit meum
sanguinē. habet vitam eternā: ⁊ ego resusci-
tabo eū i nouissimo die. Caro eni mea vere
est cibus: ⁊ sanguis meus vere est potus.
Qui manducat meā carnē ⁊ bibit meū san-
guinē: in me manet. et ego in illo. Sicut mi-
sit me viuēs pater ⁊ ego viuo ꝓpter prēz:
et qui manducat me: et ipse viuet ꝓpter me.
Hic ē panis qui de celo descendit. Nō sicut
manducauerūt prēs vestri māna: ⁊ mortui
sūt. Qui manducat hūc panē: viuet ineter-
nū. Hec dixit in synagoga docēs. i caphar-
naū. Multi ergo audiētes ex discipulis ei⁹
dixerūt. Durus est hic sermo. Et q̄s potest
eum audire? Sciēs autem ihesus apud se-
metipsū qꝛ murmurarēt de hoc discipli ei⁹:
dixit eis. Hoc vos scandalizat? Si ergo
videritis filiū hominis ascendentē vbi erat
prius? Spiritus est qui viuificat: caro non
ꝓdest quicq̄. Verba que ego locutus sum
vobis: spiritus et vita sūt. Sed sūt quidā
ex vobis qui nō credūt. Sciebat enim ab
inicio ihesus qui essent nō credētes: ⁊ quis
traditurus esset eum. Et dicebat. Propterea
dixi vobis: qꝛ nemo potest veniē ad me: ni-
si fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi
discipuloꝝ eius abierūt retro: ⁊ iam nō cū
illo ambulabāt. Dixit ergo ihesus ad duo-
decim. Nūquid ⁊ vos vultis abire? Rn̄dit
ergo ei simon petrus. Dn̄e: ad quē ibimus?
Verba vite etne habes. Et nos credimus
et ꝯgnouim⁹: qꝛ tu es cristus filius dei. Rn̄-
dit eis ih̄s. Nonne ego vos duodeci elegi:
et ex vobis vnus diabolus ē? Dicebat aūt

de iuda simonis scariothis. Hic eni erat tra-
diturus eū cū esset vnus ex duodeci. VII

Post hec aūt ambulabat ihesus in ga-
lileā. Non enim volebat in iudeā am-
bulare: qꝛ querebāt eum iudei interficere.
Erat autem in ꝓximo dies festus iudeoꝝ
scenophegia. Dixerūt aūt ad eū fratres ei⁹.
Transi hinc ⁊ vade in iudeā: ut ⁊ discipuli
tui videant opera tua que facis. Nemo q̄p-
pe in occulto quid facit: ⁊ querit ipe in pa-
laz esse. Si hec facis: manifesta te ipm mū-
do. Neqꝫ enim fratres eius credebāt in eū.
Dicit ergo eis ihesus. Tempus meū nōdū
aduenit: tempus autem vestrū semp est pa-
ratum. Non potest mūdus odisse vos. Me
aūt odit: qꝛ ego testimoniū phibeo de illo:
qꝛ opera eius mala sunt. Vos ascendite ad
diem festum hūc. Ego nō ascendā ad diez
festū istū: qꝛ meū tempus nondū impletū ē.
Hec cuz dixisset: ipe mansit in galilea. Vt au-
autem ascenderūt fratres ei⁹. tunc ⁊ ipse a-
scēdit ad diem festū nō manifeste: sꝫ quasi i
occulto. Judei ergo querebant eū in die fe-
sto: ⁊ dicebant. Vbi est ille? Et murmi̅ mul-
tus de eo erat in turba. Quidam enim dice-
bant qꝛ bonus est: alij dicebāt nō. sꝫ seducit
turbas. Nemo tamē palā loquebat̄ de illo:
ꝓpter metum iudeoꝝ. Jam autez die festo
mediante: ascendit ihesus in templū ⁊ doce-
bat. Et mirabant̄ iudei dicētes. Quō hic lit-
teras scit cū nō didicerit? Rn̄dit eis ihesus:
et dixit. Mea doctrina nō est mea: sꝫ ei⁹ qui
misit me. Si quis voluerit voluntatē eius
facere: cognoscet de doctrina. vtruz ex deo
sit: an ego a meipo loquar. Qui a semetipo
loquit̄ gloriam propriā querit. Qui autez
querit gloriā eius qui misit eū. hic verax ē:
et iniusticia in illo non est. Nonne moyses
dedit vobis legez? Et nemo ex vobis facit
legem. Quid me queritis interficere? Rn̄dit
turba ⁊ dixit. Demoniū habes. Quis te q̄rit
interficere? Rn̄dit ihesus: ⁊ dixit eis. Vnum
opus feci: et om̄es miramī. Propterea moy-
ses dedit vobis circumcisionē: nō qꝛ ex moy-
se est: sed ex patrib⁹. Et in sabbato circumci-
ditis hominē. Si circūcisionē accipit homo
in sabbato ut nō soluat̄ lex moysi. michi in-
dignamini qꝛ totū hoiez sanū feci i sabbto?

Nolite iudicare secundū faciē: sed iustum
iudiciū iudicate. Dicebāt ergo quidam ex
iherosolimis. Nōne hic est quem querunt
interficere? Ecce palā loquitur: ⁊ nichil ei
dicūt. Nūquid vere cognouerūt principes
quia hic ē cristus? Sed hūc scimus vnde
sit: cristus autem cū venerit. nemo scit vnde
sit. Clamabat ergo ihesus in templo docēs
et dicēs. Et me scitis. et vnde sim scitis: et a
meipo nō veni: ſ; est verus qui misit me quē
vos nescitis. Ego scio eū: ⁊ si dixero quia
nescio eū: ero similis vobis mendax. Sed
scio eū: qȝ ab ipo sum: ⁊ ipe me misit. Que=
rebant ergo eū apprehēdere: ⁊ nemo misit
in illū manus: qȝ nondū venerat hora eius.
De turba autem multi crediderūt in eū. Et
dicebant. Cristus cū veneit: nūquid plura
signa faciet q̄ que hic facit? Audierūt pha=
risei turbam murmurantē de illo hec: ⁊ mise=
rūt principes ⁊ pharisei ministros ut appre=
henderēt ihesum. Dixit ergo eis ihesus. Ad=
huc modicū tempus vobiscū sū: ⁊ vado ad
eum qui me misit. Queretis me ⁊ nō inueni=
etis: et vbi ego sū vos nō potestis venire. Di=
xerūt ergo iudei ad semetipos. Quo hic itu=
rus est. qȝ non inueniemus eū? Nūquid in
dispsione gētiū iturus ē. ⁊ docturus gētes?
Quis est hic sermo quē dixit. queretis me
et non inuenietis: et vbi sū ego vos non po=
testis venire? In nouissimo aūt die magno
festiuitatis stabat ihesus: ⁊ clamabat dicēs.
Si quis sitit: veniat ad me ⁊ bibat. Qui cre=
dit in me sicut dicit scriptura: flumina de vē=
tre eius fluēt aque viue. Hoc autē dixit de
spiritu: quē accepturi erāt credētes in eum.
Nondū enim eāt spūs datus: qȝ ihesus nō=
dū erat glorificatus. Ex illa ergo turba cū
audissent hos s̄mones eius dicebāt. Hic
est vere ꝓpheta. Alii dicebāt. Hic est crist9.
Quidam autē dicebāt. Nūquid a galilea
venit cristus? Nōne scriptura dicit: qȝ ex se=
mine dauid. et de bethleem castello vbi eāt
dauid venit cristus? Dissensio itaqȝ facta ē
in turba ꝓpter eum. Quidā aūt ex ipis vo=
lebant apprehendē eū: ſ; nemo misit super
eum manus. Venerūt ergo ministri ad pon=
tifices ⁊ phariseos: ⁊ dixerūt eis illi. Quare
nō adduxistis eū? Rñderūt ministri. Nūq̄d
sic locutus est homo: sicut hic homo. Rñderūt
ergo eis pharisei. Nūquid ⁊ vos seducti e=
stis? Nūquid ex pn̄cipibꝫ aliquis credidit
in eum: aut ex phariseis? Sed turba hec q̄
nō nouit legem: maledicti sunt. Dixit nyco=
demus ad eos: ille qui venit ad eum nocte:
qui vnus erat ex ipsis. Nūquid lex nostra
iudicat hominē: nisi pri9 audierit ab ipo et
cognouerit quid faciat? Responderūt: et
dixerūt ei. Nūquid ⁊ tu galileus es? Scruta=
re scripturas ⁊ vide: qȝ a galilea ꝓpheta non
surgit. Et reuūsi sūt vnusquisqȝ in domū suā.

VIII

Iesus autē perexit in montē
oliueti: ⁊ diluculo iterū venit in templū: et
omnis populus venit ad eum: et sedēs doce=
bat eos. Adducūt autē scribe ⁊ pharisei mu=
lierē dep̄hensam in adulterio: ⁊ statuerunt
eam in medio: ⁊ dixerūt ei. Magister: hec
mulier modo deprehensa ē in adulterio. In
lege aūt moyses mādauit nobis huiusmo=
di lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc aūt
dicebāt temptātes eū: vt possent accusare
eum. Jhesus autē inclinās se deorsū: digito
scribebat in terra. Cū ergo p̄seuerarēt inter=
rogātes: erexit se ⁊ dixit eis. Qui sine pcc̄o
est vestrū primus in illam lapidē mittat. Et
iterū se inclinās scribebat ī terra. Audiētes
autē hec vnus post vnū exibāt incipiētes a
senioribꝫ: ⁊ remansit solus ihūs: ⁊ mulier ī
medio stās. Erigēs aūt se ihūs: dixit ei. Mu=
lier: vbi sūt qui te accusabāt? Nemo te ↄde=
mnauit? Que dixit. Nemo domine. Dixit au=
tem ihūs. Nec ego te ↄdēnabo. Vade ⁊ iam
amplius noli peccare. Iterū ergo locutus ē
eis ihūs dicēs. Ego sū lux mūdi. Qui sequit᷑
me non āmbulat ī tenebris: ſ; habebit lumē
vite. Dixerunt ergo ei pharisei. Tu de teipo
testimoniū p̄hibes: testimoniū tuū non est
verū. Rñdit ihūs: ⁊ dixit eis. Et si ego testi=
moniū p̄hibeo de meipo. verū ē testimoniū
meū: qȝ scio vnde veni ⁊ quo vado. Vos au=
tē nescitis vnde venio: aut quo vado. Vos
aūt secundū carnē iudicatis: ego nō iudico
quenq̄. Et si iudico ego. iudiciū meū verum
est: qȝ solus nō sū. ſ; ego ⁊ qui misit me pater.
Et in lege vr̄a scriptū ē: qȝ duorū hominū te=
stimoniū verū est. Ego sū qui testimoniū p=
hibeo de meipo: ⁊ testimoniū p̄hibet de me

qui misit me pater. Dicebāt ergo ei. Ubi ē
pater tuus? Rñdit ihesus. Neq3 me scitis:
neq3 patrē meū. Si me sciretis: forsitan et
patrem meū sciretis. Hec vba locutus est
ihesus in gazophilacio: docens in templo.
Et nemo apprehendit eū: q2 necdū veneāt
hora eius. Dixit ergo iterum eis ihus. Ego
vado: ⁊ q̄retis me: ⁊ in peccato vestro mori-
emini. Quo ego vado: vos non potestis
venire. Dicebant ergo iudei. Nūquid inter-
ficiet semetipsū: q2 dicit quo ego vado vos
nō potestis venire? Et dicebat eis. Vos deor-
sum estis ego de supernis sū. Vos de mūdo
hoc estis. ego nō sum de hoc mūdo. Dixi er-
go vobis: q2 moriemini in peccatis vestris.
Si eni nō credideritis q2 ego sū: moriemi
in peccato vestro. Dicebāt ergo ei. Tu quis
es? Dicit eis ihesus. Principiū: qui et loqr
vobis. Multa habeo de vobis loqui ⁊ iudicaē:
sed qui me misit verax est: ⁊ ego que audi-
ui ab eo hec loquor in mūdo. Et nō cogno-
uerūt: q2 pr̄ez eius dicebat deū. Dixit ergo
eis ihesus. Cū3 exaltaueritis filiū hominis
tunc cognoscetis quia ego sū: ⁊ a meipso fa-
cio nichil: s3 sicut docuit me pater hec loqr.
Et qui me misit mecu3 est: ⁊ nō reliquit me
solū: q2 ego que placita sūt ei facio semper.
Hec illo loquēte: multi crediderūt in eum.
Dicebat ergo ihesus ad eos. qui crediderūt
ei iudeos. Si vos mā̄seritis in s̄mone meo.
vere discipuli mei eritis: et cognoscetis veri-
tatē: ⁊ veritas liberabit vos. Responderūt.
ei. Semen abrahe sum⁹: ⁊ nemini suium⁹
vnq̄. Quō tu dicis liberi eritis? Respondit
eis ihesus. Amen amē dico vobis: q2 omnis
qui facit pc̄c̄m seruus est peccati. Seruus
autem non manet in domo ineternū: filius
manet ineternū. Si ergo vos filius libera-
uerit: vere liberi eritis. Scio q2 filij abrahe e-
stis: s3 queritis me interficere: q2 s̄mo me⁹
nō capit in vobis. Ego quod vidi apud pa-
trem loquor: et vos que vidistis apud pa-
trem vestrū facitis. Responderūt et dixerūt
ei. Pater noster abrahā est. Dicit eis ihesus.
Si filij abrahe estis: opera abrahe facite.
Nūc aūt queritis me interficere: hominem
qui veritatē vobis locut⁹ sum: quā audiui
a deo. Hoc abraham nō fecit. Vos facitis
opera patris vestri. Dixerunt itaq3 ei. Nos
ex fornicacōne nō sum⁹ nati. Vnū patre3 ha-
bemus deum. Dixit ergo eis ihesus. Si deus
pater vester esš. diligeretis vtiq3 me. Ego
enim ex deo p̄cessi et veni. Neq3 eni a meipso
veni: sed ille me misit. Quaē loquelam meā
nō cognoscitis? Quia nō potestis audire s̄-
monē meū. Vos ex patre diabolo estis: et de-
sideria patris vestri vultis facere. Ille homi-
cida erat ab inicio: ⁊ in veritate non stetit:
q2 non est veritas in eo. Cū loquit̄ menda-
ciū. ex p̄prijs loquit̄: quia mendax est ⁊ pr̄
ei⁹. Ego autem q2 veritatē dico: nō creditis
michi. Quis ex vobis arguet me de pc̄c̄o?
Si veritatem dico: quare vos non creditis
michi? Qui ex deo est: vba dei audit. Pro-
terea vos nō auditis: q2 ex deo non estis.
Responderūt ergo iudei: ⁊ dixerūt ei. Nōne
bene dicim⁹ nos. quia samaritanus es tu. et
demoniū habes? Respondit ihs. Ego demo-
niū nō habeo: s3 honorifico patrē meū: ⁊ vos
inhonorastis me. Ego autem nō quero glo-
ria3 meā. Est q̄ querat ⁊ iudicet. Amē amē
dico vobis: si quis sermonē meū seruauerit
mortem nō videbit ineternū. Dixerūt ergo
iudei. Nunc cognouim⁹: q2 demoniū habes.
Abraham mortu⁹ est ⁊ p̄phete: ⁊ tu dicis si
quis sermonē meū seruauerit nō gustabit
mortem ineternū? Nūquid tu maior es pr̄e
nostro abraha3 qui mortu⁹ est? Et prophe-
te mortui sūt. Quem teipsū facis? Respōdit
ihesus. Si ego glorifico meipsū: gloria mea
nichil est. Est pater me⁹ qui glorificat me:
quē vos dicitis q2 de⁹ nr̄ est ⁊ nō cognouistis
eum. Ego autem noui eū. Et si dixero quia
nō scio eum: ero similis vobis mendax. Sed
scio eū: ⁊ sermonem ei⁹ seruo. Abraha3 pr̄
vester exultauit ut videret diē meū: ⁊ vidit:
et gauisus est. Dixerūt ergo iudei ad eum.
Quinquaginta ānos nondū habes: ⁊ abra-
hā vidisti? Dixit eis ihs. Amē amē dico vo-
bis: anteq̄ abraham fieret ego sū. Tulerunt
ergo lapides ut iacerent in eum. Ihus aūt
abscondit se ⁊ exiuit de templo. IX

Et p̄teriēs ihesus vidit hominē cecu3
a natiuitate: ⁊ interrogauerūt eu3 di-
scipuli ei⁹. Rabbi. quis peccauit. hic aut pa-
rentes eius: ut cecus nasceret̄? Rñdit ihus.

Neqꝫ hic peccauit neqꝫ parẽtes eiuſ: ſed ut manifeſtent̃ opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui miſit me: donec dies eſt. Venit nox: quando nemo poteſt operari. Quamdiu ſũ in mũdo: lux ſum mũdi. Hoc cum dixiſſet expuit in terrã. et fecit lutuꝫ ex ſputo: ⁊ liniuit lutũ ſup oculos eius: ⁊ dixit ei. Vade laua in natatoria ſyloe: quod interpretatur miſſus. Abijt ergo ⁊ lauit: et venit vidẽs. Itaqꝫ vicini ⁊ qui viderãt eum priuſ ꝙ mendicus erat dicebãt. Nõne hic eſt q̃ ſedebat ⁊ mendicabat? Alij dicebant quia hic ẽ: alij aũt nequaq̃: ſꝫ ſimilis ẽ eiꝰ. Ille vero dicebat: ꝙ ego ſum. Dicebant ergo ei. Quõ apti ſunt tibi oculi? Rñdit. Ille homo qui dicit̃ ihesus lutum fecit: ⁊ vnxit oculos meos: ⁊ dixit michi. Vade ad natatoriã ſyloe: ⁊ laua. Et abij: et laui. et video. Et dixerunt ei. Vbi eſt ille? Ait. Neſcio. Adducũt eũ ad phariſeos qui cecus fuerat. Erat autem ſabbatũ quando lutũ fecit ihesus: ⁊ aperuit oculos eius. Iterũ ergo interrogabãt eum pharisei quõ vidiſſet. Ille auteꝫ dixit eis. Lutuꝫ michi poſuit ſup oculos: ⁊ laui et video. Dicebant ergo ex phariſeis quidã. Nõ eſt hic homo a deo: qui ſabbatuꝫ nõ cuſtodit. Alij auteꝫ dicebant. Quõ poteſt homo peccatõ hec ſigna facere? Et ſciſma erãt inter eos. Dicũt ergo ceco iteruꝫ. Tu quid dicis de eo qui apuit oculos tuos? Ille aũt dixit: ꝙ ꝓpheta eſt. Nõ crediderunt ergo iudei de illo ꝙ cecus fuiſſꝫ ⁊ vidiſſet: donec vocauerũt parẽtes eius qui viderat: et interrogauer̃t eos dicẽtes. Hic eſt filius veſter: quem vos dicitis ꝙ cecus natus eſt? Quõ ergo nũc videt? Rñderũt eis parẽtes eius: et dixerũt. Scimus ꝙ hic ẽ filius noſter: et ꝙ cecus natus eſt. Quõ aũt nũc videat neſcimus: ã quis eius apuit oculos nos neſcimꝰ. Ipſuꝫ interrogate. Etatẽ habet: ipſe de ſe loquat̃. Hec dixerũt parentes eius: quoniam timebãt iudeos. Iam enim ꝯſpirauerãt iudei: ut ſi quis eũ cõfiteret̃ eſſe criſtum extra ſynagogam fieret. Propterea parentes eius dixerũt. ꝙ etatẽ habet: ipm interrogate. Vocauerũt ergo rurſũ hoiem qui fuerat cecus: ⁊ dixerũt ei. Da gloriam deo. Nos ſcimus ꝙ hic homo peccator eſt.

Dixit ergo eis ille. Si pccõr ẽ neſcio: vnuꝫ ſcio: ꝙ cecus cũ eſſeꝫ. modo video. Dixerũt ergo illi. Quid fecit tibi? Quõ aperuit tibi oculos? Rñdit eis. Dixi vobis iã: ⁊ audiſtis. Quid iterũ vultis audire? Nunquid ⁊ voſ vultis diſcipuli eius fieri? Maledixer̃t ergo ei: et dixerunt. Tu diſcipulus illius ſis: nos autẽ moyſi diſcipuli ſumus. Nos ſcimus ꝙ moyſi locutus eſt deus: hũc autem neſcimꝰ vnde ſit. Rñdit ille homo: ⁊ dixit eis. In hoc enim mirabile ẽ ꝙ vos neſcitis vnde ſit: ⁊ aperuit meos oculos. Scimus autẽ ꝙ pccõres deus nõ audit: ſꝫ ſi quis dei cultor ẽ et voluntatẽ eius facit: hũc exaudit. A ſeculo nõ eſt auditum: ꝙ quis apuit oculos ceci nati. Niſi eſſet hic a deo: nõ poterãt facere quicq̃. Rñderũt: ⁊ dixerũt ei. In peccatis natus es totus: ⁊ tu doces nos? Et eiecerũt euꝫ foras. Audiuit ihesus ꝙ eiecerunt euꝫ foras: et cũ inueniſſet euꝫ dixit ei. Tu credis in filiũ dei? Reſpondit ille ⁊ dixit. Quis ẽ dñe ut credã in eum? Et dixit ei ihesus. Et vidiſti eũ: ⁊ qui loquitur tecuꝫ ipſe ẽ. At ille ait. Credo dñe. Et ꝓcidẽs adorauit eũ. Et dixit ei ihesus. In iudiciũ ego in hũc mundũ veni: ut qui non vident videãt: ⁊ qui vident ceci fiant. Et audierũt quidã ex phariſeis qui cũ ipſo erãt: et dixerũt ei. Nunquid ⁊ nos ceci ſumꝰ? Dixit eis ihs. Si ceci eẽtis nõ haberetis pccm̃. Nũc vẽo dicitis ꝙ videꝰ: pccm̃ vrm̃ manet.

X

Amen amẽ dico vobis: qui non intrat ꝑ oſtiũ in ouile ouiũ ſꝫ aſcendit aliũde: ille fur eſt ⁊ latro. Qui aũt intrat per oſtium. paſtor eſt ouium. Huic oſtiarius apit: et oues vocem eius audiũt. Et ꝓpriaſ oues vocat nominatim: ⁊ educit eas. Et cũ ꝓprias oues emiſeit ante eas vadit: ⁊ oueſ illũ ſequũt̃: ꝙ ſciunt vocẽ eiꝰ. Alienũ auteꝫ nõ ſequũtur. ſed fugiũt ab eo: ꝙ non nouerũt vocẽ alienoꝝ. Hoc ꝓuerbiuꝫ dixit eis ihesus. Illi aũt non cognouer̃t quid loqueret̃ eis. Dixit ergo eis iteruꝫ ihesus. Amen amẽ dico vobis: ꝙ ego ſũ oſtiũ ouiũ. Oẽs quotq̃t venerũt fures ſũt ⁊ latrones: ſꝫ non audier̃t eos oues. Ego ſum oſtiũ. Per me ſi quis introierit ſaluabit̃: et ingredietur et egredietur: ⁊ paſcua inueniet. Fur nõ venit: niſi ut furetur ⁊ mactet et ꝑdat. Ego veni ut

vitam habeāt: et abūdantius habeāt. Ego
sum pastor bonus. Bonus pastor aīaȝ suā
dat p ouibꝫ suis. Mercenarius aūt et qui
nō est pastor cuius non sūt oues ꝓprie. vi-
det lupum venientē ⁊ dimittit oues ⁊ fugit:
et lupus rapit. ⁊ dispgit oues. Mercenari⁹
aūt fugit qꝛ mercenarius est: ⁊ nō pertinet
ad euȝ de ouibꝫ. Ego sū pastor bonus: ⁊ co-
gnosco meas: ⁊ cognoscūt me mee. Sicut
pater. et ego agnosco prēm: ⁊ animā meā
pono p ouibꝫ meis. Et alias oues habeo q̄
non sūt ex hoc ouili: ⁊ illas oportet me ad-
ducere ⁊ vocem meā audiēt: ⁊ fiet vnū oui-
le ⁊ vnus pastor. Propterea me pater dili-
git: qꝛ ego pono animā meā: ⁊ iterū sumaȝ
eam. Nemo tollit eam a me: ȝ ego pono eā
a meipo. Potestatē habeo ponēdi eam: et
potestatē habeo iterū sumēdi eaȝ. Hoc mā-
datū accepi a patre meo. Dissensio iterū fa-
cta est inter iudeos ꝓpter sermones hos.
Dicebant aūt multi ex ipis. Demoniū habꝫ
et insanit. Quid eū auditis? Alij dicebant.
Hec verba nō sūt demoniū habētis. Nūq̇d
demoniū potest cecoꝝ oculos aperire? Fcā
sunt aūt encenia in iherosolimis: et hyems
erat. Et ambulabat ihesus in templo in por-
ticu salomonis. Circūdederūt ergo euȝ iu-
dei: ⁊ dicebant ei. Quousqȝ animā nrām tol-
lis? Si tu es cristus: dic nobis palā. Rn̄dit
eis ihesus. Loquor vobis: ⁊ nō creditis. O-
pera que ego facio in nomine patris mei:
hec testimoniū phibēt de me. Sed vos nō
creditis: qꝛ non estis ex ouibꝫ meis. Oues
mee vocem meam audiūt: ⁊ ego ꝯgnosco
eas: ⁊ sequūtur me. Et ego vitam eternā do
eis: ⁊ non pibūt in eternū: et nō rapiet eas
quisq̈ de maū mea. Pater meus qđ dedit
michi maius omībꝫ ē: ⁊ nemo potest rape
de maū patris mei. Ego ⁊ pater vnū sum⁹.
Sustulerūt lapides iudei: ut lapidarēt euȝ.
Rn̄dit eis ihesus. Multa bona opera ostēdi
vobis ex patre meo. Propter quod eoꝝ
opus me lapidatis? Responderūt ei iudei.
De bono ope nō lapidamus te. sed de bla-
sphemia: ⁊ quia tu homo cū sis: facis teipm
deū. Rn̄dit eis ihesus. Nōne scriptum est in
lege vestra qꝛ ego dixi dij estis? Si illos
dixit deos ad quos sermo dei factus ē. et
nō potest solui scriptura: quē pater sanctifi-
cauit et misit in mundū vos dicitis quia bla-
sphemas qꝛ dixi filius dei sū? Si nō facio o-
pera prīs mei: nolite credere michi. Si aūt
facio: ⁊ si michi nō vultis credere. operibꝫ
credite: vt cognoscatis ⁊ credatis. qꝛ in me
est pater. et ego in patre. Querebant ergo
eum apprehendere: ⁊ exiuit de manibꝫ eoꝝ.
Et abijt iterū trans iordanen in eū locū vbi
erat iohānes baptizās primū: ⁊ māsit illic.
Et multi venerūt ad eum ⁊ dicebāt: qꝛ iohā-
nes quidē signū fecit nullū. Oīa aūt que-
cunqȝ dixit iohannes de hoc vera erant: et
multi crediderunt in eum.

XI

Erat autē quidam languēs lazarus a
bethania: de castello marie et marthe
sororū ei⁹. Maria aūt erat que vnxit domi-
nū vnguēto: ⁊ extersit pedes eius capillis
suis: cuius frater lazarus infirmabat᷑. Mise-
rūt ergo sorores eius ad eū dicētes. Domi-
ne: ecce quē amas infirmat᷑. Audiens aūt
ihesus: dixit eis. Infirmitas hec non est ad
mortē. sed p gloria dei: vt glorificet᷑ filius
dei p eam. Diligebat aūt ihesus martham: ⁊
sororē eius mariā ⁊ lazarū. Vt ergo audiuit
qꝛ infirmabat᷑: tūc quidē mansit in eođ loco
duobꝫ diebꝫ. Deinde post hec dicit discipu-
lis suis. Eamus in iudeā iterū. Dicūt ei disci-
puli. Rabbi nūc querebāt te iudei lapidaē:
et iterū vadis illuc? Respōdit ihesus. Nōne
duodecim sūt hore diei? Si quis ābulauerit
in die nō offēdit: qꝛ lucē huius mūdi videt.
Si aūt ambulauerit in nocte offendit: qꝛ
lux nō est in eo. Hec ait: ⁊ post hec dicit eis.
Lazarus amicus noster dormit: ȝ vado vt
a somno exsuscitē euȝ eū. Dixerūt ergo discipu-
li eius. Domine: si dormit saluus erit. Dixe-
rat aūt ihesus de morte eius: illi aūt putaue-
rūt quia de dormicōe somni diceret. Tunc
ergo ihs dixit eis manifeste. Lazarus mor-
tuus ē: ⁊ gaudeo ꝓpter vos vt credatis: qm̄
nō eram ibi. Sed eamus ad eum. Dixit er-
go thomas qui dicit᷑ didimus ad ꝯdiscipu-
los. Eamus ⁊ nos: et moriamur cū eo. Venit
itaqȝ ihesus: ⁊ inuenit eū q̄tuor dies iam in
monumēto habentē. Erat aūt bethania iuxͣ
iherosolimā quasi stadijs quindecim. Mul-
ti aūt ex iudeis venerāt ad marthā et mariā:

ut consolarent᷑ eas de fratre suo. Martha
ergo ut audiuit ꝙ ihesus venit occurrit illi:
maria aūt domi sedebat. Dixit ergo martha
ad ihesū. Domine: si fuisses hic frater meus
nō fuisset mortuus. Sed ⁊ nūc scio: ꝙ que-
cūq; poposceris a deo dabit tibi deus. Dicit
illi ihūs. Resurget frater tuus. Dicit ei mar-
tha. Scio ꝙ resurget in resurrectōe in no-
uissimo die. Dicit ei ihs. Ego sū resurrectō
et vita. Qui credit in me etiam si mortuus
fuerit viuet: et omnis qui viuit ⁊ credit in
me: nō morietur in eternū. Credis hoc? Ait
illi. Vtiq; dn̄e. Ego credidi ꝙ tu es cristus
filius dei: q̄ in hūc mundū venisti. Et cū hec
dixisset: abijt ⁊ vocauit mariam sororē suā
silentio dicēs. Magister adest: ⁊ vocat te.
Illa ut audiuit surgit cito: et venit ad eum.
Nondū enim venerat ihūs in castellū: sed
erāt adhuc in illo loco vbi occurrerat ei mar-
tha. Iudei ergo qui erāt cū ea in domo ⁊ cō-
solabātur eā: cū vidissent mariā quia cito
surrexit ⁊ exijt: secuti sūt eam dicētes. Quia
vadit ad monumentū ut ploret ibi. Maria
ergo cū venisset vbi erat ihesus: videns eū
cecidit ad pedes eius ⁊ dixit ei. Dn̄e: si fuisses
hic nō esset mortuus frater meus. Ihesus
ergo ut vidit eā plorantē ⁊ iudeos qui ve-
nerāt cū ea plorantes infremuit spū: ⁊ tur-
bauit seipsū ⁊ dixit. Vbi posuistis eū? Dicūt
ei. Domine: veni ⁊ vide. Et lacrimatus ē ihe-
sus. Dixerūt ergo iudei. Ecce quō amabat
eum. Quidam aūt ex ipis dixerūt. Nō po-
terat hic qui aperuit oculos ceci nati facere:
vt hic nō moreretur? Ihesus ergo rursū fre-
mēs in semetipo venit ad monumentū. Erat
aūt spelunca: ⁊ lapis suppositus erat ei. Ait
ihesus. Tollite lapidē. Dicit ei martha soror
eius qui mortuus fuerāt. Domine iam fetet:
q̄triduanus est enim. Dicit ei ihūs. Nōne
dixi tibi: quoniā si credideris videbis glo-
riam dei? Tulerūt ergo lapidē. Ihesus autē
eleuatis sursū oculis dixit. Pater gratias
ago tibi quoniā audisti me. Ego autē scie-
bam ꝙ semper me audis: sed ꝓpter populū
qui circūstat dixi: ut credant ꝙ tu me mi-
sisti. Hec cū dixisset: voce magna clamauit.
Lazare veni foras. Et statim ꝓdijt qui fue-
rat mortuus ligatus manus ⁊ pedes institis:
et facies illius sudario erat ligata. Dixit eis
ihesus. Soluite eum: ⁊ sinite abire. Multi
ergo ex iudeis qui venerāt ad mariā et mar-
thā ⁊ viderant que fecit ihesus: crediderūt
in eum. Quidā aūt ex ipis abierūt ad pha-
riseos: et dixerūt eis que fecit ihesus. Colle-
gerūt ergo pontifices ⁊ pharisei conciliū: et
dicebant. Quid facimus? Quia hic homo
multa signa facit. Si dimittimus eum sic:
om̄es credēt in eū. Et venient romani: ⁊ tollēt
locū nostrū ⁊ gentē. Vnus autē ex ipis cai-
phas nomine: cū esset pontifex anni illius di-
xit eis. Vos nescitis quicq̄ nec cogitatis: ꝙ
expedit vobis ut vnus moriatur homo ꝓ po-
pulo: ⁊ non tota gens pereat. Hoc autem
a semetipo non dixit: sed cū esset pontifex
anni illius ꝓphetauit: ꝙ ihs moriturus erat
ꝓ gente. Et nō tantū ꝓ gente: sed ut filios dei
qui erant dispersi cōgregaret in vnū. Ab illo
ergo die cogitauerūt ut interficerēt eū. Ihs
ergo iam nō in palam ambulabat apud iu-
deos: sed abijt in regionē iuxta desertū in ciui-
tatem que dicitur effrem: ⁊ ibi morabatur cum
discipulis suis. Proximū autē erat pascha
iudeorum: ⁊ ascenderūt multi iherosolimā de
regione ante pascha: ut sanctificarēt seipos.
Querebāt ergo ihesum: ⁊ colloquebantur
adinuicē in templo stantes. Quid putatis
ꝙ nō venit ad diē festū istū? Dederāt aūt
pontifices ⁊ pharisei mandatū: ut si quis co-
gnouerit vbi sit indicet: ut apprehendāt eū.

XII

Ihesus ergo ante sex dies pasche
venit bethaniā vbi lazarus fuerat mortuus:
quē suscitauit ihesus. Fecerūt aūt ei cenam
ibi ⁊ martha ministrabat: lazarus vero vnus
erat ex discumbentibus cū eo. Maria ergo
accepit libram vnguenti nardi pistici pre-
ciosi et vnxit pedes ihesu: et extersit pedes
eius capillis suis: ⁊ domus impleta est
ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex di-
scipulis eius iudas scariothis qui erat eū
traditurus. Quare hoc vnguentum non
venijt trecētis denarijs: ⁊ datū ē egenis?
Dixit aūt hoc non quia de egenis ptinebat
ad eum: sed quia fur erat: ⁊ loculos habēs ea
que mittebantur portabat. Dixit ergo ihesus.
Sine illam: ut in diē sepulture mee seruiet
illud. Pauperes enim semp habetis vobiscū:

me aūt non semp habetis. Cognouit ergo
turba multa ex iudeis q̄ illic ē: et venerunt
nō ꝓpter ihesum tantū: ꝫ ut lazarū viderent
quē suscitauit a mortuis. Cogitauert̄ autē
principes sacerdotū ut et lazarū interficerēt:
q̄ multi ꝓpter illū abibāt ex iudeis: et crede-
bāt in ihesū. In crastinū autē turba multa
q̄ venerat ad diē festū cū audissent q̄ venit
ih̄s iherosolimā acceperūt ramos palmarū:
et processerūt obuiā ei et clamabāt: osanna.
bn̄dictus qui venit in nomīe domini rex isrl̄.
Et inuenit ih̄us asellū: et sedit sup eum sicut
scriptum est. Noli timere filia syon: ecce rex
tuus venit sedēs sup pullū asine. Hec non
cognouerūt discipuli eius primū: ꝫ quādo
glorificatus est ih̄s tūc recordati sūt quia
hec erāt scripta de eo: et hec fecerūt ei. Testi-
moniū ergo phibebat turba q̄ erat cum eo
quādo lazarū vocauit de monumēto: et susci-
tauit eū a mortuis. Propterea et obuiā venit
ei turba: q̄ audierūt eum fecisse hoc signū.
Pharisei ergo dixerūt ad semetipos. Vide-
tis q̄ nichil pficimus? Ecce mūdus totus
post eum abijt. Erāt autem quidā gētiles
ex hijs qui ascenderāt ut adorarēt in die
festo. Hij ergo accesserūt ad philippū qui
erat a bethsaida galilee: et rogabāt eū di-
cētes. Dn̄e: volumus ih̄m videre. Venit phi-
lippus: et dicit ādree. Andreas rursū et phi-
lippus dixerūt ihesu. Ihus autem rn̄dit eis
dicēs. Venit hora ut clarificet̄ filius hominis.
Amē amē dico vobis: nisi granū frumēti ca-
dēs in terrā mortuū fuerit: ip̄m solū manet.
Si autē mortuū fuerit: multū fructū affert.
Qui amat aīam suā: pdet eam. Et qui odit
aīā suā in hoc mūdo: in vitā eternā custo-
dit eā. Si quis michi ministrat: me sequat̄.
Et vbi sū ego: illic et minister meus erit. Si
quis michi ministrauerit: honorificabit eū
pater meus. Nūc aīa mea turbata est. Et
quid dicā? Pater saluifica me ex hac hora.
Sed ꝓpterea veni in horā hāc. Pater cla-
rifica nomē tuū. Venit ergo vox de celo dicēs.
Clarificaui: et iterū clarificabo. Turba ergo
q̄ stabat et audierat dicebat tonitruū esse
factū. Alij aūt dicebāt. Angelus ei locutꝰ
est. Rn̄dit ih̄s: et dixit. Nō propter me hec
vox venit: ꝫ ꝓpter vos. Nūc iudiciū ē mūdi.
Nūc pn̄ceps huius mūdi eiciet̄ foras. Et
ego si exaltatus fuero a terra: oīa trahā ad
meipsū. Hoc aūt dicebat: significās q̄ mor-
te esset moriturus. Rn̄dit ei turba. Nos audi-
uimus ex lege: q̄ cristus manet in eternum.
Et quō tu dicis oportet exaltari filiū hominis?
Et quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis
ihesus. Adhuc modicū lumē in vobis est.
Ambulate dū lucē habetis: ut nō vos tene-
bre cōprehendāt. Et q̄ ambulat in tenebris:
nescit quo vadit. Dū lucē habetis credite
in lucem: ut filij lucis sitis. Hec locutus est
ih̄us: et abijt et abscōdit se ab eis. Cum aūt
tāta signa fecisset corā eis nō credebāt in eū:
vt sermo ysaie impleret̄ quē dixit. Domine
quis credidit auditui nr̄o: et brachiū domi
cui reuelatū est? Propterea nō poterāt cre-
dere: q̄ iterū dixit ysaias. Excecauit oculos
eorū et indurauit cor eorū: ut nō videāt ocu-
lis et intelligāt corde et cōuertāt̄ et sanem eos.
Hec dixit ysaias quādo vidit gloriam eius:
et locutus est de eo. Verūtamē et ex pn̄cipi-
bus multi crediderūt in eū: ꝫ ꝓpter phariseos
nō cōfitebāt̄: ut de synagoga nō eicerēt̄. Di-
lexerūt enim gloriā hominū magis q̄ glo-
riam dei. Ihesus autē clamauit et dixit. Qui
credit in me: nō credit in me. sed in eū qui
misit me. Et qui videt me: videt eum q̄ misit
me. Ego lux in mundū veni: ut oīs qui cre-
dit in me in tenebris non maneat. Et si quis
audierit v̄ba mea et nō custodierit: ego nō
iudico eum. Nō enim veni ut iudicē mūdū:
sed ut saluificem mundū. Qui sp̄nit me et nō
accipit v̄ba mea: habet qui iudicet eū. Ser-
mo quem locutus sū: ille iudicabit eū in no-
uissimo die. Quia ego ex meipo nō sū locu-
tus: ꝫ qui misit me pater ipse michi manda-
tū dedit: quid dicā et quid loquar. Et scio: q̄
mandatū eiꝰ vita et'na ē. Que ergo ego lo-
quor: sicut dixit m̄ pater sic loq̄r. XIII

Ante diē festū pasche sciēs ihesus q̄
venit hora eius ut trāseat ex hoc mūdo
ad prē: cū dilexisset suos qui erāt in mūdo:
in finē dilexit eos. Et cena facta cū diabolꝰ
iā misisset i cor ut traderet eū iudas simonis
scariothis: sciēs q̄ oīa dedit ei pater in ma-
nus et q̄ a deo exiuit et ad deū vadit: surgit a
cena et ponit vestimēta sua: et cū accepisset

lintheum pcinxit se. Deinde misit aquaz in peluim: et cepit lauare pedes discipuloꝝ: et extergere linteo quo erat pcinctus. Venit ergo ad simonem petrũ. Et dicit ei petrus. Dñe tu michi lauas pedes? Rñdit ihesus: et dixit ei. Qđ ego facio tu nescis modo: scies autem postea. Dicit ei petrus. Nõ lauabis michi pedes in eternũ. Rñdit ei ihs. Si non lauero te: non habebis partem mecũ. Dicit ei simõ petrus. Domine: nõ tantũ pedes meos: sed et manus et caput. Dicit ei ihesus. Qui lotus est nõ indiget nisi ut pedes lauet: sed est mundus totus. Et vos mũdi estis: sed nõ omnes. Sciebat enim quisnã esset qui traderet eũ. Propterea dixit: nõ estis mũdi oẽs. Postq̃ ergo lauit pedes eoꝝ accepit vestimẽta sua: et cũ recubuisset iterũ dixit eis. Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magister et domine: et bene dicitis. Sũ etenim. Si ergo ego laui pedes vestros dominus et magister: et vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplũ enim dedi vobis: ut quemadmodũ ego feci vobis ita et vos faciatis. Amen amẽ dico vobis: nõ est seruus maior dño suo: neq; apostolus maior ẽ eo qui misit illũ. Si hec scitis: beati eritis si feceritis ea. Nõ de omnibꝫ vobis dico. Ego scio quos elegerim. Sed ut adimpleatur scriptura: qui manducat mecũ panẽ leuabit cõtra me calcaneũ suũ. Amodo dico vobis priusq̃ fiat: ut cũ factuz fuerit credatis quia ego sum. Amẽ amẽ dico vobis: qui accipit si quẽ misero me accipit. Qui autez me accipit: accipit eum qui me misit. Cuz hec dixisset ihus turbatus ẽ spũ: et ptestatus est et dixit. Amẽ amẽ dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me. Aspiciebãt ergo adinuicẽ discipuli: hesitãtes de quo diceret. Erat ergo recumbẽs vnus ex discipulis eius in sinu ihesu: quem diligebat ihesus. Innuit ergo huic simõ petrus: et dixit ei. Quis est de quo dicit? Itaq; cũ recubuisset ille supra pectus ihesu: dicit ei. Dñe quis est? Rñdit ihus. Ille est: cui ego intinctũ panẽ porrexero. Et cũ intinxisset panẽ: dedit iude simonis scariothis. Et post bucellam introiuit in eũ sathanas. Et dicit ei ihesus. Quod facis fac citius. Hoc autẽ nemo sciuit discumbentiuz: ad quid dixerit ei. Quidã enĩ putabãt quia loculos habebat iudas q dixisset ei ihesus. eme ea q̃ opus sũt nobis ad diem festũ: aut egenis ut aliquid daret. Cũ ergo accepisset ille bucellã: exiuit cõtinuo. Erat autẽ nox. Cũ ergo exisset. dixit ihesus. Nũc clarificatus est filius hominis: et deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus ẽ in eo: et deus clarificabit eũ in semetipso: et cõtinuo clarificabit eũ. Filioli: adhuc modicũ vobiscũ sũ. Queretis me: et sicut dixi iudeis quo ego vado vos nõ potestis venire. Et vobis dico modo. Mandatũ nouũ do vobis: ut diligatis inuicẽ sicut dilexi vos: vt et vos diligatis inuicẽ. In hoc cognoscẽt omnes quia discipuli mei estis: si dilectiõem habueritis adinuicẽ. Dicit ei simon petrus. Domine quo vadis? Rñdit ihs. Quo ego vado nõ potes me modo sequi: sequeris autez postea. Dicit ei petrus. Quare nõ possum te sequi modo? Animã meã pro te ponam. Rñdit ei ihs. Animam tuã pro me pones? Amen amẽ dico tibi: nõ cãtabit gallus donec ter me neges.

Et ait discipulis suis. Nõ XIIII turbetur cor vestruz. Creditis in deũ: et in me credite. In domo patris mei mansiões multe sũt. Si quo minus: dixissez vobis quia vado parare vobis locũ. Et si abiero et preparauero vobis locũ: iterũ venio et accipiã vos ad meipsum: ut vbi suz ego et vos sitis. Et quo ego vado scitis: et viam scitis. Dicit ei thomas. Domine: nescimus quo vadis. Et quomodo possumus viam scire? Dicit ei ihesus. Ego sũ via. et veritas. et vita. Nemo venit ad patrez nisi per me. Si cognouissetis me: et patrez meũ vtiq; cognouissetis. Et amodo cognoscetis eum: et vidistis eũ. Dicit ei philippus. Dñe: ostende nobis patrẽ et sufficit nobis. Dicit ei ihesus. Tanto tempore vobiscum suz et nõ cognouistis me? Philippe: qui videt me videt et patrem. Quõ tu dicis ostende nobis patrẽ? Non credis quia ego in patre: et pater in me ẽ? Verba q̃ ego loquor vobis: a meipso nõ loquor. Pater autẽ in me manẽs: ipse facit opera. Nõ creditis quia ego in patre: et pater in me est? Alioquin propter opera ipa credite. Amen amẽ dico vobis: qui credit in me opera que ego facio et ipse faciet: et maiora hoꝝ faciet. Quia ego ad patrez vado:

et quodcūqꝫ petieritis pr̄em in nomīe meo
hoc faciam: vt glorificet᷑ pater in filio. Si
quid petieritis me in noīe meo hoc faciam.
Si diligitis me: mandata mea seruate. Et
ego rogabo patrem ⁊ aliū paraclitū dabit
vobis ut maneat vobiscū in eternū spiritū
veritatis: quē mundus nō potest accipere:
qꝛ nō videt eum nec scit eum. Vos autez co=
gnoscetis eū: quia apud vos manebit: ⁊ in
vobis erit. Nō relinquā vos orphanos: ve=
niam ad vos. Adhuc modicuz: ⁊ mūdus
me iam non videt. Vos autem videtis me:
qꝛ ego viuo et vos viuetis. In illo die vos
cognoscetis quia ego sum in patre meo: ⁊
vos in me: ⁊ ego in voƀ. Qui habet māda=
ta mea ⁊ seruat ea: ille ē qui diligit me. Qui
autem diligit me: diliget᷑ a patre meo. Et
ego diligam eū: ⁊ manifestabo ei meipsuz.
Dicit ei iudas: nō ille scariothis. Dn̄e quid
factum ē qꝛ manifestatur⁹ es noƀ teipsuz:
et nō mūdo? Rn̄dit ihus: ⁊ dixit ei. Si q̄s
diligit me sermonē meū seruabit: ⁊ pater
meus diliget eū. et ad eū veniemus: et man=
sionē apud eū faciem⁹. Qui nō diligit me:
sermones meos non seruat. Et sermonem
quē audistis nō est meus: sed eius q̄ misit
me patris. Hec locutus sū voƀ: apud vos
manēs. Paraclitus autez spūs scūs quem
mittet pater in nomine meo ille vos doce=
bit oīa: ⁊ suggeret voƀ oīa quecūqꝫ di=
xero voƀ. Pacē relinquo voƀ: pacē meaz
do voƀ. Nō quomodo mūdus dat: ego do
vobis. Nō turbet᷑ cor vestrū: neqꝫ formidet.
Audistis qꝛ ego dixi vobis: vado ⁊ venio
ad vos. Si diligeretis me. gauderetis vti=
qꝫ qꝛ vado ad pr̄em: quia pater maior me
est. Et nūc dixi vobis priusq̄ꝫ fiat: ut cū fa=
ctuz fuerit credatis. Iam nō multa loq̄r vo=
biscū. Venit enī princeps mūdi huius: et
in me nō habet quicq̄ꝫ. Sed ut cognoscat
mūdus qꝛ diligo pr̄ez: ⁊ sic mandatū dedit
michi pr̄ sic facio. Surgite: eam⁹ hic. XV

Ego sū vitis vera: ⁊ pater me⁹ agrico=
la est. Omez palmitē in me nō feren=
tem fructū tollet eū: ⁊ oīez qui fert fructū
purgabit eū: ut fructū plus afferat. Iā vos
mūdi estis: ꝓpter sermonē quē locutus sū
voƀ. Manete in me: ⁊ ego in vobis. Sicut
palmes nō potest ferre fructū a semetipso
nisi manserit ī vite: sic nec vos nisi in me mā=
seritis. Ego sū vitis: vos palmites. Qui ma=
net in me ⁊ ego in eo hic fert fructū multū:
quia sine me nichil potestis facere. Si quis
in me non māserit mittetur foras sicut pal=
mes ⁊ arescet: ⁊ colligēt eū ⁊ in ignē mittēt
et ardet. Si manseritis in me ⁊ verba mea
in vobis manserint: quodcunqꝫ volueritis
petetis: ⁊ fiet voƀ. In hoc clarificat⁹ est pa=
ter meus. ut fructū plurimū afferatis: et effi=
ciamini mei discipuli. Sicut dilexit me pr̄:
et ego dilexi vos. Manete in dilectōe mea.
Si p̄cepta mea seruaueritis manebitis in
dilectōe mea: sicut et ego pr̄is mei p̄cepta
seruaui: ⁊ maneo in ei⁹ dilectōe. Hec locu=
tus sū vobis: ut gaudiū meū in vobis sit: et
gaudiū vestrū impleatur. Hoc est p̄ceptū
meū: ut diligatis inuicē sicut dilexi vos. Ma=
iorē hac dilectōnez nemo habet: q̄ꝫ ut aīam
suā ponat quis pro amicis suis. Vos amici
mei estis: si feceritis que ego p̄cipio vobis.
Iā non dicā vos seruos: quia seruus nescit
quid faciat dominus ei⁹. Vos autē dixi a=
micos: quia oīa quecūqꝫ audiui a patre
meo nota feci voƀ. Nō vos me elegistis s;
ego elegi vos: ⁊ posui vos ut eatis ⁊ fructū
afferatis: ⁊ fruct⁹ vester maneat: ut quod=
cunqꝫ petieritis patrē in nomine meo det vo=
bis. Hec mando vobis: vt diligatis inuicez.
Si mūdus vos odit: scitote quia me prio=
rē vobis odio habuit. Si de mūdo fuissetis:
mūdus quod suū erat diligeret. Quia vero
de mūdo nō estis. sed ego elegi vos de mū=
do: ꝓpterea odit vos mundus. Mementote
sermonis mei: quē ego dixi vobis. Non est
seruus maior domino suo. Si me ꝑsecuti sūt:
et vos ꝑsequēt᷑. Si sermonē meū seruaue=
rūt: et vestrū seruabūt. Sed hec oīa facient
voƀ ꝓpter nomē meū: quia nesciūt eum qui
misit me. Si nō venissem ⁊ locutus fuissem
eis: peccatū nō haberēt. Nūc aūt excusacōez
non habēt de peccato suo. Qui me odit: et
pr̄ez meū odit. Si opera non fecissem in eis
q̄ nemo ali⁹ fecit: peccatū nō haberēt. Nūc
autez et viderūt ⁊ oderūt: ⁊ me ⁊ pr̄ez meum.
Sed ut adimpleat᷑ sermo qui in lege eoꝝ
scriptus est: qꝛ odio habuerunt me gratis.

Cum autez venerit paraclitus quē ego mit=
tam vobis a patre spiritū veritatis q̄ a prē
ꝓcedit: ille testimoniū phibebit de me. Et
vos testimoniū phibebitis: quia ab inicio
Hec locutus sū **XVI** mecū estis.
vobis: ut nō scandalizemini. Absq̧ sy=
nagogis faciēt vos. Sed venit hora: ut oīs
qui interficit vos arbitret̃ obsequiū se pre=
stare deo. Et hec faciēt vobis: q̄ꝛ nō nouert̃
patrē neq̧ me. Sed hec locutus sū vobis:
vt cū venerit hora eoꝝ. reminiscamini: q̄ꝛ e=
go dixi vobis. Hec autez vobis ab inicio
nō dixi: quia vobiscū eram. Et nūc vado ad
euz qui misit me: ⁊ nemo ex vobis interro=
gat me quo vadis. Sed quia hec locutus
sū vobis: tristicia implebit cor vestrū. Sed
ego veritatē dico vobis: expedit vobis vt
et ego vadam. Si enim nō abiero: paracli=
tus nō veniet ad vos. Si aūt abiero: mittā
eū ad vos. Et cū venerit: ille arguet mūdū
de peccato ⁊ de iusticia ⁊ de iudicio. De pccō
quidē: q̄ꝛ nō crediderunt in me. De iusticia
vero: q̄ꝛ ad patrē vado: ⁊ iam nō videbitis
me. De iudicō autē: q̄ꝛ princeps huius mū=
di iam iudicatus est. Adhuc multa habeo
vobis dicere: sed non potestis portaē mō.
Cuz autē venerit ille spūs veritatis: docebit
vos omēz veritatē. Non enim loquet̃ a se=
metipo: sed quecūq̧ audiet loquet̃: et que
vētura sūt annūciabit vobis. Ille me clarifi=
cabit: q̄ꝛ de meo accipiet: ⁊ annūciabit voƀ.
Omnia quecūq̧ habet pater mea sūt. Pro=
pterea dixi q̄ꝛ de meo accipiet: ⁊ annūciabit
vobis. Modicū et iā nō videbitis me. et iterū
modicū ⁊ videbitis me: q̄ꝛ vado ad patrem.
Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicē.
Quid ē hoc qđ dicit nobis modicū et non
videbitis me. et iterū modicum ⁊ videbitis
me ⁊ q̄ꝛ vado ad prēz? Dicebāt ergo. Quid
est hoc qđ dicit modicuz? Nescimus quid
loquit̃. Cognouit autez ihesus q̄ꝛ volebāt
eū interrogare: ⁊ dixit eis. De hoc queritis
inter vos q̄ꝛ dixi modicū ⁊ nō videbitis me:
et iterū modicū ⁊ videbitis me. Amē amen
dico vobis: q̄ꝛ plorabitis ⁊ flebitis vos: mū=
dus autē gaudebit. Vos autem ɔtristabi=
mini: ſʒ tristicia vrā ꝯ̄tetur in gaudiū. Muli=
er cū parit tristiciā habet: q̄ꝛ venit hora eiꝰ.

Cum autem peperit puerū iam nō meminit
pressure ꝓpter gaudiū: q̄ꝛ natus est homo
in mundū. Et vos igit̃ nūc quidē tristiciam
habetis. Iterū autez videbo vos ⁊ gaudebit
cor vestrū: ⁊ gaudiū vrm nemo tollet a vo=
bis. Et in illo die me nō rogabitis quicq̄.
Amē amē dico vobis: si quid petieritis pa=
trem in nomine meo dabit vobis. Vsq̧ mō
nō petistis quicq̄ in nomine meo. Petite ⁊
accipietis: ut gaudiū vrm sit plenū. Hec ī
ꝓuerbijs locutus sum voƀ. Venit hora: cū
iam nō in ꝓuerbijs loquar vobis: sed palā
de patre annūciabo voƀ. In illo die in noīe
meo petetis. Et nō dico vobis: q̄ꝛ ego roga=
bo patrē de voƀ. Ipse enim pater amat vos
q̄ꝛ vos me amastis: ⁊ credidistis q̄ꝛ a deo ex=
iui. Exiui a patre ⁊ veni in mundū: iterū reli=
quo mūdū: ⁊ vado ad prēz. Dicūt ei discipu=
li eiꝰ. Ecce nūc palam loqueris: ⁊ ꝓuerbiū
nullū dicis. Nūc scimus q̄ꝛ scis oīa: ⁊ nō o=
pus ē tibi ut quis te interroget. In hoc cre=
dimus: quia a deo existi. Rn̄dit eis ihesus.
Modo creditis? Ecce venit hora: ⁊ iam venit
vt dispgamini vnusquisq̧ in ꝓpria: ⁊ me so=
lū relinquatis. Et nō sū solus: quia pr̄ me=
cū est. Hec locutus sū vobis: ut in me pacez
habeatis. In mundo pressurā habebitis: sed
confidite: ego vici mundū. **XVII**
Hec locutus est ihūs: ⁊ subleuatis ocu=
lis in celū dixit. Pater venit hora: cla=
rifica filiū tuū. ut filius tuus clarificet te. Si=
cut dedisti ei potestatē omnis carnis: ut omē
qđ dedisti ei det eis vitam eternā. Hec ē au=
tem vita eterna: ut cognoscāt te solum deuz
verū: et quē misisti ihesum cristū. Ego te cla=
rificaui sup terrā: opus ɔsūmaui: qđ dedisti
michi ut faciā. Et nūc clarifica me tu pater
apud temetipm: claritate quā habui prius=
q̄ mundus fieret apud te. Manifestaui no=
mē tuū hominibꝫ: q̄s dedisti michi de mundo.
Tui erant: ⁊ michi eos dedisti: ⁊ sermonem
meū seruauerūt. Nūc cognouert̃: q̄ꝛ omnia
q̄ dedisti michi abs te sūt. Quia ꝟba q̄ dedi=
sti michi dedi eis: ⁊ ipi acceperūt ⁊ cognoue=
rūt vere q̄ꝛ a te exiui: ⁊ crediderūt q̄ꝛ tu me
misisti. Ego ꝓ eis rogo. Nō ꝓ mūdo rogo:
ſʒ ꝓ hijs q̄s dedisti michi: q̄ꝛ tui sūt. Et mea
omnia tua sūt: ⁊ tua mea sunt: et clarificatus

sum in eis. Et iam non sū in mūdo: ⁊ hij in mūdo sūt: ⁊ ego ad te venio. Pater sancte serua eos in nomīe tuo quos dedisti michi: vt sint vnū sicut ⁊ nos. Cū essem cū eis: ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti michi ego custodiui: ⁊ nemo ex eis ꝑijt nisi filius ꝑdicōis: ut scꝑtura impleat᷑. Nūc autē ad te venio: ⁊ hec loquor in mūdo: ut habeāt gaudiū meū impletū in semetipsis. Ego dedi eis sermonē tuū: ⁊ mūdus eos odio habuit: q2 non sūt de mūdo sicut et ego non sū de mūdo. Nō rogo ut tollas eos de mūdo: sed ut serues eos a malo. De mūdo nō sūt: sicut ⁊ ego non sū de mūdo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas ē. Sicut tu me misisti in mundū: ita ⁊ ego misi eos in mūdū. Et pro eis ego sanctifico me ipsū: ut sint ⁊ ipsi sanctificati in veritate. Nō ꝓ eis aūt rogo tantū: s3 ⁊ ꝓ eis qui credituri sūt ꝑ verbū eorū in me: vt omēs vnū sint sicut tu pr̄ in me ⁊ ego in te. ut et ipi in nob᷑ vnū sint: ut credat mūdus q2 tu me misisti. Et ego claritatē quā tu dedisti m̄i dedi eis: vt sint vnū sicut ⁊ nos vnū sumus. Ego i eis et tu in me: ut sint ɔsūmati in vnū: ⁊ cognoscat mūdus q2 tu me misisti: ⁊ dilexisti eos sicut ⁊ me dilexisti. Pater: quos dedisti michi volo ut vbi sū ego ⁊ illi sint mecū: ut videāt claitatē meā quā dedisti michi: q2 dilexisti me an̄ ɔstitucōē mūdi. Pr̄ iuste: mūd᷒ te nō ɔgnouit. Ego aūt te ɔgnoui: ⁊ hij cognouerūt q2 tu me misisti. Et notū feci eis nomē tuū ⁊ notū faciā: ut dilectio q̄ dilexisti me in ipsis sit: ⁊ ego in ipis. XVIII

Hec cū dixisset ihesus: egressus est cū discipulis suis trās torrentē cedrō vbi erat ortus in quē introiuit ipse ⁊ discipuli eius. Sciebat aūt ⁊ iudas qui tradebat eū locū: q2 frequēter ihesus ɔuenerat illuc cū discipulis suis. Iudas ergo cū accepisset cohortē ⁊ a pontificib᷒ ⁊ phariseis ministros: venit illuc cū laternis ⁊ facib᷒ ⁊ armis. Ihs itaq3 sciēs omnia q̄ ventura erāt sup eū: processit ⁊ dixit eis. Quem q̄ritis? Rn̄derūt ei. Ihesum nazarenū. Dicit eis ihesus. Ego sum. Stabat aūt ⁊ iudas q̄ tradebat eū cū ipsis. Vt ergo dixit eis ego sū: abierūt retrorsū: et ceciderūt in terrā. Iterū ergo interrogauit eos. Quē q̄ritis? Illi aūt dixerūt. Ihm nazarenū. Rn̄dit ihesus. Dixi vobis: quia ego sū. Si ergo me queritis: sinite hos abire. Vt impleret᷑ sermo quē dixit: quia quos dedisti michi nō ꝑdidi ex eis quenq̄. Simō ergo petrus habēs gladiū eduxit eū: ⁊ ꝑcussit pontificis seruū. ⁊ abscidit ei᷒ auriculā dexteram. Erat aūt nomen seruo malchus. Dicit ergo ih̄us petro. Mitte gladiū tuū in vaginam. Calicē quē dedit michi pater: non bibam illū? Cohors aūt ⁊ tribunus ⁊ ministri iudeorū ɔprehenderūt ihesū: ⁊ ligauerūt eum et adduxerūt eū ad annā primū. Erat enim socer cayphe: qui erāt pōtifex āni illius. Erat autē cayphas qui ɔsiliū dederat iudeis: q2 expedit vnū hoīem mori ꝓ populo. Seq̄batur autē ihesū simon petrus: ⁊ alius discipulus. Discipulus aūt ille erat notus pontifici: et introiuit cū ihesu in atriū pōtificis. Petrus autē stabat ad ostiū foris. Exiuit ergo discipulus qui erāt notus pontifici: ⁊ dixit ostiarie: ⁊ introduxit petrū. Dicit ergo petro ancilla ostiaria. Nūquid ⁊ tu ex discipulis es hoīs istius? Dicit ille. Nō sum. Stabāt aūt serui et ministri ad prunas q2 frigus erat: ⁊ calefaciebāt se. Erat autē cū eis ⁊ petrus: stās ⁊ calefaciēs se. Pōtifex ergo interrogauit ihesū de discipulis suis: ⁊ de doctrina ei᷒. Respōdit ei ih̄us. Ego palam locutus sum mundo. Ego semꝑ docui in synagoga ⁊ in templo q° omēs iudei ɔueniūt: ⁊ in occulto locutus sū nichil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierūt: quid locutus sim ipsis? Ecce hij sciūt: que dixerim ego. Hec autē cum dixisset: vnus assistēs ministrorū dedit alapam ih̄u dicēs. Sic rn̄des pōtifici? Rn̄dit ei ih̄us. Si male locutus sū: testimoniū perhibe de malo. Si autē bene: quid me cedis? Et misit eum ānas ligatū ad caypham pōtificem. Erat autē simon petrus stās: ⁊ calefaciēs se. Dixerūt ergo ei. Nūquid et tu ex discipulis eius es? Negauit ille ⁊ dixit. Non sum. Dicit ei vnus ex seruis pontificis: ɔgnatus eius cuius abscidit petrus auriculam. Nōne ego te vidi in orto cū illo? Iterū ergo negauit petrus: ⁊ statī gallus cantauit. Adducūt ergo ih̄m ad caiphā in p̄toriū. Erat autem mane. Et ipsi nō introierūt in p̄toriū

vt non ɔtaminarent͛: sed vt manducarent pascha. Exiuit ergo pilatus ad eos foras et dixit. Quam accusacōem affertis aduersus hominē hūc? Rn̄derūt ⁊ dixerūt ei. Si nō esset hic malefactor: nō tibi tradidissem⁹ eū. Dicit ergo eis pilatus. Accipite eū vos: et scd̄m legem v̄ram iudicate eū. Dixerunt ergo ei iudei. Nobis nō licet interficē quēq̄. Vt sermo ihesu impleret͛ quē dixit: significans q̄ morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum in p̄torium pilatus: ⁊ vocauit ihesum: et dixit ei. Tu es rex iudeoꝝ? Rn̄dit ihesus. A temetipso hoc dicis: an alij dixerūt tibi de me? Respōdit pilatus. Nūquid ego iude⁹ sum? Gens tua ⁊ pontifices tradiderunt te michi. Quid fecisti? Rn̄dit ihūs? Regnum meū non est de hoc mūdo. Si ex hoc mūdo esset regnū meū: ministri mei vtiq̄ decertarēt vt non traderer iudeis. Nūc autē regnum meū non ē hinc. Dixit itaq̄ ei pilat⁹. Ergo rex es tu? Rn̄dit ih̄s. Tu dicis: q̄ rex sū ego. Ego ī hoc natus sū: ⁊ ad hoc veni in mūdū: vt testimoniū phibeam veritati. Omīs qui est ex veritate audit vocem meā. Dicit ei pilat⁹. Quid est veritas? Et cū hoc dixisset: iterum exiuit ad iudeos: ⁊ dicit eis. Ego nullam inuenio in eo causam. Est aūt ɔsuetudo vobis: vt vnū dimittam vobis in pascha. Vultis ergo dimittam vobis regē iudeoꝝ? Clamauerūt ergo rursū omēs dicētes. Nō hūc: sed barraban. Erat aūt barrabas latro.

IX

Tunc ergo apprehendit pilatus ihesū: ⁊ flagellauit. Et milites plectētes coronā de spinis imposuerūt capiti eius: ⁊ veste purpurea circūdederūt eum. Et veniebāt ad eū: ⁊ dicebāt. Aue rex iudeoꝝ. Et dabant ei alapas. Exiuit iterū pilatus foras: ⁊ dicit eis. Ecce adduco vobis eum foras: vt cognoscatis quia nullā inuenio in eo causam. Exiuit ergo ih̄s portans spineā coronā: ⁊ purpureū vestimentū. Et dicit eis. Ecce homo. Cū ergo vidissent eū pontifices et ministri: clamabant dicētes. Crucifige: crucifige eū. Dicit eis pilatus. Accipite eum vos: ⁊ crucifigite. Ego enim nō inuenio in eo causam. Rn̄derūt ei iudei. Nos legē habemus: ⁊ scd̄m legem debet mori: q̄ filiū dei se fecit. Cū ergo audisset pilatus hūc ſmonē: magis timuit. Et ingressus est in p̄toriū iterū: ⁊ dicit ad ihesū. Vnde es tu? Ihūs autē responsum nō dedit ei. Dicit ergo ei pilatus. Michi non loqueris? Nescis q̄ potestatem habeo crucifigē te: ⁊ p̄tātē habeo dimittere te? Rn̄dit ihūs. Nō haberes potestatē aduersum me vllā: nisi tibi datū esset desup. Propterea qui me tradidit tibi maius peccatū habet. Et exinde querebat pilatus dimittere eum. Iudei autem clamabāt dicētes. Si hūc dimittis: non es amicus cesaris. Omnis enim qui se regem facit ɔtradicit cesari. Pilatus autem cū audisset hos sermones adduxit foras ih̄m: ⁊ sedit p tribunali ī loco qui dicit͛ lithostratos: hebraice autem gabatha. Erat autē parasceue pasche: hora quasi sexta: et dicit iudeis. Ecce rex vester. Illi autē clamabant. Tolle tolle: crucifige eū. Dicit eis pilatus. Regem vestrū crucifigam? Rn̄derūt pontifices. Non habemus regē: nisi cesarē. Tūc ergo tradidit eis illū: vt crucifigeret͛. Susceperūt autem ih̄m: ⁊ eduxerūt. Et baiulans sibi crucē exiuit in eum qui dicit͛ caluarie locum: hebraice golgotha. Vbi crucifixerūt eū: ⁊ cū eo alios duos hinc ⁊ hinc: medium autē ih̄m. Scripsit autē ⁊ titulū pilatus: et posuit sup crucē. Erat autē scriptū: ih̄s nazarenus rex iudeorū. Hunc ergo titulū multi iudeorū legerūt: q̄ ꝓpe ciuitatē erat locus vbi crucifixus est ihesus. Et erat scriptum hebraice grece ⁊ latine. Dicebant ergo pilato pontifices iudeorū. Noli scribere rex iudeorum: sed q̄ ipse dixit: rex sum iudeorū. Rn̄dit pilatus. Quod scripsi scripsi. Milites ergo cū crucifixissent eum acceperūt vestimēta eius: et fecerūt q̄tuor partes: vnicuiq̄ militi partem. et tunicā. Erat autē tunica inconsutilis: desup ɔtexta p totū. Dixerūt ergo ad inuicē. Nō scindamus eam: sed sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleret͛ dicēs. Partiti sūt vestimēta mea sibi: ⁊ in vestem meā miserunt sortē. Et milites quidē hec fecerūt. Stabāt autē iuxta crucē ihū mater eius: ⁊ soror matris eius maria cleophe ⁊ maria magdalene. Cū vidisset ergo ihūs matrē ⁊ discipulū stantē quē diligebat: dicit matri sue. Mulier: ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam

discipulus in sua. Postea sciēs ihesus quia
oīa ꝯsūmata sūt: ut ꝯsūmaret̃ scꝑtura dic.
Sitio. Vas ergo eāt positū aceto plenū. Illi
autē plenā aceto spongiā ysopo circūponē=
tes: obtulerūt ori ei⁹. Cū ergo accepisꝫ ihe=
sus acetuꝫ dixit. Consūmatū ē. Et inclinato
capite tradidit spiritū. Iudei ergo quoniā
parasceue erat ut nō remanerēt in cruce cō=
pora sabbato: erat enim magnus dies ille
sabbati: rogauerūt pilatū ut frangerentur
eorū crura ⁊ tollerētur. Venerūt ergo milites:
et primi quidē fregerūt crura: ⁊ alterius q̃
crucifixus ē cū eo. Ad ihm aūt cū venissent.
vt viderūt eū iam mortuū nō fregerūt eius
crura: sed vnus militū lancea latus eius ape=
ruit: ⁊ continuo exiuit sanguis ⁊ aqua. Et
qui vidit testimoniū ꝑhibuit: ⁊ verū ē testi=
moniū ei⁹. Et ille scit q̄ vera dicit: ut et vos
credatis. Facta sunt enim hec: vt scriptura
impleret̃. Os nō ꝯminuetis ex eo. Et iterū
alia scriptura dicit. Videbūt in quē trāsfixerūt.
Post hec aūt rogauit pilatū ioseph ab a=
rimathia eo q̄ essꝫ discipulus ihu: occultus
autem ꝓpter metū iudeoꝝ: ut tollēt corpus
ihesu. Et permisit pilatus. Venit ergo: et tu=
lit corpus ihesu. Venit autem ⁊ nicodem⁹
qui venerat ad ihesum nocte primū: ferens
mixturā mirre ⁊ aloes quasi libras centum.
Acceperūt ergo corpus ihu: ⁊ ligauerūt eū
lintheis cū aromatibꝫ sicut mos est iudeis
sepelire. Erat aūt in loco vbi crucifixus est
ortus: ⁊ in ortu monumētū nouū in quo nō=
dū quisq̄ positus erat. Ibi ergo ꝓpter para=
sceuen iudeorū: q̄ iuxta erat monumentum
posuerūt ihm.

XX

Vna aūt sab=
bati maria magdalene venit mane cū
adhuc tenebre essent ad monumētū: et vi=
dit lapidē sublatū a monumento. Cucurrit
ergo ⁊ venit ad simonē petrū: ⁊ ad aliū disci=
pulū quē amabat ihus: et dicit illis. Tule=
rūt dn̄m de monumēto: ⁊ nescimus vbi po=
suerūt eū. Exijt ergo petrus ⁊ ille alius disci=
pulus: et venerūt ad monumētū. Currebāt
aūt duo simul: ⁊ ille alius discipulus precu=
currit cicius petro: ⁊ venit primus ad monu=
mētū. Et cū se inclinasset vidit posita linthe=
amina: nō tamē introiuit. Venit ergo simō
petrus sequēs eū: ⁊ introiuit in monumētū.
Et vidit lintheamina posita: ⁊ sudariuꝫ q̄d
fuerat sup caput eius nō cū linthea minibus
positū: sed separatuꝫ · inuolutū in vnū locum.
Tūc ergo introiuit ⁊ ille discipulus q̃ vene=
rat primus ad monumentū: ⁊ vidit ⁊ credi=
dit. Nondū enim sciebant scꝑturā: q̄ opor=
tuit eū a mortuis resurgere. Abierūt ergo
iterū discipuli ad semetipos. Maria autem
stabat ad monumentū foris plorās. Dū er=
go fleret: inclinauit se ⁊ ꝓspexit in monumē=
tū. Et vidit duos angelos in albis sedētes:
vnū ad caput ⁊ vnū ad pedes: vbi positū eāt
corpus ihu. Dicūt ei illi. Mulier q̃d ploras?
Dicit eis. Quia tulerūt dn̄m meū: ⁊ nescio vbi
posuerūt eū. Hec cū dixisset ꝯūsa ē retrorsū:
et vidit ihm stantē: ⁊ nō sciebat q̄ ihesus ē.
Dicit ei ihus. Mulier quid ploras? Quem
q̄ris. Illa existimās q̄ ortulanus esset: dicit
ei. Dn̄e: si tu sustulisti eū dicito michi vbi po=
suisti eū: ⁊ ego eū tollā. Dicit ei ihus. Maria.
Conūsa illa dicit ei. Rabboni: q̄d dicitur ma=
gister. Dicit ei ihesus. Noli me tangē. Non=
dū enim ascendi ad pr̄em meū. Vade aūt
ad fratres meos: ⁊ dic eis. Ascendo ad pa=
trem meū ⁊ patrem vestrū: deū meū ⁊ deū ve=
strū. Venit maria magdalene annūcians
discipłis q̄ vidi dn̄m: ⁊ hec dixit michi. Cū
ergo sero esset die illo vna sabbatoꝝ ⁊ forēs
essent clause vbi erant discipuli congregati
ꝓpter metuꝫ iudeorū: venit ihesus ⁊ stetit in
medio ⁊ dixit eis. Pax vobis. Et cū hec di=
xissꝫ: ostendit eis manus ⁊ latus. Gauisi sūt
ergo discipuli: viso dn̄o. Dixit ergo eis iterū.
Pax vobis. Sicut misit me pater: et ego
mitto vos. Hec cū dixissꝫ insufflauit: et dicit
eis. Accipite spiritū sanctū. Quorū remiseri=
tis pc̄ca remittūt̃ eis: ⁊ quorū retinueritis
retenta sūt. Thomas aūt vnus ex duodecī
qui dicit̃ didimus nō eāt cū eis quādo venit
ihesus. Dixerūt ergo ei alij discipuli. Vidi=
mus dominū. Ille aūt dixit eis. Nisi videro
in manibꝫ eius fixurā clauoꝝ: et mittā digitū
meū in locū clauorū: ⁊ mittā manū meaꝫ in
latus eius: nō credā. Et post dies octo iterū
erant discipuli eius intus: ⁊ thomas cum eis.
Venit ihs ianuis clausis: ⁊ stetit in medio
et dixit eis. Pax vobis. Deinde dicit thome.
Infer digitū tuū huc ⁊ vide manus meas: et

affer manū tuā ⁊ mitte in latus meū: et noli esse incredulus sed fidelis. Rn̄dit thomas ⁊ dixit. Dominus meus: ⁊ deus meus. Dicit ei ihūs. Quia vidisti me thoma credidisti: beati qui non viderūt ⁊ crediderūt. Multa quidē ⁊ alia signa fecit ihesus in ɔspectu discipulorū suoꝝ: q̄ nō sūt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt ut credatis quia ihesus est filius dei: et vt credentes vitam habeatis in nomine eius.

XXI

Postea manifestauit se iterū ihesus ad mare tiberiadis. Manifestauit aūt sic. Erant simul simon petrus ⁊ thomas q̄ dicit̄ didimus ⁊ nathanael qui erat a chana galilee: ⁊ filij zebedei: ⁊ alij ex discipulis eius duo. Dicit eis simon petrus. Vado piscari. Dicūt ei. Venimus ⁊ nos tecū. Et exierūt et ascenderūt in nauī: ⁊ illa nocte nichil prēdiderūt. Mane aūt facto stetit ihesus ī littore: nō tamē cognouerūt discipuli qꝛ ihesus ē. Dicit ergo eis ihesus. Pueri: nunq̄d pulmētariū habetis? Rn̄derūt ei. Nō. Dicit eis. Mittite in dexterā nauigij rete: ⁊ inuenietis. Miserūt ergo: ⁊ iam nō valebāt illud trahere p̄ multitudine pisciū. Dicit ergo discipulus ille quē diligebat ihūs petro. Dominus ē. Simon petrus cū audissꝫ qꝛ dn̄s est: tunica succinxit se: erāt enim nudus: et misit se in mare. Alij autē discipuli nauigio venerūt. Non enim lōge erāt a terra: sꝫ quasi cubitis ducētis trahentes rete pisciū. Vt ergo descenderūt in terrā viderūt prunas positas: ⁊ piscēz suppositū ⁊ panē. Dicit eis ihesus. Afferte de piscibꝰ quos prēdidistis nūc. Ascendit simon petrus ⁊ traxit rete in terrā: plenū magnis piscibꝰ centūquinq̄ginta tribus. Et cū tanti essent: non est scissum rete. Dicit eis ihūs. Venite prandete. Et nemo audebat discumbentiū interrogare eū tu quis es: sciētes qꝛ dn̄s ē. Et venit ihūs ⁊ accepit panem ⁊ dat eis: ⁊ piscēz similiter. Hoc iā tercio manifestatus ē ihs discipulis suis: cū resurrexissꝫ a mortuis. Cūz ergo prandissꝫ: dixit simoni petro ihs. Simon iohānis diligis me plus hijs? Dicit ei. Etiam domine tu scis: qꝛ amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon iohannis diligis me? Ait illi. Etiam domine tu scis: quia amo te. Dicit ei iterū. Pasce agnos meos. Dicit ei tercio. Simō iohannis amas me? Contristatus ē petrus qꝛ dixit ei t̄cio amas me: ⁊ dicit ei. Dn̄e tu om̄ia nosti: tu scis qꝛ amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen amē dico tibi: cū esses iunior cingebas te: ⁊ ābulabas vbi volebas. Cū aūt senueris extēdes manus tuas: ⁊ alius te cinget: ⁊ ducet quo tu nō vis. Hoc aūt dixit: significans q̄ morte clarificaturus essꝫ deū. Et cū hoc dixissꝫ: dicit ei. Sequē me. Conūsus petrus vidit illū discipl̄m quē diligebat ihs sequētē: q̄ et recubuit in cena sup pectus eiꝰ et dixit: dn̄e quis est qui tradet te. Hūc ergo cū vidissꝫ petrus: dicit ihesu. Domine: hic autē quid? Dicit ei ihs. Sic eū volo manē: donec veniā. Quid ad te? Tu me sequē. Exijt ergo s̄mo iste inter frēs: qꝛ discipulus ille nō morit̄. Et nō dixit ei ihesus nō moritur: sꝫ sic eūz volo manē donec veniā: quid ad te. Hic ē discipulus ille qui testimoniū p̄hibet de hijs: et scripsit hec. Et scimus: qꝛ verū ē testimoniū eiꝰ. Sūt aūt ⁊ alia multa q̄ fecit ihs: q̄ si scribant̄ p̄ singula nec ip̄m arbitror mundū capere posse eos qui scribendi sunt libros. Explic̄ euāgeliū s̄m iohēm. Incip̄ p̄fac̄o sancti

Ieronimi ī oēs ep̄las sc̄i pauli.

Primū querit̄: quare post euāgelia q̄ supplemētūz legis sūt. et in quibꝰ nobis exēpla ⁊ p̄cepta viuēdi plenissime digesta sūt: voluerit apostolus has epistolas ad singulas ecc̄ias destinaē. Hac autē causa factū videt̄: ut scꝫ inicia nascentis ecc̄lie nouis causis existentibꝰ p̄uenīret: et vt p̄n̄tia atq̄ oriētia resecaret vicia: ⁊ post futuras excluderet q̄stiones: exemplo ꝓphaꝝ. qui post editam legē moysi in qua om̄ia dei mādata legebant̄: nichilominus tamē doctrina sua rediuiua semp̄ populi ɔpressere peccata: ⁊ ꝓpter exemplū viuēdi libros ad nostram etiam memoriā transmiserūt. Deinde querit̄: cur nō amplius q̄̄ decem epistolas ad ecc̄ias scripserit. Decem sūt enim cū ea que dicit̄ ad hebreos: nā reliq̄ quatuor ad discipl̄os specialiter sūt porrecte. Vt ostēderet nouū nō discrepaē a veteri testamēto. et se ɔtra legēz non facere moysi: ad numerū

primoꝝ decalogi mādatoꝝ suas epistolas destinauit: ⁊ quot ille p̄ceptis a pharaone instituit liberatos: totidē epistolis a diaboli et ydolatrie seruitute edocet acquisitos. Nam ⁊ duas tabulas lapideas. duoꝝ testamētoꝝ figurā habuisse. viri eruditissimi tradiderūt. Epistolam sane q̄ ad hebreos scribit᷑ quidā pauli non esse affirmāt. eo ꝙ nō sit eius noīe titulata. ⁊ ꝓpter ꝭmonis stiliq̧ distantiā: sed aut barnabe iuxta tertullianū aut luce iuxta quosdam: vel certe clemētis discipuli apostoloꝝ ⁊ episcopi rōne ecc̄ie post apostolos ordinati. Quibꝫ respōdendū ē: si ꝓpterea pauli nō erit q̄ eius nō habꝫ nomē: ergo nec alicuius erit: q̄ nulliꝰ nomine titulat᷑. Q̄d si inconueniēs absurdū q̧ ē: ipsius magis esse credēda ē q̄ tāto doctrine sue fulget eloquio. Sed qm̄ apud hebreoꝝ ecc̄ias quasi destructor legis falsa suspicōe habebat᷑: voluit tacito nomine de figuris legis. et veritate cristi reddē racōꝫ: ne odiū nominis fronte p̄lati. vtilitatē excludēt lectōis. Nō ē sane mirū si eloquētior videat᷑ in ꝓprio. id ē hebreo q̄̄ in pegno id est in greco: quo cetere epistole sūt scripte sermone. Mouet etiam quosdam quaē romanoꝝ epistola ī primo sit posita: cū eā nō p̄mo scriptā ratio manifestet. Nā hāc se ꝓficiscētē ihr̄osolimā sc̄p sisse testat᷑: cū corinthios et alios iam ante ut ministeriū q̄d secū portaturus erat colligerēt litteris adhortatus sit. Sed inde intelligi quidaꝫ volūt ita oīnes epistolas ordinatas. ut prima ponētur quāuis posterior fuerit destinata: ut per singulas epistolas gradibus ad ꝑfectiora veniret᷑. Romanoꝝ nāq̧ pleriq̧ tam rudes erāt. ut nō intelligerēt dei se gratia. et nō suis meritis esse saluatos: ⁊ ob hoc duo inter se populi ꝯflictarēt. Idcirco illos indigere asserit corrigi: vicia gentilitatis p̄ora ꝯmemorans. Corinthijs autem iam dicit sciētie gratiaꝫ ēē ꝯcessam: ⁊ nō tā oīnes increpat: q̄̄ cur peccātes nō increpauert̄ reprehendit sicut ait. Audit᷑ inter vos fornicacō. Et iterum. Cōgregatis vobis cū meo sp̄u: tradē huiusmodi sathane. In sc̄da vero laudāt᷑: et ut magis ac magis ꝓficiant cōmonent᷑. Galathe vēo iam nullius criminis arguūt᷑ nisi hoc tantū. ꝙ callidissimis pseudo apostolis crediderūt. Ephesij sane nulla reprehensione sed multa laude sūt digni: q̄ fidē apostolicā seruauerunt. Philipenses etiā multo magis collaudātur: qui nec audire quidem falsos ap̄los voluerūt. Thessalonicēses nichilominus in duabꝫ epistolis omni laude ꝓsequitur: eo ꝙ nō solū fidem inconcussam seruauerint veritatis: sed etiā in ꝑsecutione ciuiū fuerint cōstantes inuenti. Colosenses aūt t̄les erāt: ut cū ab ap̄lo visi corporaliter nō fuissent: hac laude digni haberētur. Et si corpore inquit absens sum: sed spiritu vobiscū sum gaudens. ⁊ videns ordinē vestrum De hebreis vero quid dicendum est. quoꝝ thessalonicēses q̄ plurimū laudati sūt. imitatores facti esse dicuntur. Sicut ipse ait. Et vos fratres imitatores facti estis ecc̄iaꝝ dei. que sunt in iudea: eadē enim passi estis ⁊ vos a cōtribulibꝫ vestris: que et illi a iudeis. Apud ipos q̄ꝫ hebreos eadē ꝯmemorat dicēs. Nā et vinctis ꝯpassi estis: et rapinā bonoꝝ vr̄oꝝ cū gaudio suscepistis: ꝯgnoscētes vos habē meliorē ⁊ manentē substātiā.

Explicit ꝓlogus generalis in oīnes ep̄las

Incip̄ ꝓlogus specialis in ep̄lam ad rōnos.

R Omani sunt qui ex iudeis et gētibus crediderūt. Hij supba cōtentione volebāt se alterutrū supponere. Nā iudei dicebāt. Nos sumus populꝰ dei. quos ab inicio dilexit ⁊ fouit: nos circūcisi ex genere abrahā. sancta descēdimꝰ ex stirpe: et notus retro apud iudeā tātū deus. Nos de egipto signis dei ⁊ virtutibꝫ liberati mare sicco ptrāsiuimꝰ pede: cū inimicos nostros grauissimi fluctꝰ inuoluerēt. Nobis pluit māna dn̄s in deserto: ⁊ quasi filijs suis celeste pabulū ministrauit. Nos die noctuq̧ ī colūna nubis ignisq̧ p̄cessit: ut nobis ī inuio iter ostēderet. Atq̧ ut cetera eiꝰ circa nos immēsa beneficia taceamꝰ: nos soli digni fuimꝰ dei legē accipe. ⁊ vocē dei loquētis audire: eiusq̧ cognoscē volūtatē. In q̄ lege nobis ꝓmissus est cristus: ad quos etiā ipse se venisse testatus est dicēs. nō veni nisi ad oues que pierāt domꝰ isrl̄: cū vos canes potius q̄̄ homines appellauerit. Equū

ne ergo est ut ydola hodie deserentes. qui-
bꝫ ab inicio deseruistis. nobis cōparemini:
⁊ nō potius in ꝓselitorum locū ex legis au-
ctoritate ⁊ cōsuetudine deputemini? Et hoc
ipm nō merebami: nisi quia larga semp dei
clemētia voluit vos ad nostrā imitationē
admittere. Gentes etiā ecōtrario respōde-
bāt. Quāto eni maiora erga vos dei bene-
ficia narraueitis: tāto maioris vos crimini
reos esse mōstrabitis. Semp enim hijs o-
mnibꝫ extitistis ingrati. Nā ipsis pedibꝫ qui-
bꝫ aridū mare trāsistis. ludebatis ante ydo-
la que fecistis: et ipo ore quo paulo āte ob
necē adūsarioꝝ domino cātaueratis. simu-
lacra vobis fieri poposcistis: illis oculis qbꝫ
venerādo deum in nube vel igne cōspiscere
solebatis: simulacra intuebamini. Manna
qꝫ vob fastidio fuit: ⁊ semp in deserto ɔtra
dn̄m murmurastis: ad egiptum vnde vos
manū valida eiecerat redire cupiētes. Quid
pluras? Ita patres vr̄i crebra ꝓuocacōne do-
minū irritauerūt. ut omes in heremo more-
rēt: nec plus ex senioribꝫ eoꝝ q̄ duo hoies
terram repromissionis intrarēt. Sed quid
āntiqua replicamus: cū etiā si illa minime fe-
cissetis. de hoc solo. nemo vos dignos ve-
nia iudicaret. q̄ dn̄m cristū ꝓphaꝝ semper
vob vocibꝫ repromissum nō solū suscipere
noluistis ꝫ etiam morte pessima pemistis?
Quem vt nos cognouimus statim credidi-
mus: cū nobis de eo antea nō fuerit p̄dica-
tum. Vnde ꝓbatꝰ q̄ ydolis seruiuimus. nō
obstinacōni mētis: ꝫ ignorātie deputandū.
Qui enim ɔgnitū ilico sequimꝰ: olim vtiqꝫ se-
q̄remur si ātea cognouissemus. Sic autē
vos de generis nobilitate iactatis: quasi
nō morū imitacō magis q̄ carnalis natiuitas
filios vos faciat esse scōꝝ. Deniqꝫ esau ⁊ ys-
mahel cū de stirpe sint abrahe: minime tamē
in filios reputātur. Hijs taliter altercātibꝫ.
apostolus se mediū interponēs: ita partiū
dirimit q̄stiones. ut neutrū eoꝝ sua iusticia
salutē meruisse ɔfirmet: ambos vero ꝑplos
et scienter ⁊ grauiter deliquisse: iudeos q̄ p
p̄uaricacōez legis deū inhonorauerint: gē-
tes vero q̄ cū cognitū de creatura creatorē
vt deum debuerint venerari. gloriā eius in
manufacta mutauerint simulacra: vtrosqꝫ
etiam similiter veniā ɔsecutos. equales esse
veracissima racōe demōstrat: p̄sertim cum in
eadē lege p̄dictū ⁊ iudeos ⁊ gētes ad cri-
sti fidē vocādos eē ostēdat. Quāobrē vicis-
sim eos humiliās: ad pacē ⁊ ɔcordiā cohortatꝰ.

Explicit ꝓlogus specialis. Incipit argumentū

Romani sūt partis ytalie. Hij
preuenti sunt a falsis aplis:
et sub nomine domini nostri
ihesu cristi in legem ⁊ ꝓphas
erant inducti. Hos reuocat
apostolus ad veram et euangelicam fidem
scribens eis a corintho.

Explicit argumentū

Incip̄ epistola beati pauli apli ad romanos

P

Paulus seruus ihu cri-
sti. vocatus apostolꝰ
segregatus in euāge-
liū dei. qd ante ꝓmise-
rat p ꝓphetas suos in
scripturis sanctis de
filio suo. qui factus ē
ei ex semie dauid scd̄z carnē: q̄ p̄destinatus
est filius dei in ꝩtute scd̄m spiritū sanctifica-
tionis ex resurrectiōe mortuoꝝ ihesu cristi
dn̄i nr̄i: p quē accepimꝰ gratiam et aposto-
latū ad obediēdū fidei in omnibꝫ gentibus
pro nomine eius: in quibꝫ estis ⁊ vos vo-
cati ihesu cristi: omnibꝫ q̄ sūt rome. dilectis
dei vocatis sanctis. Gratia vobis ⁊ pax a
deo patre ⁊ domino nr̄o ihesu cristo. Primū
quidē gratias ago deo meo p ihesū cristū p
omnibꝫ vobis: quia fides vr̄a ānūciatur in
vniuerso mūdo. Testis eni michi est deus
cui seruio in spiritu meo in euāgelio filij eius
q̄ sine intermissiōe memoriam vestri facio
semp in orationibꝫ meis: obsecrans si quo
mō tandē aliquādo ꝓsperū iter habeā in vo-
lūtate dei veniēdi ad vos. Desidero enim vi-
dere vos: ut aliq̄d impertiar vobis gratie
spiritualis ad cōfirmādos vos: id est simul
cōsolari in vobis p eā que inuicē est fidem
vestrā atqꝫ meā.

II

Nolo aūt vos ignorare fra-
tres: quia sepe ꝓposui venire ad vos ⁊ ꝓhibi-
tus sum vsqꝫ adhuc: ut aliquē fructū habe-
am in vobis sicut ⁊ in ceteris gentibꝫ. Gre-
cis ac barbaris sapiētibꝫ ⁊ insipiētibꝫ debitor
sum: itaqꝫ quod in me ꝓmptū est ⁊ vobis q̄
rome estis euangelizare. Nō enim erubesco

euangeliū. Virtus enim dei est in salutē omi
credēti: iudeo primū ⁊ greco. Justicia enim
dei in eo reuelatur ex fide in fidē: sicut scptū
est. Justus autē ex fide viuit. Reuelat enī
ira dei de celo sup oēm impietatē ⁊ iniusticiā
hominū: eoꝝ qui veritatē dei in iniusticia de-
tinēt: q2 qđ notū ē dei manifestū est in illis.
Deus enim illis reuelauit. Inuisibilia enim
ipius a creatura mūdi p ea q̄ facta sūt intel-
lecta ↄspiciūt: sempiterna q3 eius virtus ⁊
diuinitas: ita ut sint inexcusabiles. Quia cū
cognouissent deū nō sicut deū glorificarunt
aut gratias egerūt: s3 euanuerūt in cogita-
tionib3 suis: ⁊ obscuratū est insipiēs cor eo-
rū. Dicētes enim se esse sapiētes: stulti facti
sūt. Et mutauerūt gloriā incorruptibilis dei
in similitudinē imaginis corruptibilis hoīs:
et volucrū ⁊ quadrupedū ⁊ serpentiū. Pro-
pter qđ tradidit illos deus in desideria cor-
dis eoꝝ ī immūdiciā: ut ↄtumelijs afficiāt
corpora sua in semetipsis. Quia ↄmutauert
veritatē dei in mendaciū: ⁊ coluerūt ⁊ seruie-
rūt creature potius q̄ creatori: qui est bñdi-
ctus in secula amē. Proptēa tradidit illos
deus in passiōes ignominie. Nā femie eoꝝ
immutauerūt naturalē vsū: in eum vsū qui ē
contra naturā. Similiter autē ⁊ masculi reli-
cto naturali vsu femine exarserūt in deside-
rijs suis in inuicē: masculi in masculos tpi-
tudinē operātes: ⁊ mercedē quā oportuit
erroris sui in semetipsis recipiētes. Et sicut
nō pbauerūt deum habere in noticia: tradi-
dit illos deus in reprobū sensū: ut faciāt ea
que nō ↄueniūt: repletos omni iniquitate:
malicia: fornicacōne: auaricia: nequicia: ple-
nos inuidia: homicidijs: ↄtencōe: dolo: ma-
lignitate: susurrones: detractoēs: deo odibi-
les: ↄtumeliosos: suphos: elatos: inuētores
maloꝝ: parētib3 nō obediētes: insipientes:
incompositos: sine affectōe: absq3 fedē: sine
misericordia. Qui cū iusticiā dei ↄgnouissēt:
nō intellexerūt quoniā qui talia agūt dig̃
sunt morte: nō solum qui ea faciunt: sed eti-
am qui consentiunt facientib3.

II

Propter qđ inexcusabilis es o homo
omis qui iudicas. In quo enim iudi-
cas alterū: teipsū ↄdēnas. Eadē enim agis
q̄ iudicas. Scimus enim: quoniā iudiciū
dei est scđm veritatē in eos q̄ talia agūt. Exi-
stimas autē hoc o homo q̄ iudicas eos qui
talia agūt ⁊ facis ea: q2 tu effugies iudiciū
dei? An diuitias bonitatis eius ⁊ paciētie et
lōganimitatis ↄtēnis? Ignoras quoniā be-
nignitas dei ad penitentiā te adducit? Se-
cūdū autem duriciā tuā ⁊ impenitēs cor the-
saurisas tibi iram in die ire ⁊ reuelacōnis iu-
sti iudicij dei: q̄ reddet vnicuiq3 scđm opera
eius. Hijs quidē qui scđm paciētiam boni o-
peris: gloriā ⁊ honorē et incorrupcōem que-
rentib3 vitā eternā. Hijs autē q̄ sūt ex ↄtē-
cōne ⁊ qui nō acquiescūt veritati: credūt au-
tem iniq̄tati: ira: et indignacō: tribulacō: et
angustia in omē3 animā hominis operantis
malū: iudei primū ⁊ greci. Gloria aūt et ho-
nor ⁊ pax omi operāti bonū: iudeo primū et
greco. Nō enim est accepcō psonaꝝ apud
deū. Quicūq3 enim sine lege peccauerūt: si-
ne lege peribūt: ⁊ quicūq3 in lege peccauerīt:
p legem iudicabūt. Nō enim auditores le-
gis iusti sūt apud deum: s3 factores legis iu-
stificabūtur. Cū enim gētes q̄ legem nō ha-
bēt naturaliter ea q̄ legis sūt faciūt: eiusmo-
di legem nō habētes ipsi sibi sūt lex: q̄ ostē-
dūt opus legis scriptū in cordib3 suis: testi-
moniū reddēte illis ↄsciā ipoꝝ ⁊ inter se in-
uicē cogitationū accusantiū aut etiā defendē-
tiū: in die cū iudicabit deus occulta hominū
scđm euāgeliū meū p ihesum cristū. Si aūt
tu iudeus ↄgnominaris ⁊ requiescis ī lege:
et gloriaris in deo: et nosti volūtatē eius: et
pbas vtiliora instructus p legē: ↄfidis te
ipm ēē ducē cecoꝝ: lumē eoꝝ q̄ in tenebris
sūt: eruditorē insipientiū: magistrū infantiū:
habentē formā sciētie ⁊ veritatis ī lege: q̄ er-
go aliū doces teipsū nō doces. Qui pdicas
nō furandū furaris: q̄ dicis nō mechandum
mecharis. Qui abominaris ydola: sacrilegiū
facis. Qui in lege gloriaris: p puaricacōem
legis deum inhonoras. Nomē enim dei per
vos blasphemat inter gētes: sicut scriptū
ē. Circūcisio quidē pdest si legē obserues:
si autē puaricator legis sis: circūcisio tua p-
putiū facta ē. Si igit pputiū iusticias legis
custodiat: nōne pputiū illius in circūcisionē
reputabitur? Et iudicabit id qđ ex natura
est pputiū legē ↄsummās te: qui p litteram

III

S IIII

b

bI

c

et circūcisionē ꝑuaricator es legis. Nō enī
qui in manifesto iudeus ē neqʒ q̄ in manife-
sto in carne est circūcisio: sed qui ī abscondi-
to iudeus ē ⁊ circūcisio cordis in spū nō lr̄a:
cuius laus nō ex hominibꝫ ſʒ ex deo ē.

III

VII

Quid ergo amplius iudeo. aut q̄ vtili-
tas circūcisionis? Multū p oēʒ modū.
Primū quidē: q̄ credita sūt illis eloq̄a dei.
Quid enim si quidam illoꝝ nō crediderūt?
Nūquid incredulitas illoꝝ fidē dei euacua-
uit? Absit. Est aūt deus verax: oīs autem
homo mēdax sicut scriptū est: ut iustificeris
in sermonibꝫ tuis ⁊ vincas cū iudicaris. Si
aūt iniquitas nostra iusticiā dei cōmendat:
quid dicemus? Nūquid iniquus ē deus:
qui infert iram? Secundū hoīem dico. Ab-
sit. Alioquī quomodo iudicabit deus hūc
mūdū? Si enim veritas dei ī meo mēdatio
abūdauit in gloriā ipsius: quid adhuc et e-
go tāq̄ꝫ peccator iudicor ⁊ nō sicut blasphe-
mamᷣ. et sicut aiūt quidā nos dicere. facia-
mus mala ut veniāt bona? Quoꝝ dampnacō
iusta est. Quid ergo? Precellimus eos?
Nequaq̄ꝫ. Causati enim sumus iudeos et
grecos oēs sub peccato esse: sicut scriptū
est. Quia nō est iustus quisq̄ꝫ: nō est intelli-

VIII

gēs: nō est requirēs deuʒ. Omēs declinaue-
rūt simul inutiles facti sūt: nō est qui faciat
bonū nō est vsqʒ ad vnū. Sepulcrū patēs
est guttur eoꝝ: linguis suis dolose agebāt:
venenū aspidū sᷓb labijs eoꝝ. Quoꝝ os
maledictōe ⁊ amaritudine plenū ē: veloces
pedes eoꝝ ad effundendū sanguinē. Cōtri-
tio ⁊ infelicitas in vijs eoꝝ: et viā pacis nō
cognouerūt: nō est timor dei ante oculos
eoꝝ. Scimus autē: quoniā quecūqʒ lex lo-
quitᷣ hijs q̄ in lege sūt loquitᷣ. Ut oē os
obstruatᷣ et sᷓbditus fiat oīs mūdus deo:
q̄ ex operibꝫ legis nō iustificabitᷣ oīs caro
coram illo. Per legē enim cognicō peccati.
Nūc aūt iusticia dei sine lege manifesta ē:
testificata a lege ⁊ ꝓphetis. Iusticia aūt dei
p fidē ihesu cristi: in oēs ⁊ sup oēs qui cre-
dūt in eū. Nō enim est distinctio. Oēs enī
peccauerūt: ⁊ egēt gloria dei. Iustificati gra-
tis p gratiā ipsius p redēptionē que est in
cristo ihesu: quē ꝓposuit deus ꝓpiciatoreʒ p
fidē in sanguine ipsius ad ostēsionē iusticie

sue ꝓpter remissionē ꝑcedentiū delictoꝝ in
sustentacōe dei ad ostensionē iusticie eius
in hoc tempoē: ut sit ipe iustus ⁊ iustificans
eū q̄ ex fide ē ihesu cristi. Ubi ē ergo glori-
atio tua? Exclusa ē. Per quā legeʒ? factο-
rū? Nō. Sed p legē fidei. Arbitramur enī
iustificaī hoīeʒ p fidē: sine opibꝫ legis. An iu-
deoꝝ deꝰ tm̄? Nōne ⁊ gentiū? Immo ⁊ gētiū.
Qm̄ quidē vnus ē deꝰ q̄ iustificat circūcisionē
ex fide: ⁊ ꝑputiū p fidē. Legē ergo destruimꝰ
p fidē? Absit. Sed legē statuimꝰ.

P

IIII

Quid ergo dicemus inuenisse abrahā
prēm nostrū scđm carnē? Si enim a-
brahā ex opibꝫ iustificatus est. habet gliaʒ:
sed nō apud deū. Quid enim dicit scriptura?
Credidit abrahā deo: ⁊ reputatū est illi ad
iusticiā. Ei aūt qui opeatᷣ. merces nō impu-
tatᷣ scđm gratiā: sed scđm debitū. Ei vero q̄
nō operatᷣ. credēti aūt in eum qui iustificat
impiū reputatᷣ fides eius ad iusticiā scđm
ꝓpositū gratie dei: sicut ⁊ dauid dicit beatitu-
dinē hominis cui deus accepto fert iusticiā
sine operibꝫ. Beati quoꝝ remisse sūt iniqui-
tates: ⁊ quoꝝ tecta sunt pecca. Btūs vir cui
nō imputabit dn̄s peccatū. Beatitudo ergo

II

hec in circūcisione manet: an etiaʒ in ꝑputio?
Dicimus enim: q̄ reputata ē abrahe fides
ad iusticiā. Quō ergo reputata ē? In circū-
cisione: an in preputio. Non in circūcisione:
sed in prepucio. Et signum accepit circūcisi-
onis signaculuʒ iusticie fidei que est in ꝑpu-
tio: ut sit pater omniū credētiū p ꝑputiū: ut
reputetᷣ ⁊ illis ad iusticiā. Et sit pater circū-
cisionis: nō hijs tātū qui sūt ex circūcisione:
sed ⁊ hijs qui sectātᷣ vestigia fidei q̄ est in
ꝑputio patris nostri abrahe. Nō enim per le-
gem ꝓmissio abrahe aut semini eius ut hēs
esſʒ mūdi: ſʒ p iusticiā fidei. Si enim qui ex
lege heredes sūt. exinanita ē fides: abolita
est ꝓmissio. Lex enim iram operatᷣ. Ubi enī
nō est lex: nec ꝑuaricacō. Ideo ex fide: vt
scđm grāʒ firma sit ꝓmissio oīm semini. Nō
ei qui ex lege ē solū: sed ⁊ ei qui ex fide ē a-
brahe qui pater est oīm nostrū: sicut scriptū
est. Quia prēm multaꝝ gentiū posui te an-
te deū cui credidisti: qui viuificat mortuos:
et vocat ea q̄ non sūt tanq̄ꝫ ea que sūt. Qui

III

cōtra spem ī spem credidit: ut fiēt prī multaꝝ

gentiū: secūdū q̄ dictū ē ei. Sic erit semen tuū: sicut stelle celi ⁊ arena maris. Et nō infirmatus est in fide: nec cōsideravit corpus suū emortuū · cū iam fere centū esset ānorꝝ: et emortuā vuluā sare. In repromissiōe etiam dei nō hesitavit diffidētia: sed cōfortatꝰ est fide dans gloriā deo: plenissime sciens. q̄ quecūq̄ ꝓmisit deus potēs est ⁊ facere. Ideo et reputatū est illi ad iusticiam. Nō ē aūt scriptū tm̄ ꝓpter ipsū q̄ reputatū ē illi ad iusticiā: sed et ꝓpter nos quibꝰ reputabitur credētibus in eū qui suscitavit ihesum cristū dn̄m nostrū a mortuis: qui traditꝰ ē ꝓpter delicta nrā · ⁊ resurrexit ꝓpter iustificacionē nostrā.

IIII

Iustificati ergo ex fide pacē habeamꝰ ad deū p dn̄m nostrum ihesū cristū: per quē habemus accessum per fidē in gratiā istā: in qua stamus ⁊ gloriamur in spe glorie filiorū dei. Nō solū aūt: s; et gloriamur ī tribulationibꝰ: sciētes q̄ tribulatio pacientiā operatᷣ: paciencia aūt ꝓbationē: ꝓbatio vero spem. Spes aūt nō cōfundit: quia caritas dei diffusa ē in cordibꝰ nostris: per spiritū sanctū qui datus est nobis. Ut quid eni cristus cū adhuc infirmi essemus secūdū tēpus ꝓ impijs mortuus ē? Vix eni pro iusto quis moritᷣ. Nam ꝓ bono forsitan quis audeat mori. Cōmēdat aūt caritatē suā deus ī nobis: quoniam cū adhuc peccatores essemus secūdū tempus: cristus ꝓ nobis mortuus est. Multo igitᷣ magis nūc iustificati in sanguine ipsius salui erimꝰ ab ira per ipsum. Si eni cū inimici essemꝰ recōciliati sumus deo · p mortē filij eius: multo magis recōciliati salui erimus in vita ipsius. Nō solum aūt: sed ⁊ gloriamur ī deo p dn̄m nostrū ihesū cristū: p quē nūc recōciliationē accepimus. Propterea sicut p vnū hominē peccatū in hūc mundū intravit ⁊ p peccatū mors: et ita in omēs homines mors ptrāsijt: in quo omēs peccaverūt. Usq; ad legem eni peccatū erat in mūdo. Peccatū aūt nō imputabatᷣ cum lex non esset: sed regnavit mors ab adam usq; ad moysen · etiā in eos qui nō peccaverūt in similitudinē ꝑuaricationis ade: qui ē forma futuri. Sed nō sicē delictū: ita ⁊ donū. Si enim vnius delicto multi mortui sunt: multo magis gratia dei ⁊ donū · ī gratia vnius hominis ihesu cristi · in plures abūdavit. Et nō sicut p vnū peccatū: ita et donū. Nam iudiciū ex vno ī cōdemnationē: gratia aūt ex multis delictis in iustificationē. Si enim vnius delicto mors regnavit p vnū: multo magis abundātiā gratie et dona cōnis et iusticie accipientes in vita regnabūt per vnū ihesum cristū. Igitᷣ sicut per vnius delictum in omēs homines ī cōdemnatōnem: sic ⁊ per vnius iusticiā in omēs homines in iustificationē vite. Sicut enim p inobedientiā vnīꝰ hominis peccatores constituti sunt multi: ita et p vnius obedicōnem iusti constituentur multi. Lex aūt subintravit: ut abūdaret delictū. Ubi aūt abūdavit delictū · supabūdavit gratia: ut sicut regnavit peccatū ī mortē; ita ⁊ gratia regnet p iustitiā in vitā eternā: per ihesum cristū dn̄m nostrum.

VI

Quid ergo dicemꝰ? Manebimꝰ ī peccō: vt grā abūdet? Absit. Si eni mortui sumus peccato: quomō adhuc vivemus in illo? An ignoratis fratres: q̄ quicūq; baptizati sumus ī cristo ihesu ī morte ipsius baptizati sumus? Cōsepulti enim sumꝰ cū illo per baptismū in mortē: ut quomō cristus surrexit a mortuis per gloriā patris: ita ⁊ nos in novitate vite ābulemꝰ. Si enim cōplātati facti sumus similitudini mortis eius: simul ⁊ resurrectōnis erimꝰ. Hoc scientes: quia vetus homo noster simul crucifixus est ut destruatur corpus peccati: ut vltra non serviamus peccato. Qui eni mortuus est: iustificatus est a peccato. Si aūt mortui sumus cū cristo credimꝰ quia simul etiā vivemus cū cristo: scientes q̄ cristus resurgens ex mortuis iam nō moritur: mors illi vltra nō dn̄abitᷣ. Quod eni mortuus est peccato · mortuus est semel: qđ aūt vivit vivit deo. Ita ⁊ vos existimate vos mortuos quidē esse peccato: viventes aūt deo in cristo ihesu. Non ergo regnet peccatū ī vestro mortali corpore: ut obediatis concupiscentijs eius. Sed neq; exibeatis menbra vestra arma iniq̄tatis peccato: sed exibete vos deo tanquā ex mortuis viventes: ⁊ menbra vestra arma iusticie deo. Peccatū enim vobis nō dn̄abitur. Nō eni sub lege estis: sed sub gratia. Quid

ergo? Peccabimus: quoniā non sumus sb lege sed sub gratia? Absit. An nescitis qm cui exhibetis vos seruos ad obediendum: serui estis eius cui obedistis. siue pcci ad mortē siue obediciōis ad iusticiā? Gratias aūt deo q fuistis serui pcci: obedistis autem ex corde. in eā formā doctrine in q̄ traditi estis. Liberāti aūt a pcco: serui facti estis iusticie. Humanū dico: ppter infirmitatē carnis vestre. Sicut enim exhibuistis mēbra vestra seruire immūdicie et iniquitati ad iniqtatē: ita nūc exhibete mēbra vr̄a seruire iusticie in sanctificacōem. Cū enim serui essetis peccati: liberi fuistis iusticie. Quē ergo fructum habuistis tūc i illis: in qb9 nūc erubescitis? Nam finis illorū mors est. Nūc vero liberati a pcco. serui aūt facti deo: habetis fructū vestrū in sanctificacōez: finē vero vitaz eternam. Stipendia enim pcci mors: grā autē dei vita etna. in cristo ihu dn̄o nr̄o. VII

An ignoratis frēs sciētib9 enim legez loquor: q lex i hoie dn̄at quāto tpe viuit? Nā que sub viro est mulier: viuente viro alligata est legi. Si aūt mortuus fuerit vir eius: soluta est a lege viri. Igitur viuēte viro vocabit adultera si fuerit cū alio viro: si aūt mortuus fuerit vir eius. liberata est a lege viri: vt non sit adultera si fuerit cū alio viro. Itaqz fratres mei et vos mortificati estis legi p corpus cristi: ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit: ut fructificetis deo. Cū eni essemus in carne. passiones peccatorū que p legez erāt operabant in membris nostris: ut fructificarēt morti. Nūc autem soluti sumus a lege mortis. in qua detinebamur: ita ut seruiamus in nouitate spiritus et nō in vetustate littere. Quid ergo dicemus? Lex pccm est? Absit. Sed peccatū nō cognoui: nisi p legē. Nā ɔcupiscentiam nesciebā: nisi lex diceret. Nō ɔcupisces. Occasione aūt accepta. pccm p mandatū operatū ē in me omēz ɔcupiscentiā. Sine lege enim peccatū mortuū erat. Ego aūt viuebā sine lege aliquādo. Sed cū venissz mandatū: pccm reuixit. Ego autez mortuus sū: et inuentū est michi mandatū quod erat ad vitā: hoc eē ad mortē. Nā peccatū occasione accepta p mandatū seduxit me: et per illud occidit. Itaqz lex quidē sancta: et mandatū scm̄ et iustū et bonū. Quod ergo bonū est m̄ factum est mors? Absit. Sed peccatū ut appareat peccatū p bonū operatū ē michi mortē: ut fiat supra modū peccās pccm p mādatū. Scimus eni: q lex spūalis est. Ego aūt carnalis sū: venūdatus sb pcco. Quod enim operor nō intelligo. Non eni qd volo bonū hoc ago: sed quod odio malū illud facio. Si aūt qd nolo illud facio: consentio legi qm bona est. Nūc aūt iā non ego operor illud: sed qd habitat in me pccm. Scio eni: q nō habitat in me. hoc est in carne mea. bonū. Nā velle adiacet michi: pficere aūt bonū nō inuenio. Nō enim quod volo bonū hoc facio: sed qd nolo malū hoc ago. Si autez qd nolo illud facio: iā nō ego operor illud: sed qd habitat in me peccatū. Inuenio igit legē volēti michi facē bonū: quoniā michi malū adiacet. Cōdelector enim legi dei scdz interiorē hoiez. Video aūt aliā legē in membris meis. repugnātem legi mētis mee: et captiuantē me in lege pcci que est in membris meis. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei: p ihesū cristū dn̄m nr̄m. Igit egoipse mēte seruio legi dei: carne aūt legi pcci. VIII

Nichil ergo nūc damnacōis est hijs qui sūt in cristo ihesu: qui nō scdm carnē ambulāt. Lex eni spūs vite i cristo ihesu: liberauit me a lege pcci et mortis. Nā qd impossibile erat legi in quo infirmabat p carnē: de9 filiū suū mittēs in similitudinē carnis pcci: et de pcco dānauit peccatū in carne. ut iustificacō legis impleretur in nob: q non scdz carnē ābulamus: sed scdz spiritū. Qui enim scdz carnē sūt. q̄ carnis sūt sapiūt: qui vero secūdū spiritū sūt: que sūt spūs sentiūt. Nam prudentia carnis mors est: prudentia autē spūs vita et pax. Quoniā sapientia carnis inimica est deo. Legi enim dei nō est subiecta: nec eni potest. Qui aūt in carne sūt: deo placere nō possunt. Vos aūt in carne nō estis sz in spū: si tamē spūs dei habitat in vobis. Si qs aūt spiritū cristi nō habet: hic nō est ei9. Si aūt cristus in vobis est: corpus quidez mortuū ē ppter pccm: spūs vero viuit ppter iustificacōez. Qd si spūs eius qui suscitauit

ihesum a mortuis habitat in vobis: qui susci-
tauit ihesum cristum a mortuis viuificabit et
mortalia corpora vestra: ꝓpter inhabitātē
spiritū eius in vobis. Ergo fratres debito-
res sumus: nō carni ut scd̄m carnē viuamus.
Si eni secundū carnē vixeritis· moriemini:
si autē spiritu facta carnis mortificaueritis·
viuetis. Quicūq3 enim spiritu dei aguntur:
hij sunt filij dei. Nō enim accepistis spiritū
seruitutis iterū i timore: sus cepistis spiritum
adopcōnis filiorum dei: i quo clamamus ab-
ba pater. Ipse eni spiritus testimoniū red-
dit spiritui nostro: q sumus filij dei. Si aūt
filij et heredes: heredes quidē dei· coheredes
aūt cristi: si tamē cōpatimur ut et conglorifice-
mur. Existimo eni: q nō sunt cōdigne pa-
ssiones huius tēporis ad futurā gloriā· q re-
uelabit in nobis. Nā exspectatio creature
reuelationē filiorum dei exspectat. Vanitati e-
nim creatura subiecta ē non volēs: sed pro-
pter eū qui subiecit eā i spe: quia et ipa crea-
tura liberabit a seruitute corruptiōis in lib-
tatē glorie filiorum dei. Scimus enim: q o-
mnis creatura ingemiscit et parturit usq3 ad
huc. Non solū aūt illa: sed et nos ipsi primitias
spiritus habētes· et ipsi intra nos gemimus
adoptionē filiorum dei: exspectātes redēpti-
onē corporis nostri. Spe eni salui facti su-
mus. Spes aūt q videtur nō est spes. Nā
qd videt quis qd sperat? Si aūt quod nō
videmus speramus: per pacientiam exspe-
ctamus. Similiter aūt et spiritus adiuuat
infirmitatē nostrā. Nam qd oremus sicut
oportet nescimus: sed ipse spiritus postulat
p nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui au-
tē scrutatur corda· scit qd desideret spiritus:
quia secūdū deū postulat p sanctis. Scimus
aūt quoniā diligētibus deū· omnia cooperan-
tur in bonū: hijs q secūdū ꝓpositū vocati sūt
sancti. Nam quos p̄sciuit et p̄destinauit con-
formes fieri ymaginis filij sui: ut sit ipse pri-
mogenitus in multis fratribus. Quos aūt p-
destinauit hos et vocauit: et quos vocauit
hos et iustificauit. Quos autem iustificauit:
illos et glorificauit. Quid ergo dicemus
ad hec? Si deus pro nobis: quis contra
nos? Qui etiā ꝓprio filio non pepercit: sed
p nobis omnibus tradidit illū. Quomō non

VII

VIII

P

etiam cum illo omnia nobis donauit? Quis
accusabit aduersus electos dei? Deus qui
iustificat. Quis est qui condemnet? Xp̄us
ihesus qui mortuus est ymmo qui et resur-
exit: qui est ad dexteram dei: qui etiam inter-
pellat pro nobis. Quis ergo nos separa-
bit a caritate cristi? Tribulatio angustia an
fames an nuditas an periculum: an p̄secu-
tio an gladius? Sicut scriptū ē. Quia pro-
pter te mortificamur tota die: estimati sumus
sicut oues occisionis. Sed in hijs omnibus
superamus: ꝓpter eū q dilexit nos. Certus
sum eni: q neq3 mors neq3 vita neq3 ange-
li neq3 p̄ncipatus neq3 virtutes neq3 instā-
tia neq3 futura neq3 fortitudo neq3 altitudo
neq3 ꝓfundū neq3 creatura alia poterit nos
separare a caritate dei: q est i cristo ihe-
su dño nostro.

IX

Veritatē dico in cristo ihesu· non mentior· testimoniū
michi p̄hibēte consciencia mea in spiritu san-
cto: quoniā tristicia michi est magna: et cō-
tinuus dolor cordi meo. Optabam eni ego i-
pse anathema esse a cristo p fratribus meis q
sūt cognati mei secundū carnem qui sūt isra-
helite: quorum adoptio est filiorum et gloria et
testamentū et legislatio et obsequiū et p̄mis-
sa: quorum patres ex quibus cristus secūdum
carnē· qui est sup omnia deus benedictus in
secula amen. Nō aūt q exciderit verbum dei.
Nō eni omnes qui israhel hij sunt israhelite:
neq3 qui semē sunt abrahe omes filij. Sed
in ysaac vocabit tibi semen: id est nō qui fi-
lij carnis hij filij dei: sed q filij sunt p̄missiōis
estimāt in semine. Promissionis eni verbū
hoc ē. Secundū hoc tēpus veniā: et erit sare
filius. Nō solū aūt illa: sed et rebecca ex vno
cōcubitu habēs ysaac patris nostri. Cū eni
nondū nati fuissent aut aliqd boni egissent
aut mali: ut secūdū electōnem ꝓpositum dei
maneret· nō ex operibus sed ex vocāte dictū
ē ei: quia maior seruiet minori sicut scriptū
ē. Jacob dilexi: esau aūt odio habui. Quid
ergo dicemus? Nūquid iniqtas apud deū?
Absit. Moysi eni dicit. Miserebor cui miser-
tus sum: et misericordiā prestabo cui misere-
rebor. Igitur nō volentis neq3 currētis: sed
miserētis est dei. Dicit enim scriptura phara-
oni. Quia in hoc ipm excitaui te ut ostendā

II

III

IIII

S

in te virtutē meā: ꝛ ut annūciet̄ nomē meū
in vniūsa terra. Ergo cui vult miseretur: ꝛ
quē vult indurat. Dicis itaqꝫ michi. Quid
adhuc queritur? Voluntati ei⁹ quis resistit?
O homo: tu q̄s es. qui respondeas deo? Nū-
quid dicit figmētū ei qui se finxit: q̄d me fe-
cisti sic? An nō habet potestatē figulus luti
ex eadē massa facere aliud quidē vas in ho-
norē: aliud vero ī cōtumeliā? Q̄d si deus vo-
lens ostēdere irā. et notā facere potētiā suā
sustinuit in multa patientia vasa ire apta ī
interitū: ut ostenderet diuitias glorie sue in
vasa misericordie que p̄parauit in gloriā?
Quos ꝛ vocauit nos: nō solū ex iudeis sed
etiā ex gētib⁹: sicut in osee dicit. Vocabo nō
plebē meā. plebē meā: ꝛ nō dilectā dilectā:
et nō miseicordiā cōsecutā miseicordiā cōse-
cutā. Et erit: ī loco vbi dictū ē eis nō plebs
mea vos: ibi vocabūt̄ filii dei viui. Ysaias
aūt clamat p̄ isrl'. Si fuerit numerus filioꝝ
isrl' tanq̄ arena maris: reliquie salue fient.
Verbū enī cōsūmans ꝛ abbreuiās in equi-
tate: quia verbū breuiatū faciet dn̄s super
terram. Et sicut p̄dixit ysaias nisi dominus
sabaoth reliquisset nobis semē sic̄ zodoma
facti essemus: ꝛ sicut gomorra similes fuis-
semus. Quid ergo dicemus? Q̄d gētes q̄
nō sectabant̄ iusticiā app̄hēderunt iustici-
am: iusticiā autē que ex fide est. Israhel ve-
ro sectādo legem iusticie: in legem iusticie
nō p̄uenit. Quare? Quia nō ex fide: ſꝫ q̄si ex
operib⁹. Offenderūt enim in lapidē offensi-
onis: sicut scriptū est. Ecce pono in syon la-
pidē offensionis ꝛ petrā scādali: ꝛ omīs qui
credit in eū nō cōfundetur. X

Fratres: volūtas quidē cordis mei et
obsecratio ad deū fit p̄ illis in salutē. Testi-
moniū enī p̄hibeo illis q̄ emulatōnem q̄dē
dei habēt: sed nō sc̄dm scientiā. Ignorātes
enī iusticiam dei. ꝛ suā querentes statuere:
iusticie dei nō sūt subiecti. Finis enim legis
cristus: ad iusticiā omni credenti. Moyses
enim scripsit: quoniā iusticiā que ex lege ē
qui fecerit homo: viuet in ea. Que aūt ex
fide est iusticia sic dicit. Ne dixeris in corde
tuo. quis ascēdet in celū. id ē cristū deduce-
re: aut quis descēdet ī abyssum. hoc ē cristū
a mortuis reuocāe. Sed q̄d dicit scriptura?
Prope est verbum in ore tuo et in corde tuo.
Hoc ē verbū fidei quod p̄dicamus: quia si
cōfitearis ī ore tuo dn̄m ihesū: ꝛ in corde tuo
credideris. q̄ deus illū suscitauit a mortuis:
saluus eris. Corde enī credit̄ ad iusticiam:
ore autē cōfessio fit ad salutē. Dicit enī scrip-
tura. Omnis qui credit in illū nō confundet̄.
Nō enī est distinctiō iudei ꝛ greci. Nā idem
dn̄s omniū: diues in omnes qui inuocant il-
lū. Omnis enī quicūqꝫ inuocauerit nomen
domini: saluus erit. Quomodo ergo inuoca-
būt in quē nō crediderūt? Aut quomō cre-
dēt ei: quē nō audierūt? Quomō autē audi-
ent: sine p̄dicante? Quomō vero p̄dicabūt:
nisi mittātur? sicut scriptū est. Quā speciosi
pedes euāgelizātiū pacē: euāgelizātiū bona.
Sed nō omnes obediūt euāgelio. Ysaias
enim dicit. Dn̄e: quis credidit auditui n̄ro?
ergo fides ex auditu: auditus aūt p̄ verbū
cristi. Sed dico. Nūquid nō audierūt? Et
quidē in omnē terrā exiuit sonus eoꝝ: et in
fines orbis terre v̄ba eoꝝ. Sed dico. Nun-
quid israhel nō cognouit? Primus moyses
dicit. Ego ad emulatōnem vos adducā in
nō gētem: in gētem insipiētem: in iram vos
mittā. Ysaias aūt audet et dicit. Inuētus sū
a nō querētib⁹ me: palā apparui hiis q̄ me
nō interrogabāt. Ad israhel aūt dicit. To-
ta die expādi manus meas ad populū nō
credētem: ſꝫ cōtradicētē michi. XI

Dico ergo. Nūq̄d deus repulit populū
suū? Absit. Nam et ego israhelita sum ex se-
mine abrahā de tribu beniamin. Non repu-
lit deus plebē suā quā p̄sciuit. An nescitis in
helya quid dicit scriptura: quēadmodū in-
terpellat deū aduersū israhel? Dn̄e p̄phetas
tuos occiderūt: altaria tua suffoderūt. ꝛ ego
relictus sū solus: ꝛ querūt aīam meā. Sed
q̄d dicit illi diuinū respōsū? Reliqui michi se-
ptē milia viroꝝ: q̄ nō curauerūt genua āte
baal. Sic ergo et in hoc tempore: reliquie
secūdum electōnem gratie salue facte sunt.
Si aūt gratia: iam nō ex operib⁹. Alioquī
gratia iam nō est gratia. Quid ergo? Q̄d
querebat israhel hoc nō est consecutus: ele-
ctio aūt cōsecuta est: ceteri vero excecati sūt
sicut scriptū est. Dedit illis deus spiritū com-
punctionis: oculos ut nō videāt et aures ut

nō audiāt:usq; in hodiernū diē. Et dauid dicit. Fiat mensa eoꝝ corā ipsis in laqueū: et in captionē ꝛ in scandalū ꝛ in retributionē illis. Obscurētur oculi eoꝝ ne videāt: ꝛ dorsū eoꝝ semp incurua. Dico ergo. Nunquid sic offenderūt ut caderēt? Absit. Sed illoꝝ delicto salus gentibꝫ: ut illos emulēt̄. Qđ si delictū eoꝝ diuitie sunt mūdi. ꝛ diminutio eoꝝ diuitie gentiū: quanto magis plenitudo eoꝝ? Vobis eni dico gentibꝫ. Quādiu quidē ego sū gentiū aplus ministeriū meū honorificabo: si quo mō ad emulandū puocē carnē meā: ꝛ saluos faciam aliquos ex illis. Si eni amissio eoꝝ recōciliatō ē mundi: q̄ assumptio nisi vita ex mortuis? Qđ si delibatō sancta est: ꝛ massa. Et si radix sancta: ꝛ rami. Qđ si aliqui ex ramis fracti sūt: tu aūt cū oleaster esses insertus es ī illis: ꝛ socius radicis et piguedinis oliue factus es: noli gloriari adūsus ramos. Qđ si gloriaris: nō tu radicē portas: ſ; radix te. Dicis ergo. Fracti sunt rami: ut ego inserar. Bene propter incredulitatē fracti sūt. Tu autē fide stas. Noli altū sapere sed time. Si enim deus naturalibꝫ ramis nō pepcit: ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatē ꝛ seueritatē dei. In eos quidē q̄ ceciderūt seueritatē: ī te aūt bonitatē dei: si pmāseris ī bonitate. Alioquin ꝛ tu excideris. Sed ꝛ illi si non pmāserint ī incredulitate inserent̄. Potens est eni deus iterꝝ inserere illos. Nam ꝛ si tu ex naturali excisus es oleastro ꝛ contra naturā insertus es ī bonā oliuā: quāto magis hij qui secundū naturā inserent̄ sue oliue? Nolo eni vos ignorare fratres misteriū hoc ut nō sitis vobisipis sapientes: qꝛ cecitas ex parte cōtingit ī israhel donec plenitudo gentiū intraret: ꝛ sic omīs israhel saluus fieret sicut scriptū est. Veniet ex syon: qui eripiat ꝛ auertat impietatē ab iacob. Et hoc illis a me testamentū: cū abstulero peccata eoꝝ. Secūdū euangeliū quidē inimici propter vos: scđm electonem aūt carissimi propter patres. Sine penitētia eni sūt dona et vocatio dei. Sicut eni aliquādo et vos nō credidistis deo. nūc autē misericordiā cōsecuti estis ꝓpter incredulitatem illoꝝ: ita ꝛ isti nūc nō crediderūt in vrā misericordiā: ut et ipsi misericordiā cōsequāt̄. Conclusit eni deus omīa ī incredulitate: ut omniū misereat̄. O altitudo diuitiaꝝ sapientie ꝛ sciētie dei: quā incōprehēsibilia sunt iudicia eiꝰ: et inuestigabiles vie eiꝰ. Quis eni cognouit sensū dn̄i: aut quis cōsiliarius eius fuit? Aut q̄s prior dedit illi: ꝛ retribuet̄ ei? Quoniā ex ipso et p ipsum et in ipso sunt omnia: ipi gloria ī secula seclorꝝ amē.

XII

Obsecro itaq; vos fratres p misericordiā dei: ut exhibeatis corpa vestra hostiam viuentē. sanctā. deo placentem: rationabile obsequiū vestrū. Et nolite cōformari huic seculo: sed reformamini ī nouitate sensus vestri: ut pbetis q̄ sit voluntas dei bona. et bene placēs. ꝛ pfecta. Dico enim p gratiā que data est michi. omībꝫ q̄ sūt inter vos: nō plus sapere q̄ oportet sapere. sed sapere ad sobrietatē: ꝛ vnicuiq; sicut deus diuisit mensurā fidei. Sicut eni in vno corpe mlta mēbra habemus: omīa aūt mēbra nō eūdē actū habēt: ita multi vnū corpus sumus in cristo: singuli aūt alter alterius mēbra: habētes donatiōes secundū gratiā que data ē nobis differētes. Siue ꝓphetiam: secundū ratōnē fidei. Siue ministeriū: in ministrādo. Siue qui docet: in doctrina. Qui exhortat̄: ī exhortādo. Qui tribuit: ī simplicitate. Qui preest: ī sollicitudine. Qui miseret̄: in hilaritate. Dilectio: sine simlatione. Odientes malū: adherētes bono. Caritatē fraternitatis inuicē diligentes: honore inuicē puenientes. Sollicitudine nō pigri: spiritu feruētes: domino seruiētes. Spe gaudētes: ī tribulatione patiētes: orationi instātes. Necessitatibus sanctoꝝ cōmunicātes: hospitalitatē sectantes. Bn̄dicite psequētibꝫ vos. Bn̄dicite: ꝛ nolite maledicere. Gaudere cū gaudētibus: flere cū flentibꝫ. Idipm inuicē sentiētes. Non alta sapiētes: sed humilibꝫ cōsentiētes. Nolite esse prudētes apud vosmetipos. Nulli malū p malo reddētes: puidentes bona nō tātum corā deo: sed etiā coram omībꝫ homībꝫ. Si fieri potest qꝺ ex vobis est: cū omībꝫ hominibꝫ pacē habētes. Non vosmetipos defendentes carissimi: ſ; date locū ire. Scriptū est enim. Michi vindictā: et ego retribuā dicit dn̄s. Sed si esurierit

inimicus tuus ciba illū: si sitit: potum da illi. Hoc enim faciēs: carbones ignis cōgeres sup caput eius. Noli vinci a malo: ſʒ vince i bono malum. XIII

Omnis aīa potestatibꝫ sublimioribus subdita sit. Nō est enī potestas nisi a deo. Que aūt sūt a deo: ordinata sunt. Itaqʒ qui resistit potestati: dei ordinatōni resistit. Qui autem resistunt: ipi sibi damnationē acquirūt. Nam pncipes non sunt timori boni operis ſʒ mali. Vis aūt nō timere potestatē: Bonū fac: ⁊ habebis laudē ex illa. Dei enim minister ē: tibi in bonū. Si aūt malū feceris · time. Nō enī sine causa gladiū portat. Dei enim minister est: vindex in irā ei qui malū agit. Ideoqʒ necitate subditi estote: non solū ꝓpter iram: sed etiā ꝓpter conscientiā. Ideo enī ⁊ tributa prestatis. Ministri enī dei sūt: i hoc ipsum seruientes. Reddite ergo oībꝫ debita. Cui tributū tributū: cui vectigal vectigal: cui timorem timorem · cui honorē honorem. Nemini quicꝙ debeatis: nisi ut inuicē diligatis. Qui enim diligit ꝓximū: legē impleuit. Nā nō adulterabis · nō occides · nō furaberis · nō falsum testimoniū dices · non cōcupisces: ⁊ si qd est aliud mādatū in hoc verbo instaurat᷑: diliges ꝓximū tuū sicut teipsum. Dilectō ꝓximi malū nō operat᷑. Plenitudo ergo legis est dilectō. Et hoc scientes tēpus: qꝛ hora est iam nos de somno surgē. Nunc enim ꝓpior est nostra salus: q̄ cū credidimus. Nox p̄cessit: dies aūt appropinquauit. Abiciamus ergo opa tenebraꝝ ⁊ induamur arma lucis: sicut in die honeste ābulemus. Nō i comessatōibꝫ ⁊ ebrietatibus · nō in cubilibꝫ ⁊ impudiciciis · nō i ɔtēcōe ⁊ emlacōe: ſʒ induimi dn̄m ihesū cristū: ⁊ carnis curā ne feceritis i desideriis. XIIII

Infirmū autem in fide assumite: non in disceptationibus cogitationum. Alius enim credit māducare se oīa. Qui aūt infirmꝰ est: olus māducet. Is q̄ māducat · nō manducātem nō spernat: ⁊ q̄ nō māducat: manducantē non iudicet. Deus enim illū assumpsit. Tu quis es qui iudicas alienū seruū? Domino suo stat aut cadit. Stabit autem. Potens est enī deus statuere illū. Nā alius iudicat diem inter diem: alius aūt iudicat omnē diem. Vnusquisqʒ in suo sensu abūdet. Qui sapit diem · dn̄o sapit: ⁊ qui māducat · domino māducat. Gratias enī agit deo. Et qui nō māducat · dn̄o nō māducat: ⁊ grāas agit deo. Nemo enī nr̄m sibi viuit: ⁊ nemo sibi morit᷑. Siue enī viuimus · domino viuimus: siue morim̄ · dn̄o morimur. Siue ergo viuimus siue morim̄: dn̄i sumus. In hoc enī xp̄us mortuus est ⁊ resurrexit: ut ⁊ viuoꝝ et mortuoꝝ dn̄etur. Tu aūt qd iudicas fratrem tuū: aut tu quare spernis fratrē tuum? Omēs enī stabimus āte tribunal dei. Scriptū est enim. Viuo ego dicit dn̄s: qm̄ michi flectetur omne genu: ⁊ oīs lingua cōfitebit᷑ deo. Itaqʒ vnusquisqʒ nostrum ꝓ se ratīonem reddet deo. Non ergo āplius inuicē iudicemus. Sed hoc iudicate magis: ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Scio ⁊ confido in domino ihesu: qꝛ nichil cōmune ꝑ ipm̄ · nisi ei qui existimat qd ɔmune esse: illi cōmune est. Si enī ꝓpter cibū frat᷑ tuus cōtristat᷑: iam nō secūdū caritatē ābulas. Noli cibo tuo illū ꝑdē: ꝓ quo xp̄s mōtuus est. Nō ergo blasphemetur bonū nostrū. Nō est enim regnū dei esca ⁊ potus: sed iusticia ⁊ pax ⁊ gaudiū i spiritu sancto. Qui enī in hoc seruit xp̄o placet deo: ⁊ ꝓbatus ē hominibꝫ. Itaqʒ que pacis sunt sectem̄: ⁊ que edificationis sūt in inuicē custodiamꝰ. Noli ꝓpter escam destruere opus dei. Omnia q̄dem sūt mūda: ſʒ malū ē homini qui ꝑ offendiculū māducat. Bonū est nō manducare carnem ⁊ nō bibere vinū: neqʒ in quo frater tuus offendit aut scādalizat᷑ aut infirmat᷑. Tu fidem habes penes temetipm̄: habe corā deo. Beatus qui nō iudicat semetipm̄ in eo qꝙ ꝓbat. Qui aūt discernit: si māducauerit dānatus est: qꝛ nō ex fide. Ome aūt qd nō ē ex fide · peccatū est. XV

Debemus aūt nos firmiōes imbecillitates infirmoꝝ sustinē: ⁊ nō nob placere. Vnusquisqʒ vestrū ꝓximo suo placeat in bonum: ad edificacōēʒ. Etenī xp̄us nō sibi placuit: sed sicut scriptū est: improperia improperātiū tibi ceciderunt sup me. Quecūqʒ enī scripta sūt ad nostrā doctrinā scripta sūt: ut per patiētiam et cōsolacōem scripturaꝝ spem habeamus. Deus autē patiētie ⁊ solatii det

[Glor]ia in ita ut nõ possent intendere filij israhel in faciem moysi · ꝑpter gloriã vultus eius q̃ euacuatur: quomodo nõ magis ministracõ spiritus erit in gloria? Nã si ministracõ dãnacõnis gloria ẽ: multomagis abundat ministeriũ iusticie in gloria. Nam nec glorificatum

II

est qᵭ claruit in hac parte: ꝑpter excellẽtẽ gloriã. Si enim qᵭ euacuat᷑ p gloriaꝫ est: multomagis qᵭ manet in gloria ẽ. Habentes igit᷑ talem spem: multa fiducia vtimur. Et non sicut moyses ponebat velamẽ super faciẽ suã: vt nõ intenderẽt filij israhel in faciem eius qᵭ euacuat᷑: sed obtusi sũt sensus eoꝝ. Usqꝫ in hodiernũ enim diẽ idipsũ velamẽ in lectõe veteris testamẽti manet non reuelatũ · quoniã in xp̃o euacuat᷑: ꝫ usqꝫ in hodiernũ diẽ cũ legit᷑ moyses vlamẽ positũ est sup cor eoꝝ. Cũ autẽ ꝯuersi fuerint ad deũ auferetur velamẽ. Dominus autẽ spũs est. Ubi autẽ spũs domini ibi libertas. Nos vero oĩes reuelata facie gloriã dñi speculãtes in eãdẽ imaginẽ trãsformam᷑ a claritate in claritatẽ tanq̃ a domini spiritu. IIII

III

Ideo habẽtes hãc ministracõeꝫ iuxta quod misericordiam ꝯsecuti sumus nõ deficimus: sed abdicamus occulta dedecoris · nõ ãbulantes in astucia neqꝫ adulterãtes verbum dei: sed in manifestacõe veritatis ꝯmẽdãtes nosmetipos ad oĩeꝫ ꝯscientiã hoim coram deo. Quod si etiaꝫ optũ est euangeliũ nr̃m in hijs que pereunt est optũ: in quibꝫ deus huius seculi excecauit mẽtes infideliũ · ut nõ fulgeat illuminacõ euangelij glorie cristi: qui est imago dei. Non enim nosmetipos p̃dicamus: sed ihesũ cristũ dominũ nostrum. Nos autẽ seruos vr̃os p ihesum: qm̃ deus qui dixit de tenebris lucẽ splendescere · illuxit in cordibꝫ nostris ad illuminacõeꝫ sciẽ

S IIII

claritatis in facie ihesu xp̃i. Habemus autẽ thesaurũ istũ in vasis fictilibꝫ: ut sublimitas sit vtutis dei: ⁊ nõ ex nobis. In oĩbꝫ tribulacõem patimur: sed nõ angustiam᷑. Apoꝛiamur: ꝫ nõ destituim᷑. Persecutioneꝫ patim᷑: ꝫ nõ derelinquim᷑. Deicim᷑: ꝫ nõ pimus. Semper mortificacõeꝫ ihũ in corpore nr̃o circũferentes: ut ⁊ vita ihũ manifestet᷑ in corporibus nr̃is. Semp enim nos qui viuimus in mortẽ tradimur ꝑpter ihesum: ut ⁊ vita ihũ manifestetur in carne nr̃a mortali. Ergo mors in nobis operat᷑: vita autẽ in vobis. Habẽtes autẽꝫ eundẽ spm̃ fidei sicut scriptum est credidi ꝑpter qᵭ locutus sũ: ⁊ nos credim⁹. ꝑpter quod ⁊ loquim᷑: sciẽtes quoniam qui suscitauit ihm̃ ⁊ nos cũ ihesu suscitabit: et cõstituet vobiscũ. Oĩa enim ꝑpter vos: ut grã abundãs p multos in graꝝ actõne abũdet in gliam dei. Propter qᵭ nõ deficimus: sed licet hijs qui foris est noster homo corrumpat᷑: tamen is qui intus est renouat᷑ de die in diẽ. Id enim quod in p̃nti est momentaneũ ⁊ leue tribulacõnis nr̃e: supra modũ in sublimitate eternũ glie pondus operat᷑ ĩ nobis: nõ ꝯtemplantibꝫ nobis que vident᷑ ꝫ que non vidẽt᷑. Que enim vident᷑ tp̃alia sunt: que autẽ non vident᷑ eterna sunt. V

Scimus enim: quoniã si terrestris dom⁹ nostra huius habitacõnis dissoluat᷑: ꝙ edificacõeꝫ ex deo habeamus domũ non manufactã eternam in celis. Nã ⁊ in hoc ingemiscimus habitacõem nr̃aꝫ q̃ de celo est supinduj cupiẽtes: si tamẽ vestiti ⁊ nõ nudi inueniamur. Nã ⁊ qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati: eo ꝙ nolumus expoliari ꝫ supuestiri: ut absorbeat᷑ quod mortale est a vita. Qui aũt efficit nos in hoc ipsũ deus: q̃ dedit nobis pignus spũs. Audentes igit᷑ semp ⁊ sciẽtes: quoniã dũ sumus ĩ corpore pegrinam᷑ a dñõ. Per fidẽ enim ambulamus: ⁊ nõ p speciẽ. Audemus autem et bonã volũtatẽ habemus magis pegrinaĩ a corpore ⁊ p̃ntes esse ad dominũ: ⁊ ideo ꝯtẽdimus siue absentes siue p̃ntes placere illi. Oĩes enim nos manifestari oportet ãte tribunal cristi: vt referat vnusquisqꝫ ꝑpria corporis prout gessit: siue bonũ siue malũ. Scientes ergo timorẽ domini hominibꝫ suademus: deo autẽ manifesti sumus. Spero aũt et in cõscientijs vestris manifestos nos esse. Non iterũ ꝯmendamus nos vobis: sed occasionẽ damus vobis gloriãdi p nobis: ut habeatis ad eos qui in facie gloriant᷑ ⁊ nõ in corde. Siue enim mente excedimus · deo: siue sobrij sumus · vobis. Caritas enim cristi vrget nos · estimãtes hoc: quoniã si vnus p oĩbꝫ mortuus est ergo oĩes mortui sũt. Et p oĩbꝫ mortuus est xp̃s: ut et q̃ viuũt

iam nō ſibi viuāt: ſed ei qui p ipis mortuus
ē ⁊ reſurrexit. Itaq₃ nos ex hoc nemīē no-
uimus ſcd'm carnē. Et ſi cognouimus ſcd'm
carnē criſtū: ſed nūc iā nō nouim⁹. Si qua
ergo in xpo noua creatura: vetera traſiert:
ecce facta ſūt oīa noua. Oīa aūt ex deo
qui nos reconciliauit ſibi p criſtū: et dedit
nobis miniſteriū reconciliacōis. Qm̄quidē
deus erat in criſto mundū reconcilians ſibi:
nō reputans illis delicta ipoꝝ: ⁊ poſuit in
nobis verbū reconciliacōis. Pro xpo er-
go legacōe fungimur tanq̄ deo exhortāte
p nos: obſecramus p xpo: recōciliami deo.
Eū qui nō nouerat pccīn p nob pccīn fecit:
vt nos efficeremꝰ iuſticia dei in ipſo. VI

Adiuuantes aūt: exhortamur ne inua-
cuū grāz dei recipiatis. Ait enī. Tpe
accepto exaudiui te: ⁊ in die ſalutis adiuui
te. Ecce nūc tps acceptabile: ecce nūc dies
ſalutis. Nemini dantes vllā offenſionē: ut
nō vituperet' miniſteriū nr̄m. Sed in oīb;
exhibeamus noſmetipos ſicut dei miniſtros
in multa paciēcia: in tribulacōib; in neceſſi-
tatib; in anguſtijs in plagis in carceribuſ
in ſedicionib; in laborib; in vigilijs in ieiu-
nijs in caſtitate in ſciētia in longanimitate
in ſuauitate: in ſpū ſancto. In caritate nō fi-
cta: in vbo veritatis: in vtute dei. Per arma
iuſticie: a dextris ⁊ a ſiniſtris. Per gliam et
ignobilitatē: p infamiā ⁊ bonā famā. Vt ſe-
ductores ⁊ veraces: ſicut qui ignoti ⁊ cogni-
ti. Quaſi morientes ⁊ ecce viuimus: vt caſti-
gati ⁊ nō mortificati. Quaſi triſtes ſemp au-
tē gaudētes: ſicut egētes multos aūt locu-
pletantes: tanq̄ nichil habētes ⁊ oīa poſ-
ſidētes. Os noſtrū patet ad vos o corinthij:
cor noſtrū dilatatū eſt. Non anguſtiamini
in nobis. Anguſtiamini aūt in viſceribus ve-
ſtris. Eandē aūt habentes remuneracōez:
tanq̄ filijs dico: dilatamini et vos. Nolite
iugū ducere cū infidelib;. Que enim parti-
cipacō iuſticie cū iniquitate: aut q̄ ſocietaſ
luci ad tenebras? Que aūt cōuētio criſti ad
belial? Aut q̄ pars fideli cū infideli? Qui au-
tē cōſenſus tēplo dei cū ydolis? Vos enim e-
ſtis tēplū dei viui ſicut dicit deus: qm̄ inha-
bitabo in illis ⁊ inābulabo: ⁊ ero illoꝝ deus
et ipſi erūt michi populus. Propter quod
exite de medio eoꝝ et ſeparamini dicit dñs:
et immūdū ne tetigeritis: ⁊ ego recipiā vos.
et ero vobis in prēz: et vos eritis michi in fi-
lios ⁊ filias dicit dñs omīpotens. VII

Has ergo habētes pmiſſiões cariſſimi
mūdemus nos ab oīni inquinamēto
carnis ⁊ ſpūs: pficiētes ſanctificacōē in timo-
re dei. Capite nos. Neminē leſim⁹: neminē
corrupimus: neminē circūuenim⁹. Non ad
cōdemnacōez vrām dico. Prediximus enim:
q̄ in cordib; noſtris eſtis ad cōmoriendū ⁊
ad cōuiuendū. Multa michi fiducia ē apud
vos: multa michi gliacō p vobis. Repletuſ
ſū cōſolacōe: ſupabundo gaudio in oīni tri-
bulacōe nr̄a. Nā et cū veniſſemus in macedo-
niā: nullā requiē habuit caro noſtra: ſʒ oēm
tribulacōez paſſi ſum⁹. Foris pugne: intus
timores. Sed qui cōſolatur humiles: cōſola-
tus eſt nos deus in aduētu titi. Non ſolū au-
tē in aduētu ei⁹: ſed etiā in cōſolacōe q̄ cōſola-
tus eſt in vobis: referēs nobis veſtrū deſide-
riū veſtrū fletū vrāz emulationē p me: ita vt
magis gauderē. Quoniā ⁊ ſi cōtriſtaui vos
in epiſtola: nō me penitet. Et ſi peniteret vi-
dēs q̄ epiſtola illa ⁊ ſi ad horā vos cōtriſta-
uit: nūc gaudeo: nō q̄ cōtriſtati eſtis: ſʒ quia
cōtriſtati eſtis ad penitētiā. Cōtriſtati enim
eſtis ſcd'm deū: ut in nullo detrimentū patia-
mini ex nobis. Que enim ſcd'm deū triſticia
eſt penitentiā in ſalutē ſtabilē operat': ſeculi
aūt triſticia mortē operat'. Ecce enī hoc ipſū
ſcd'm deū contriſtari vos: quantā in vobis
operatur ſollicitudinē: ſed defenſionē: ſʒ indi-
gnacōē: ſed timorē: ſed deſideriū: ſʒ emula-
tionē: ſʒ vindictā. In oīb; exhibuiſtis voſ
incontaminatos eſſe negotio. Igit' et ſi ſcri-
pſi vobis nō pter eū q̄ fecit iniuriā nec pp'
eū qui paſſus eſt: ſʒ ad manifeſtandā ſollici-
tudinē nr̄am quā habemus pro vobis coraz
deo. Ideo cōſolati ſum⁹. In cōſolacōe aūt nr̄a
abūdantius magis gauiſi ſumus ſup gau-
dio titi: q̄ refectus eſt ſpūs eius ab oīb;
vobis. Et ſi quid apud illū de vobis glori-
tus ſū: nō ſū cōfuſus: ſed ſicut oīa vobis in
veritate locuti ſum⁹: ita ⁊ gloriatio noſtra q̄
fuit ad titū veritas facta eſt. Et viſcera eius
abundantius in vobis ſūt: reminiſcens oīm
vrm̄ obedientiam: quō cū timore ⁊ tremore

excepistis illū. Gaudeo: q in omībȝ ɔfido
in vobis.

VIII

Otam autē facie-
mus vobis fratres gratiā dei q̄ data
est in ecc̄is macedonie: et q in in multo ex-
perimēto tribulacōnis abundantia gaudij
ipoꝝ et altissima pauptas eoꝝ abundauit
in diuitias simplicitatis eoꝝ. Quia secūdū
ꝟtutē testiōniū illis reddo: ⁊ sup ꝟtutē vo-
lūtarij fuerūt: cū mlta exhortacōe obsecrātes
nos grām ⁊ ɔmūicacōȝ ministerij qđ fit in
scōs. Et non sicut sperauimus: ſȝ semetipos
dederūt. primū domino. deinde nobis per
volūtatē dei: ita ut rogaremus titū ut quē-
admodū cepit ita pficiat in vobis etiā gra-
tiā istam. Sed sicut in omnibȝ abundatis
fide ⁊ ſmone ⁊ sciencia et omī sollicitudine
insup ⁊ caritate vr̄a in nos. vt et in hac grā
abundetis. Non quasi imperās dico: sed p
alioꝝ sollicitudinē etiam vr̄e caritatis inge-
niū bonū ɔprobās. Scitis enim grām dn̄i
nostri ihesu cristi: quoniā ꝓpter vos egenꝰ
factus est cum esset diues: ut illius inopia
vos diuites essetis. Et ɔsiliū in hoc do. Hoc
enim vobis vtile est: qui non solū facere. ſȝ
et velle cepistis ab āno priore. Nunc vero
et facto pficite: ut quemadmodū ꝓmptus
ē animus voluntatis: ita sit ⁊ pficiēdi ex eo
quod habetis. Si enim volūtas ꝓmpta ē:
scđm id quod habet accepta est. nō scđm
id quod non habet. Non enim vt alijs sit
remissio. vobis autē tribulacō: ſȝ ex equali-
tate in pn̄ti tempore. vr̄a abundātia illoꝝ
inopiā suppleat. vt et illoꝝ abundātia vr̄e
inopie sit supplementū: ut fiat equalitas sic̄
scriptū est. Qui multū habuit nō abūdauit:
et qui modicū. non minorauit. Gratias au-
tem ago deo qui dedit eandē sollicitudinē
p vobis in corde titi: quoniā exhortacōem
quidē suscepit: sed cū sollicitior esset sua vo-
luntate pfectus est ad vos. Misimus etiā
cū illo fratrē nostrū: cuius laus est in euan-
gelio p omēs ecc̄ias. Non solū autē: sed et
ordinatus est ab ecclesijs comes pegrina-
tionis nostre in hāc gratiā q̄ ministratur a
nobis ad domini gloriā ⁊ destinatā volūta-
tem nostrā deuitātes hoc: ne quis nos vitu-
peret in hac plenitudine q̄ ministratˀ a nob
in domini gloriā. Prouidemus enim bona:
nō solū coram deo: ſȝ etiā corā hominibȝ. Mi-
simus autē cū illis ⁊ fratrē nr̄m quē ꝓbaui-
mus in multis sepe sollicitū esse: nunc autē
multo sollicitiorē: ɔfidentia multa in vos si-
ue p tito qui est socius meus ⁊ in vobis ad-
iutor: siue frēs nr̄i apostoli ecc̄iaꝝ glorie cri-
sti. Ostensionē ergo q̄ est caritatis vr̄e ⁊ no-
stre glorie pro vob: in illos ostendite in fa-
cie ecc̄iaꝝ. Nā de ministerio qđ fit in scōs:
ex abundāti est michi scribere vob.

IX

Scio enim ꝓmptū aīm vr̄m p quo de
vobis glorior apđ macedones: qm̄
et achaia parata est ab āno pterito: et vr̄a
emulacō ꝓuocauit plurimos. Misimus au-
tem frēs: ut ne quod gloriamur de vob eua-
cuetur in hac parte: vt quemadmodū dixi
parati sitis: ne cū venerint macedones me-
cū ⁊ inuenerint vos imparatos erubescamus
nos: ut non dicamus vos in hac substantia.
Necessariū ergo existimaui rogare fratres
ut p̄ueniāt ad vos: ⁊ preparēt repromissaȝ
benedictōem hāc paratā esse. sic q̄i benedi-
ctionē: non q̄i auariciā. Hoc autē dico. Qui
parce seminat parce ⁊ metet: ⁊ qui seminat
in benedictionibȝ. de benedictōibȝ ⁊ metet.
Vnusquisqȝ p ut destinauit in corde suo: nō
ex tristicia ā ex necessitate. Hilarem enim
datorem diligit deus. Potens est autē deꝰ
omēȝ gratiā abundare facere in vob: vt in
omībȝ semp omēȝ sufficientiā habētes abun-
detis in omne opus bonū: sicut scriptum est.
Dispersit dedit paupibȝ: iusticia eius manet
in seculū secli. Qui autē āministrat semē se-
mināti: ⁊ panē ad manducandū prestabit.
Et multiplicabit semen vr̄m ⁊ augebit incre-
mēta frugū iusticie vr̄e: ut in omībȝ locuple-
tati abundetis in omēȝ simplicitatē: q̄ opatˀ
p nos grāꝝ actionē deo. Quoniā ministeriū
huius officij non soluȝ supplet ea que desūt
sanctis: sed etiā abundat p multas grāꝝ a-
ctiones in domino p ꝓbacōeȝ ministerij hu-
ius: glorificantes deū in obediētia ɔfessiōis
vestre in euangelio cristi ⁊ simplicitate com-
municacōis vestre in illos ⁊ in omnes: ⁊ in
ipsoꝝ obsecratione pro vobis: desiderantiū
vos ꝓpter eminentē gratiam dei in vobis.
Gratias ago deo sup inenarrabili dono eiꝰ.

X

Ipse autē ego paulus obsecro vos p mansuetudinē ꝛ modestiā cristi: q̄ in facie quidē humilis sū inter vos: absens autem ɔfido in vob. Rogo aūt vos ne presens audeā p eam ɔfidentiā qua existimoꝛ audē in quosdā: qui arbitrāt᷑ nos tanq̄ scd̄m carnē ābulemus. In carne enim ambulātes: non secundū carnē militamus. Nā arma militie nostre nō carnalia: ſ; potentia deo ad destructionem munitionū. ɔsilia destruētes. ꝛ oēz altitudinē extollentē se aduersus sciaz dei: et in captiuitate redigētes oīez intellectū in obsequiū xp̄i: ꝛ in ꝓmptu habētes vlcisci oīez inobedientiā: cū impleta fuerit vestra obediētia. Que scd̄z faciē sūt videte. Si q̄s ɔfidit sibi cristi se esse: hoc cogitet iterum apud se: qꝛ sicut ipse xp̄i est. ita ꝛ nos. Nā ꝛ si āplius aliquid gloriatus fuero de ptāte nostra quā dedit nob dominus in edificationē ꝛ nō in destructōez vr̄am: nō erubescam.

bi Ut autem nō existimer tanq̄ terrere vos per ep̄las: qm̄ quidez epistole inquiūt graues sunt ꝛ fortes: p̄ntia autē corporis infirma ꝛ sermo ɔtemptibilis: hoc cogitet qui eiusmodi est: qꝛ quales sumus verbo p epistolas absentes: tales ꝛ p̄ntes in fcō. Non eni audemus inserē aut ɔparare nos quibusdā qui seip̄os ɔmendāt: sed ipi in nob nosmetip̄os metiētes: ꝛ ɔparantes nosmetipsos nob. Nos autē non in immensū gliabimur: ſ; scd̄m mensurā regule qua mensus est nobis deus mensurā ptingēdi vsq; ad vos. Nō enim quasi nō ptingētes ad vos supextēdimus nos. Usq; ad vos puenim᷒ in euāgelio cristi: nō in immensū gloriātes in alienis laborib᷒. Spem autez habentes crescentis fidei vr̄e. in vobis magnificari secundū regulā nr̄am in abundātia: etiā in illa q̄ vltra vos sūt euangelizaē: nō in aliena regula in hijs que p̄parata sūt gloriari. Qui aūt gliat᷑ in dn̄o glietur. Nō eni qui seip̄m ɔmēdat ille ꝓbatus ē: ſ; quē deus ɔmēdat.

bii XI Utinā sustineretis modicū quid insipiētie mee: sed ꝛ supportate me. Emulor enim vos dei emulacōe: despondi eni vos vni viro virginem castā exhibere xp̄o. Timeo autē ne sicut serpens euā seduxit astucia sua: ita corrumpant᷑ sensus vestri et excidant a simplicitate q̄ est in xp̄o. Nam si is qui venit aliū xp̄m p̄dicat quē nō p̄dicauimus: aut aliū spiritū accipitis quē nō accepistis aut aliud euangeliū qđ nō recepistis: recte pateremini. Existimo enim nichil me minus fecisse a magnis ap̄lis. Et si imperit᷒ sermone: sed nō sciētia.

biii In omib᷒ aūt manifestus sū vobis. Aut nūquid peccatū feci meipsū humiliās: ut vos exaltemini? Quoniā gratis euāgeliū dei euangelizaui vob: alias ecclesias exspoliaui accipiēs stipendia ad ministeriū vr̄m: ꝛ cū essem apud vos ꝛ egerem nulli onerosus fui. Nā quod michi deerat suppleuerūt fratres qui venerūt a macedonia: ꝛ in oīb᷒ sine onere me vob seruaui: et seruabo. Est veritas xp̄i in me: quoniā hec gloriacō nō infringet᷑ in me in regionibus achaie. Quare? Quia nō diligo vos? Deus scit. Quod aūt facio. et faciā: vt amputē occasionē eoꝝ. qui volūt occasionē: ut in quo gloriāt᷑ inueniāt᷑ sicut ꝛ nos. Nā eiusmodi pseudo apostoli sūt operarij subdoli: trāsfigurantes se in apostolos xp̄i. Et nō mirū. Ipse enim sathanas trāsfigurat se in āgelū lucis. Nō est ergo magnū: si ministri eius transfigurentur velut ministri iusticie: quoꝝ finis erit scd̄m opera ipoꝝ.

P Iterū dico: ne quis me putet insipientē. Alioquin velut insipiētem accipite me: vt et ego modicū q̄d glorier. Quod loquoꝛ nō loquoꝛ scd̄m deū sed q̄si in insipiētia: in hac substātia glorie. Qm̄ multi gloriant᷑ scd̄m carnē: ꝛ ego gloriaboꝛ. Libēter enim suffertis insipiētes: cū sitis ipsi sapiētes. Sustinetis enim si quis vos in seruitutem redigit. si quis deuorat. si quis accipit. si quis extollit᷑: si quis in faciem vos cedit. Secundū ignobilitatē dico: q̄si nos infirmi fuerimus in hac parte.

ii In quo quis audet: in insipientia dico: audeo ꝛ ego. Hebrei sūt: ꝛ ego. Israhelite sūt: ꝛ ego. Semē abrahe sūt: ꝛ ego. Ministri xp̄i sunt: ꝛ ego Ut minus sapiēs dico: plus ego. In laboribus plurimis in carceribus abundātius: in plagis supra modū in mortib᷒ frequēter. A iudeis quīquies q̄dragenas vna minus accepi. Ter virgis cesus sum: semel lapidatus sū: ter naufragiū feci. Nocte ꝛ die in ꝓfundū maris fui. In itinerib᷒ sepe: piculis fluminū.

periculis lotronū· periculis ex genē· pericul'
ex gētibꝫ· periclis in ciuitate· periculis in so=
litudine· periculis in mari: periculis in falsis
fratribꝫ. In laboē ⁊ erūna: in uigilijs multꝭ
In fame ⁊ siti: in ieiunijs multis. In frigoē ⁊
nuditate: preter illa que extrinsecus sūt: in=
stātia mea quotidiana· sollicitudo omniū
ecclesiaꝝ. Quis infirmat: ⁊ ego non infir=
mor? Quis scandilizat: ⁊ ego nō vror? Si
gloriari oportet: que infirmitatis mee sunt
gloriabor. Deꝰ et pater domini nr̄i ihesu xp̄i
scit qui est benedictus in secula q nō men=
tior. Damasci ꝑpositus gētis arethe regis
custodiebat ciuitatē damascenoꝝ vt me
cōprehenderet: ⁊ per fenestrā in sporta di=
missus sū per muꝝ: et sic effugi manus eiꝰ.

XII

Si gloriari oportet: nō expedit
quidem. Veniā aūt ad visiones ⁊ re=
uelationes dn̄i. Scio hominem in cristo an̄
annos quatuordecim siue in corpore siue e=
xtra corpus nescio deꝰ scit: raptū huiusmo=
di vsq; ad terciū celum. Et scio huiusmodi
hominem siue in corpore siue extra corpus
nescio deus scit: qm̄ raptus est in paradisū:
et audiuit archana verba que non licet ho=
mini loqui. Pro huiusmodi gloriabor: pro
me aūt michil nisi in infirmitatibꝫ meis. Nā
et si voluero gloriari: nō ero insipiens. Ve=
ritatē enim dicā. Parco aūt: ne quis me exi=
stimet supra id qd̄ videt in me: aut audit a=
liqd ex me. Et ne magnitudo reuelationū
extollat me: datus ē michi stimulus carnis
mee āgelus sathane vt me colaphizet. Pro=
pter qd̄ ter dn̄m rogaui vt discederet a me:
et dixit michi. Sufficit tibi gr̄a mea. Nam
virtus in infirmitate pficitur. Libenter igit'
gloriabor in infirmitatibꝫ meis: vt inhabi=
tet in me virtus xp̄i. Propter qd̄ placeo m̄
in infirmitatibꝫ meis: in cōtumelijs in neces=
sitatibꝫ in psecutionibꝫ: in angustijs p xp̄o.
Cū enim infirmor tūc potens sum. Factus
sum insipiens: vos me coegistis. Ego enī
a vobis debui cōmendari. Nichil enim mi=
nus feci ab hijs q̄ sūt supra modū apostoli.
Tā et si nichil sum: signa tn̄ apostolatꝰ mei
facta sūt super vos in omni patientia signis
⁊ pdigijs ⁊ virtutibꝫ. Quid est enim quod
minus habuistis pre ceteris ecclesijs: nisi
q ego ipse nō grauaui vos? Donate m̄ hanc
iniuriā. Ecce tercio hoc paratꝰ sum venire ad
vos: ⁊ non ero grauis vobis. Nō enim q̄ro
q̄ vestra sunt: sed vos. Nec enim dēnt filij pa=
rentibꝫ thezaurizare: sed parentes filijs. Ego
aūt libentissime impendam ⁊ superimpendar
ipse p animabꝫ vestris: licet plus vos diligēs
minus diligar. Sed esto. Ego vos nō gra=
uaui: sed cū essē astutus dolo vos cepi. Nū=
quid p aliquē eoꝝ quos misi ad vos circū=
ueni vos? Rogaui titum: ⁊ misi cū illo frēm.
Nūquid titus vos circūuenit? Nōne eodem
spū ambulauimus? Nōne eisdem vestigijs?
Olim putatis q excusemus nos apud vos?
Corā deo in xp̄o loquimur. Oīa enī carissimi
ꝑpter edificacōnē vr̄am. Timeo enim ne for=
te cū venero· nō quales volo inueniam vos:
⁊ ego inueniar a vobis qualem non vultis:
ne forte ɔtentiones emulacōs animositates
dissensiones detractōnes susurracōnes infla=
tiones seditiones sint inter vos. Ne iteꝝ cū
venero humiliet me deus apud vos: ⁊ lugeā
multos ex hijs q̄ ante peccauerūt et nō ege=
rūt penitētiam sup inmūdicia ⁊ fornicatione
⁊ impudicitia quam gesserunt.

XIII

Ecce tercio hoc venio ad vos. In ore du=
orū vel triū testiū stabit omne verbum.
Predixi enim et pdico vt presens vobis ⁊
nūc absens hijs q̄ ante peccauerūt ⁊ ceteris
omnibꝫ: qm̄ si venero iteꝝ non parcam. An
experimentū queritis eius q̄ in me loquitur
cristus? Qui in vobis non infirmatur sed po=
tens ē in vobis. Nam ⁊ si crucifixus ē ex in=
firmitate: sed viuit ex virtute dei. Nam ⁊ nos
infirmi sumus in illo: sed viuimus cum eo ex
virtute dei in vobis. Vosmetipos temptate:
si estis in fide ipsi vos pbate. An nō ɔgno=
scitis vosmetipsos: q cristus ihesus in vobis
est? Nisi forte reprobi estis. Spero autem
quod ɔgnoscetis: q nos nō sumus reprobi.
Oramus autē deum vt nichil mali faciatis:
non vt nos pbati appareamus: sed vt vos
quod bonū est faciatis. Nos aūt vt reprobi
simus. Non possumus enim aliquid adūsus
veritatem: sed p veritate. Gaudemus enim
qm̄ nos infirmi sumus: vos autem potētes
estis. Hoc et oramus: vr̄am cōsūmationem.
Ideo hec absens scribo: vt non pn̄s durius

agā scd̄m potestatē quā dn̄s dedit michi in edificationē et nō in destructōnem. De cetero fratres gaudete: perfecti estote: exhortamini· idipm sapite. Pacē habete: et deus pacis et dilectōnis erit vobiscū. Salutate inuicē in osculo sancto. Salutāt vos om̄s sancti. Gracia dn̄i nr̄i ihesu xp̄i· et caritas dei· et cōmūicatio sancti sp̄us sit cū omnib᷒ vobis amen. Explic̄ ep̄la scd̄a ad corinthios Incipit plogus in ep̄lam ad galathas.

Galathe sūt greci. Hij verbū veritatis p̄mū ab apostolo acceperūt: sed post discessū eius tēptati sūt a falsis apostolis: vt in legē et circūcisionem verterent̄. Hos apostolus reuocat ad fidem veritatis: scribens eis ab ephesō. Explicit plogus Incipit epistola ad galathas.

I

Paulus ap̄lus nō ab hominib᷒ neqȝ per hominē sed p ihesum cristū et deū patrē q̄ suscitauit eū a mortuis et qui mecū sūt om̄es fratres: ecclesijs galathie. Gratia vobis et pax a deo patre nostro et dn̄o ihesu xp̄o: qui dedit semetip̄m p peccatis nostris vt eriperet nos de p̄nti seculo neq̄ secundū volūtatē dei ⁊ p̄ris nr̄i: cui ē gloria in secula seculorū amen. Miror q̄ sic tā cito trāsferemini ab eo q̄ vos vocauit in gratiā xp̄i in aliud euangeliū qd̄ non est aliud: nisi sint aliqui qui vos cōturbāt: et volūt cōuertere euangelium xp̄i. Sed licet nos aut angelus de celo euangelizet vobis p̄ter q̄ qd̄ euāgelizauimus vobis: anathema sit. Sicut p̄dixi᷒ et nūc iterū dico: si quis vob̄ euāgelizauerit p̄ter id quod accepistis: anathema sit. Modo enim hominib᷒ suadeo· an deo? An q̄ro hominib᷒ placere? Si adhuc hominib᷒ placerē: cristi seruus nō essem. Notū enim vob̄ facio fratres euāgelium qd̄ euāgelizatum est a me: q̄ nō est scd̄m hominē. Neqȝ eni ego ab homine accepi illud neqȝ didici: sed per reuelationem ihesu xp̄i. Audistis enim cōuersationē meam aliq̄n in iudaismo· q̄m supra modū p̄sequebar ecclesiā dei· et expugnabam illā: et p̄ficiebā in iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo: abūdātius emulator existēs paternarū mearū traditionū. Cū aūt placuit ei q̄ me segregauit de vtero m̄ris mee ⁊ vocauit p grām suā vt reuelaret filiū suū in me vt euāgelizarē illū in gētib᷒: cōtinuo non acq̄eui carni et sanguini. Neqȝ veni ihrl'm ad ātecessores meos apostolos: sed abij in arabiā: et iterū reuersus sum damascum. Deinde post ānos tres veni ierosolimā vidē petrum: et mansi apud eum dieb᷒ quīdecim. Aliū aūt ap̄lorū vidi neminem: nisi iacobū fratrē dn̄i. Que aūt scribo vobis: ecce corā deo q̄ non mētior. Deinde veni in p̄tes syrie et cilicie. Erā autē ignotus facie· ecclesijs iudee: q̄ erāt in xp̄o. Tantū aūt auditū habebāt: q̄m q̄ p̄seq̄bat̄ nos aliq̄n nūc euāgelizat fidem quā aliq̄n expugnabat: et in me clarificabāt deū.

II

Deinde post ānos quatuordecim iterū ascendi ierosolimā cum barnaba: assumpto et tito. Ascendi aūt scd̄m reuelationem: et contuli cū illis euāgeliū qd̄ predico in gentib᷒. Seorsū aūt hijs qui videbātur aliquid esse: ne forte in vacuū currerem aut cucurrissem. Sed neqȝ titus qui mecū erat· cū esset gentilis cōpulsus est circūcidi: sed p̄pter subintroductos falsos fratres q̄ subintroierunt explorare libertatem nr̄am quā habem᷒ in cristo ihesu: vt nos in seruitutē redigerent. Quib᷒ neqȝ ad horam cessimus subiectiōi: vt veritas euāgelij permaneat apud vos. Ab hijs aūt qui videbantur esse aliq̄d: q̄les aliquando fuerint nichil mea interēst. Deus enim p̄sonam hoīs nō accipit. Michi enim qui videbātur esse aliquid nichil cōtulerūt. Sed ecōtra cū vidissent q̄ creditū est michi euangeliū p̄pucij sicut et petro circūcisiōis: qui enim operatus est petro in apostolatū circumcisiōis. operatus ē ⁊ michi inter gentes: ⁊ cū cognouissent grām que data ē michi· iacobus et cephas ⁊ iohānes qui videbātur columne esse dextras dederūt michi ⁊ barnabe societatis: vt nos in gentes ip̄i aūt in circumcisionem: tātū vt pauperū memores essemus. Quod etiā sollicitus fui hoc ip̄m facere. Cū aūt venisset petrus anthiochiam in faciē

b

bi c

bii

ei restiti: q̄ rep̄hensibilis erat. Prius enim
ꝙ̄ venirent quidam a iacobo cum gentibꝰ
edebat. Cum autem venissent· subtrahebat
et segregabat se: timēs eos q̄ ex circūcisiōe
erāt. Et simulationi eius consenserūt ceteri
iudei: ita vt ⁊ barnabas duceret̄ ab eis in
illam simulationem· Sed cum vidissem q̄
non recte ambularēt ad veritatem euāge-
lij: dixi cephe coram omnibꝰ. Si tu cū iude-
us sis gentiliter viuis ⁊ non iudaice: quo-
modo gentes cogis iudaizare? Nos natu-
ra iudei et nō ex gētibꝰ peccatores: scientes
aūt q̄ nō iustificat̄ homo ex operibꝰ legis·
nisi p fidem ihesu xp̄i: ⁊ nos in cristo ihesu
credimus. ut iustificemur ex fide cristi ⁊
non ex operibꝰ legis. Propter qđ ex ope-
ribꝰ legis non iustificabit̄ omnis caro. Nō
si q̄rentes iustificari in cristo inuenti sumus
et ipi peccatores: nūquid cristus peccati mi-
nister ē? Absit. Si enī q̄ destruxi iterū hec
reedifico: preuaricatorem me ↄstituo. Ego
enim p legem legi mortuus sum vt deo vi-
uam: cristo cōfixus sum cruci. Viuo aūt iam
non ego: viuit vero in me cristus. Qđ autē
nūc viuo in carne· in fide viuo filij dei: qui di-
lexit me ⁊ tradidit semetipm̄ ꝓ me. Nō abi-
cio grām dei. Si enim per legem iusticia:
ergo gratis cristus mortuus est. III

O Insensati galathe: q̄s vos fascinauit
non obedire veritati? Ante quorum
oculos ihesus cristus ꝓscriptus est: ⁊ in vo-
bis crucifixus. Hoc solū a voƀ volo discē.
Ex opibꝰ legis spiritū accepistis: an ex au-
ditu fidei? Sic stulti estis: vt cū spū ceperi-
tis: nunc carne cōsummamini. Tanta passi
estis sine causa: si tn̄ sine causa. Qui ergo tri-
buit vobis spm̄ ⁊ operatur virtutes in voƀ:
ex opibꝰ legis· an ex auditu fidei? Sicut
sc̄ptum ē: abraham credidit deo: ⁊ reputa-
tū est illi ad iusticiaꝫ. Cognoscite ergo: q̄
qui ex fide sūt: hij sūt filij abrahe. Prouidēs
aūt sc̄ptura q̄ ex fide iustificat gentes deus:
p̄nūciauit abrahe q̄ benedicētur in te om̄s
gentes. Igitur q̄ ex fide sunt: bn̄dicētur cū
fideli abraham. Quicunqꝫ enim ex opibus
legis sūt: sub maledicto sunt. Sc̄ptum est
enim. Maledictus om̄is qui nō pmāserit
in omnibꝰ que sc̄pta sunt in libro legis: vt
faciat ea. Quoniam aūt in lege nemo iusti-
ficatur apud deum· manifestum ē: q̄ iustus
ex fide viuit. Lex autē nō est ex fide: sed q̄
fecerit ea viuet in illis. Cristus nos rede-
mit de maledicto legis factus ꝓ nobis ma-
ledictum: q̄ sc̄ptū ē maledictus om̄is qui
pendet in ligno: vt in gentibꝰ benedictio
abrahe fieret in xp̄o ihesu· vt pollicitationeꝫ
spūs accipiamus p fidem. Fratres secūdū
hominē dico: tn̄ hominis cōfirmatū testamē-
tum nemo spernit aut superordinat. Abrahe
dicte sūt ꝓmissiones: ⁊ semini eiꝰ. Nō dicit
et seminibus q̄si in multis sed quasi in vno:
et semini tuo qui est cristus. Hoc autē dico
testamentum confirmatū a deo: que post-
quadringentos ⁊ triginta annos facta ē
lex: non irritum facit ad euacuandam pro-
missionem. Nam si ex lege hereditas: iam
nō ex ꝓmissione. Abrahe aūt p repromissi-
onem donauit deus. Quid igit̄ lex? Pro-
pter transgressionē posita ē: donec veniret
semen cui ꝓmiserat: ordinata p angelos in
manu mediatoris. Mediator aūt vniꝰ nō
est: deus aūt vnus est. Lex ergo aduersus
ꝓmissa dei? Absit. Si enim data est lex q̄
possꝫ viuificare: vere ex lege essꝫ iusticia. Sꝫ
cōclusit scriptura om̄ia sub peccato: vt ꝓmis-
sio ex fide ihesu xp̄i daretur credentibꝰ. Prius
autē ꝙ̄ veniret fides sub lege custodiebam̄:
ↄclusi in eam fidem q̄ reuelanda erat. Itaqꝫ
lex pedagogus noster fuit in xp̄o: vt ex fi-
de iustificemur. At vbi venit fides: iam non
sumus sub pedagogo. Om̄es enim filij dei
estis: p fidem que est in xp̄o ihesu. Quicūqꝫ
enim in xp̄o baptizati estis: xp̄m induistis.
Non est iudeus neqꝫ grecus: nō est seruus
neqꝫ liber: non est masculus neqꝫ femina.
Omnes enim vos vnum estis in xp̄o ihesu.
Si autem vos cristi: ergo abrahe semen
estis secūdū ꝓmissionē heredes. IIII

D Ico aūt. Quanto tp̄e heres paruulus
est nichil differt a seruo· cū sit dn̄s om-
nium: sed sub tutoribꝰ ⁊ actoribꝰ est vsqꝫ ad
p̄finitū tēpus a patre. Ita ⁊ nos cū essemus
paruuli: sub elementis mundi huius eramꝰ
seruientes. At vbi venit plenitudo temporis
misit deꝰ filiū suum factū ex muliere factū
sub lege: vt eos q̄ sub lege erāt redimeret:

vt adoptionē filioꝝ reciperem⁹. Quomā aūt estis filij dei: misit deus spiritū filij sui in corda vestra clamantē abba pater. Itaqꝫ iam non ē seruus. sed filius. Quod si filius: et heres p deū. Sed tunc quidē ignorātes deū: hijs qui natura non sūt dij seruiebatis. Nūc autem cū cognoueritis deū ymmo cogniti sitis a deo: quomō conuertimini iteruꝫ ad infirma et egena elemēta quibꝫ denuo seruire vultis? Dies obseruatis et menses et tēpora et annos. Timeo vos: ne forte sine causa laborauerim in vobis. Estote sicut ego: quia et ego sicut vos. Fratres obsecro vos: michil me lesistis. Scitis aūt qꝫ p infirmitatem carnis euangelizaui vobis iam pridē: et temptationē vestrā in carne mea non spreuistis neqꝫ respuistis: sed sicut angelū dei excepistis me. sicut cristum ihesū. Vbi ē ergo beatitudo vestra? Testimoniū enim phibeo vobis: quia si fieri posset oculos vestros eruissetis: et dedissetis michi. Ergo inimicus vobis factus sū verū dicēs vobis? Emulant᷑ vos nō bene: sed excludere vos volūt: vt illos emulemini. Bonū aūt emulamini in bono semp: et non tantū cū p̄sens sum apud vos. Filioli mei quos iterū parturio: donec formet᷑ cristus in vobis. Vellem aūt esse apud vos modo et mutare vocē meā: quomā ꝯfundor in vobis. Dicite michi: q̄ sub lege vultis esse. Legē nō legistis? Scriptū est enim qm̄ abrahā duos filios habuit: vnū de ancilla: et vnū de libera. Sed is qui de ancilla secūdū carnē natus ē: qui autē de libera p repromissionē. Que sūt p allegoriā dicta. Hec enim sunt duo testamenta. Vnū quidē in monte syna in seruitutē generās: que ē agar. Syna enim mons ē in arabia q̄ cōiunctus ē ei que nūc est iherusalē: et seruit cū filijs suis. Illa aūt q̄ sursū est iherusalē libera ē: que ē mater nostra. Scriptū ē enim. Letare sterilis que nō paris: erūpe et clama que non parturis: quia multi filij deserte magis. q̄ᵐ eius que habet virū. Nos aūt fratres scd̄m ysaac pmissionis filij sumus. Sed quomō tūc is qui scd̄m carnē nat⁹ fuerat psequebatur eū qui scd̄m spiritū: ita et nūc. Sed quid dicit scriptura? Eiice ancillam et filiū eius. Non enim heres erit filius ancille: cū filio libere. Itaqꝫ fratres non sum⁹ ancille filij ꝫ libere: q̄ libertate xp̄us nos liberauit.

V

State: et nolite iterum iugo seruitutis cōtineri. Ecce ego paulus dico vobis: qm̄ si circumcidamini cristus vobis nichil pderit. Testificor autē rursus omni homini circūcidenti se: qm̄ debitor est vniūse legis faciende. Euacuati estis a cristo. Qui in lege iustificamini: a gr̄a excidistis. Nos enim spiritu ex fide spem iusticie exspectamus. Nam in cristo ihesu neqꝫ circūcisio aliquid valet neqꝫ p̄puciū: sed fides que p caritatē operatur. Currebatis bene. Quis vos impediuit veritati non obedire? Nemini cōsenseritis. Persuasio hec nō est ex eo q̄ vocauit vos. Modicū fermentū totā massam corrumpit. Ego cōfido in vobis in dn̄o: qꝫ nichil aliud sapietis. Qui autē conturbat vos: portabit iudiciū quicunqꝫ ē ille. Ego aūt fratres si circūcisionē adhuc p̄dico: q̄d adhuc psecutionē patior? Ergo euacuatū ē scandalū crucis. Vtinam et abscidant᷑ qui vos cōturbant. Vos enim in libertatē vocati estis fratres: tantum ne libertatē in occasionem detis carnis: sed p caritatē spirit⁹ seruire inuicē. Omnis enim lex in vno s̄mone impletur: diliges p̄ximū tuū sicut teip̄m. Qd̄ si inuicē mordetis et comeditis: videte ne ab inuicē cōsumamini. Dico aūt in xp̄o. Spiritu ambulate: et desideria carnis non pficietis. Caro enim concupiscit adūsus spiritū: spiritus aūt adūsus carnē. Hec enim sibi inuicē adūsant᷑: vt non quecūqꝫ vultis illa faciatis. Qd̄ si spiritu ducemini: non estis sub lege. Manifesta sunt aūt opera carnis: que sunt fornicacō. immūdicia. impudicicia. luxuria. ydoloꝝ suitus. veneficia. inimicicie. cōtentiones. emulationes. ire. rixe. dissensiones. secte. inuidie. homicidia. ebrietates. comessacōnes. et hijs similia: que p̄dico vobis sicut p̄dixi: qm̄ qui talia agūt regnū dei non cōsequētur. Fructus aūt spiritus ē caritas. gaudiū. pax. patiētia. benignitas. bonitas. longanimitas. mansuetudo. fides. modestia. cōtinētia. castitas. Adūsus huiusmodi nō est lex. Qui aūt sunt xp̄i: carnē suam crucifixerunt cum vicijs et concupiscentijs

VI

SI viuim⁹ spū: spū ⁊ ambulem⁹? **VE** Nō efficiamur inanis glorie cupidi: inuicē ꝓuocātes: inuicē inuidētes. Fratres: et si pꝛeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto· vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu leuitatis: cōsiderās teipm ne ⁊ tu tēpteris. Alter alterius onera portate: ⁊ sic adimplebitis legem xp̄i. Nam si quis existimat se aliquid esse cū nichil sit: ipse se seducit. Opus autem suū ꝓbet vnusquisqꝫ: ⁊ sic in semetipo tantū gloriā habebit: ⁊ nō in altero. Vnusquisqꝫ enim onus suū portabit. Cōmunicet aūt qui cathezizat̄ verbo: ei qui se cathezizat in omnibꝫ bonis.

VII

Nolite errare. Deus nō irridet̄. Que enim seminauerit homo: hec ⁊ metet. Qm̄ qui seminat in carne sua· de carne ⁊ metet corruptionē: qui autē seminat in spiritu: de spiritu metet vitā eternā. Bonū aūt facientes nō deficiamus: tp̄e enim suo metemus nō deficientes. Ergo dū tempus habemus operemur bonū ad omēs: maxime aūt ad domesticos fidei.

VIII

Videte qualibꝫ litteris scripsi vobis mea manu. Quicūqꝫ enim volunt placere in carne hij cogunt vos circūcidi: tantū vt crucis xp̄i ꝑsecutionē non patiāt̄. Neqꝫ eni qui circūcidunt̄ legē custodiūt: sed volūt vos circūcidi vt in carne vr̄a gloriēt̄. Michi aūt absit gloriari nisi in cruce domini nr̄i ihesu xp̄i: per quē michi mūdus crucifixus est: et ego mūdo. In xp̄o enim ihesu neqꝫ circūcisio aliquid valet neqꝫ ꝑpuciū: sed noua creatura. Et quicūqꝫ hanc regulā secuti fuerint: pax sup illos ⁊ misericordia ⁊ sup israhel dei. De cetero nemo michi molestus sit. Ego eni stigmata dn̄i ihū corpore meo porto. Gr̄a dn̄i nr̄i ihū xp̄i cū spū vr̄o fratres amē. Explic̄ ep̄la ad galathas

Incip̄· argumētū in epistolam ad ephesios.

Ephesij sunt asyani. Hij accepto verbo veritatis perstiterūt in fide. Hos collaudat ap̄lus scribēs eis a roma de carcere p tichicū diaconem. Expl̄· argumētū. Incip̄· ep̄la ad ephesios.

P I

PAulus apostolus xp̄i ihesu p voluntatē dei omībꝫ sanctis q̄ sunt ephesi: ⁊ fidelibꝫ in cristo ihesu. Gratia vobꝫ ⁊ pax a deo p̄re nr̄o ⁊ dn̄o ihesu cristo. Benedictus deus ⁊ pater domini nostri ihesu xp̄i qui benedixit nos in omni benedictōne sp̄uali in celestibꝫ in xp̄o: sicut elegit nos in ip̄o ante mūdi ꝯstitucōē: ut essemus sancti et immaculati in ꝯsp̄cū eius in caritate.

II

Qui p̄destinauit nos in adopcōē filiorꝫ p ihesū cristū in ipsū scd̄m ꝓpositū voluntatis sue in laudē glorie gratie sue: in q̄ gratificauit nos in dilcō filio suo: in quo habemus redēptionem p sanguinē eius remissionē peccatorū scd̄m diuitias gratie eius q̄ supabūdauit in nobis in om̄i sapiētia ⁊ prudentia: ut notū faceret nobis sacramētū volūtatis sue scd̄z beneplacitū eius qd̄ ꝓposuit in eo in dispensacōe plenitudinis temporū instaurare oīa in cristo q̄ in celis ⁊ que in terra sunt in ipso. In quo etiam nos sorte vocati sumus: p̄destinati scd̄m ꝓpositū eius qui operat̄ omnia scd̄m ꝯsiliū volūtatis sue: vt simus in laudē glorie eius nos qui ante sperauimus in cristo. In quo ⁊ vos cū audissetis verbū veritatis euangeliū salutis vestre: in quo ⁊ credentes signati estis spū ꝓmissionis sancto: qui est pignus hereditatis nostre in redēpcōē acquisicōnis in laudē glorie ipsius.

III

Propterea ⁊ ego audiens fidē vestrā que est in xp̄o ihesu ⁊ dilectōēz in omēs sanctos: non cesso gratias agēs ꝓ vobis memoriā vr̄i faciēs in oracōnibꝫ meis: vt deus domini nr̄i ihesu cristi pater glorie det vobis sp̄m sapientie et reuelacōnis in agnicōēz eius illuminatos oculos cordis vestri: vt sciatis que sit spes vocacōnis eius ⁊ que diuitie glorie hereditatis eius in sanctis: ⁊ que sit supereminēs magnitudo virtutis eius in nos q̄ credim⁹ scd̄m operationē potentie virtutis quā operatus est in xp̄o: suscitans illū a mortuis· et constituēs ad dexterā suam in celestibꝫ sup̄ omnē principatū ⁊ potestatē ⁊ virtutē ⁊ dominacōnem· ⁊ omne nomē quod nominatur nō solū in hoc seculo sed etiā in futuro: et

omnia subiecit sub pedibꝫ eius. Et ipsum de-
dit caput sup̄ omē ecclesiā q̄ ē corpus ipsi-
us: et plenitudo eius: qui omnia in omnibꝫ
adimpletur.

II

Et vos cū essetis mortui delictis ⁊ peccatis vr̄is in quibꝫ
aliqñ ambulastis scd̄m seculū mūdi huius.
scd̄m principē potestatis aeris huius. spūs
q̄ nūc opat̄ in filios diffidētie: in quibꝫ ⁊ nos
omnes aliquādo conūsati sumus in deside-
rijs carnis nr̄e facientes volūtatē carnis ⁊
cogitacōnū: ⁊ eramus natura filij ire sicut
et ceteri. Deus aūt qui diues est in misericor-
dia ꝓpter nimiā caritatē suā qua dilexit nos:
et cum essemus mortui peccatis cōuiuificauit
nos cristo. cuius gratia estis saluati: ⁊ cōre-
suscitauit ⁊ cōsedere fecit in celestibꝫ in xp̄o
ihesu: vt ostenderet in seculis supuenienti-
bus abūdantes diuicias gratie sue in boni-
tate sup nos in xp̄o ihesu. Gratia enim estis
saluati p fidē: ⁊ hoc nō ex vobis. Dei enim
donū est: non ex operibꝫ: vt ne quis glorie-
tur. Ipsius enim sumus factura: creati in cri-
sto ihesu in operibꝫ bonis: que ꝑparauit deꝰ
vt in illis ambulemus. Propter qd̄ memo-
res estote ꝙ aliqñ vos eratis gentes in car-
ne qui dicebamini ꝑpuciū ab ea que dicitur
circūcisio in carne manufacta: qui eratis illo
in tp̄e sine xp̄o alienati a cōūsatione israhel: ⁊
hospites testamētoꝝ. ꝓmissionis spem nō
habentes. ⁊ sine deo in hoc mūdo. Nūc aūt
in xp̄o ihesu vos q̄ aliqñ eratis longe: facti
estis ꝓpe: in sanguine xp̄i. Ipse enim ē pax
nr̄a qui fecit vtraqꝫ vnū: et mediū parietē
macerie soluens inimicicias in carne sua: le-
gem mandatoꝝ decretis euacuās vt duos
condat in semetip̄m in vnū nouū hominem
faciens pacē: vt reconciliet ambos in vno
corpore deo p crucē interficiens inimicicias
in semetip̄o: ⁊ veniēs euangelizauit pacem
vobis q̄ longe fuistis. ⁊ pacē hijs qui ꝓpe:
qm̄ p ip̄m habemus accessum ambo in vno
spiritu ad patrē. Ergo iam nō estis hospites
et aduene sed estis ciues sanctoꝝ ⁊ dome-
stici dei: supedificati sup fundamētū ap̄loꝝ
et ꝓphetaꝝ ip̄o summo angulari lapide xp̄o
ihesu: in quo omnis edificatio cōstructa cre-
scit in tēplū sanctū in dn̄o. In quo ⁊ vos co-
edificamini in habitaculū dei in sp̄ū sancto.

III

Huius rei gratia ego paulus vin-
ctus xp̄i ih̄u p vobis gentibꝫ: si tamē
audistis dispensacōnem gratie dei q̄ data ē
michi in vobis: qm̄ scd̄m reuelationē notū
michi factū est sacramētum sicut sup̄ scripsi
in breui ꝓut potestis legētes intelligē pru-
dentiam meā in ministerio xp̄i: qd̄ alijs ge-
neracōnibꝫ nō est agnitū filijs hominū. sicuti
nunc reuelatū est sanctis ap̄lis eius et ꝓphe-
tis in spiritu: esse gētes coheredes ⁊ cōcorpo-
rales et cōparticipes ꝓmissionis in xp̄o ih̄u p
euāgeliū cuius factus sum ego minister se-
cundū donū gratie dei que data est michi se-
cūdū operationē virtutis eius. Michi enim
omniū sanctoꝝ minimo data est gratia hec:
in gentibꝫ euangelizare inuestigabiles diui-
cias xp̄i: ⁊ illuminare omnes que sit dispen-
sacō sacramenti absconditi a seculis in deo q̄
omnia creauit: vt innotescat principibus et
potestatibꝫ in celestibꝫ p ecclesiam multifor-
mis sapientia dei. scd̄m p̄finicōnem seculoꝝ
quam fecit in xp̄o ihesu dn̄o nr̄o: in quo ha-
bemus fiduciā ⁊ accessum in cōfidētia p fidē
eius. Propter qd̄ peto ne deficiatis in tribu-
lationibꝫ meis p vobis: que ē gloria vr̄a.
Huius rei gratia flecto genua mea ad pa-
trē dn̄i nr̄i ih̄u cristi ex quo omnis p̄ernitas
in celis ⁊ in terra nominat̄: ut det vobis scd̄ꝫ
diuitias glorie sue v̄tutem. corroborari per
sp̄m eius in interiori hoīe xp̄m habitare p fi-
dem in cordibꝫ vr̄is: in caritate radicati ⁊ fun-
dati: ut possitis cōprehendere cū oībꝫ san-
ctis que sit latitudo ⁊ longitudo ⁊ sublimi-
tas ⁊ ꝓfundū. Scire etiā supeminentē scien-
tie caritatē cristi: ut impleamini in oēm ple-
nitudinē dei. Ei aūt qui potēs est oīa facere
supabundanter q̄̄ petimus aut intelligimꝰ
scd̄m v̄tutem q̄ operat̄ in nobis: ipsi gloria
in ecclesia et in cristo ihesu in omnes gn̄a-
tiones seculi seculorum amen.

IIII

Obsecro itaqꝫ vos ego vinctus in do-
mino: ut digne ambuletis vocacōne
qua vocati estis cū oīn humilitate ⁊ mā sue-
tudine. cū paciencia supportantes inuicē in
caritate: solliciti seruare vnitatē spūs in vin-
culo pacis. Vnū corpus. vnus spiritus: sicut
et vocati estis in vna spe vocationis vestre.
Vnus dn̄s: vna fides: vnū baptisma. Vnꝰ

deus ⁊ pater omniū: qui sup omes ⁊ p omia: et in omibꝫ nobis. Vnicuiqꝫ aūt nrm data ē gratia scdm mensuram donacōis xpi. Propter qđ dicit. Ascendēs in altū captiuā duxit captiuitatē: dedit dona hominibus. Qđ aūt ascendit: qđ est nisi qꝛ ⁊ descendit primū in inferiores ptes terre? Qui descendit: ipe est ⁊ q ascendit sup omes celos: ut adimpleret omia. Et ipe dedit quosdā quidē aplos. quosdam autē pphetas. alios vero euangelistas alios aūt pastores et doctores ad ɔsūmationē sanctoꝝ in opus ministerij in edificacōnem corpis xpi: donec occurramus omes in vnitatē fidei ⁊ agnicōis filij dei. in virū pfectū in mensurā etatis plenitudinis xpi: ut iam nō simus puuli fluctuātes et circūferamur omi vēto doctrine in nequicia hominū in astutia ad circūuentionē erroris. Veritatem aūt facientes in caritate crescamus in illo p omnia q est caput xpus: ex quo totū corpus ɔpactū ⁊ ɔnexum per omnē iūcturam sūministrationis scdm operationē in mēsurā vniuscuiusqꝫ mēbri augmētum corpis facit: in edificacōēꝫ sui in caritate. Hoc igit̄ dico ⁊ testificor in dn̄o: ut iam nō ambuletis sicut ⁊ gentes ambulant in vanitate sensus sui tenebris obscuratū habentes intellectū: alienati a vita dei p ignorātiam q est in illis ppter cecitatē cordis ipoꝝ: qui desperātes semetipos tradiderūt impudicicie. in operationē immūdicie omnis. in auariciam. Vos aūt nō ita didicistis cristum: si tamen illū audistis ⁊ in ipo edocti estis sicut est veritas in ihesu: deponere vos scdm pristinam cōuersacōnem veterē hominē qui corrūpit̄ scdm desideria erroris. Renouamini aūt spū mentis vr̄e: et induite nouū hominē qui secūdū deū creatus ē in iusticia ⁊ sanctitate veritatis. Propter qđ deponentes mendaciū loquimini veritatē vnusquisqꝫ cū pximo suo: qm̄ sumus inuicē mēbra. Irascimini: et nolite peccare. Sol nō occidat sup iracūdiam vestrā. Nolite locū dare dyabulo. Qui furabat̄ iam non furetur: magis aūt laboret operādo manibꝫ suis qđ bonū est: ut habeat vnde tribuat necessitatem patiēti. Omnis s̄mo malus ex ore vr̄o nō pcedat: sꝫ si quis bonus ad edificacōēꝫ fidei: ut det gratiam audientibꝫ. Et nolite cōtristare spm̄ sanctū dei: in quo signati estis in die redēpcōis. Omnis amaritudo ⁊ ira ⁊ indignacō ⁊ clamor ⁊ blasphemia tollatur a vobis: cū omni malicia. Estote aūt inuicē benigni: misericordes donantes inuicē: sicut et deus in cristo donauit vobis

V

Estote ergo imitatores dei sic filij carissimi: et ābulate in dilectōe sic ⁊ xp̄us dilexit nos: et tradidit semetipm̄ p nobꝫ oblacōnem ⁊ hostiam deo in odorē suauitatis. Fornicacō aūt ⁊ omis immūdicia aut auaricia nec nominetur in vobis. sicut decet sanctos: aut turpitudo aut stultiloquiū aut scurrilitas q ad rem nō ptinet: sꝫ magis gratiaꝝ actio. Hoc enim scitote intelligentes: qꝛ omnis fornicator ā immūdus aut auarus qđ ē idoloꝝ seruitus nō habet hereditatē in regno xpi ⁊ dei. Nemo vos seducat inanibus ṽbis: ppt̄ hec enim venit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici pticipes eoꝝ. Eratis enim aliquando tenebre: nūc aūt lux in dn̄o: ut filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate ⁊ iusticia ⁊ veritate. Probantes quid sit beneplacitū deo: et nolite ɔmunicare operibꝫ infructuosis tenebraꝝ: magis autē redarguite. Que enim in occulto fiūt ab ipis: turpe ē et dicere. Oia autē que arguūtur. a lumine manifestant̄. Omne enim qđ manifestat̄. lumē est. Propter qđ dicit. Surge qui dormis ⁊ exurge a mortuis: et illuminabit te xp̄us. Videte itaqꝫ fratres quō caute ambuletis: nō quasi insipiētes sꝫ ut sapiētes: redimētes tēpus qm̄ dies mali sūt. Propterea nolite fieri imprudētes: sꝫ intelligētes q sit volūtas dei. Et nolite inebriari vino in quo ē luxuria: sꝫ implemini spū sancto loquētes vobismetipis in psalmis ymnis ⁊ cāticis spiritalibꝫ cantātes et psallentes in cordibꝫ vr̄is dn̄o: gratias agētes semp p omibus in noie dn̄i nr̄i ihesu xpi deo ⁊ patri. Subiecti inuicē: in timore xpi. Mulieres viris suis subdite sint sicut dn̄o: qm̄ vir caput est mulieris sicut cristus caput ē ecclesie: ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta ē xp̄o: ita ⁊ mulieres viris suis in omnibꝫ. Viri diligite vxores vr̄as sicut ⁊ cristus dilexit ecclesiam: et

seip̄m tradidit ꝓ ea ut illā sanctificaret mū-
dans eam lauacro aque in ꝟbo vite: ut ex-
hiberet ip̄e sibi gloriosaʒ ecclesiam nō habē-
tem maculā aut rugā aut aliquid huiusmo-
di: ſʒ ut sit sancta ⁊ immaculata. Ita ⁊ viri de-
bent diligē vxores suas: ut corpa sua. Qui
suam vxorem diligit: seip̄m diligit. Nemo
enim vnq̄ carnē suam odio habuit: sed nu-
trit ⁊ fouet eā sicut ⁊ xp̄s ecc̄iaʒ: q̄ mēbra
sumus corpis eius de carne eius et de ossib᷒
eius. Propter hoc relinquet hō patrē ⁊ ma-
trē suā: et adherebit vxori sue: et erūt duo
in carne vna. Sacramentū hoc magnū est.
Ego aūt dico: in xp̄o ⁊ in ecc̄lia. Verūtam̄ et
vos singuli vnusquisq̄ʒ vxorē suā sic̄ seip̄m
diligat: vxor aūt timeat virū suū. **VI**

Filij obedite parentibus v̄ris in dn̄o.
Hoc enim iustū est. Honora patreʒ
tuū ⁊ matrē tuam: qđ est mandatū primū in
ꝓmissione: ut bene sit tibi et sis longeuus
sup terrā. Et patres nolite ad iracūdiā ꝓuo-
care filios v̄ros: ſʒ educate illos in disciplīa
et correptōne dn̄i. Serui obedite dn̄is car-
nalib᷒ cū timore ⁊ tremore. in simplicitate
cordis v̄ri sicut xp̄o: nō ad oculū ſuientes
q̄si hominib᷒ placētes: ſʒ ut ſui xp̄i faciētes
volūtatem dei: ex animo cū bona volūtate
seruientes sicut dn̄o ⁊ nō hominib᷒: sciētes
q̄m vnusquisq̄ʒ qđcunq̄ʒ fecerit bonū hoc re-
cipiet a dn̄o siue ſuus siue liber. Et vos do-
mini eadeʒ facite illis remittētes minas: sci-
entes q̄ ⁊ illoꝝ ⁊ vester dn̄s est in celis: et
ꝑsonaꝝ accepcō nō est apud deū. De cete-
ro fratres ꝯfortamini in dn̄o: et in potentia
virtutis eius. Induite vos armaturā dei ut
possitis stare adūsus insidias dyabuli: q̄m
non ē nobis colluctatō adūsus carnē ⁊ san-
guinē adūsus pn̄cipes ⁊ potestates: aduer-
sus mūdi rectoēs tenebraꝝ haꝝ. ꝯtra spi-
ritalia neq̄cie in celestib᷒. Propterea acci-
pite armaturam dei ut possitis resistē in die
malo: et in omnib᷒ ꝑfecti stare. State er-
go succincti lūbos v̄ros in veritate: et induti
loricā iusticie: et calciati pedes in ꝑparacōeʒ
euangelij pacis. In omnib᷒ sumētes scutū
fidei in quo possitis omnia tela nequissimi
ignea extīguere: et galeā salutis assumite.
et gladiū spiritus qđ est ꝟbum dei: ꝑ omnē
oracōneʒ et obsecrationē orantes omni tp̄e
in spiritu et in ip̄o vigilantes in omni instan-
tia ⁊ obsecracōne ꝓ omnib᷒ sanctis ⁊ ꝓ me:
ut detur michi ſmo in apertione oris mei cū fi-
ducia notū facē misteriū euāgelij ꝓ quo le-
gatione fungor in cathena: ita ut in ipso au-
deam ꝓut oportet me loqui. Ut aūt ⁊ vos
sciatis que circa me sūt q̄d agam: omnia vo-
bis nota faciet tichicus carissimus frater et
fidelis minister in dn̄o: quē misi ad vos in
hoc ip̄m ut ꝯgnoscatis que circa nos sūt: et
ꝯsoletur corda v̄ra. Pax fratrib᷒: et caritas
cū fide a deo p̄re n̄ro: et dn̄o ihesu xp̄o. Gr̄a
cū omnib᷒ q̄ diligūt dn̄m n̄rm ihesū xp̄m in
incorrupcōe amē. Explic̄ ep̄la ad ephesios.

Incip̄. argumētū in epistolam ad philipēses

Philipenses sunt macedones.
Hij accepto verbo veritatis
perstiterunt in fide: nec re-
ceperunt falsos apostolos.
Hos collaudat apostolus:
scribens eis a roma de carcere ꝑ epafroditū.
Expl̄. argumētū. Incip̄. ep̄la ad philipēses.

Paulus ⁊ thimotheus
serui ihesu cristi: omni-
bus sanctis in cristo
ihesu qui sūt philippis
cū episcopis ⁊ diaco-
nib᷒. Gratia vobis ⁊
pax a deo patre n̄ro:
et dn̄o ihesu xp̄o. Gratias ago deo meo in o-
mni memoria vestri semꝑ in cūctis oracōni-
bus meis ꝓ omnib᷒ vobis cū gaudio dep̄-
cacōnem faciens sup ꝯmunicacōnem vestrā
in euangelio xp̄i a p̄mo die usq̄ʒ nūc: ꝯfidēs
hoc ip̄m q̄ qui cepit in vobis opus bonū ꝑ-
ficiet usq̄ʒ in diē xp̄i ihesu. Sicut ē michi iu-
stū hoc sentire ꝓ omnib᷒ vobis: eo q̄ habeā
vos in corde ⁊ in vinculis meis ⁊ in defensi-
one ⁊ ꝯfirmatōne euangelij: socios gaudij
mei omnes vos esse. Testis enim michi est
deus quō cupiam omnes vos in visceribus
ihesu xp̄i. Et hoc oro: ut caritas v̄ra magis
ac magis abundet in omni scientia ⁊ in om-
ni sensu: ut ꝓbetis potiora ut sitis sinceres ⁊
sine offensa in diem xp̄i: repleti fructu iusti-
cie ꝑ ihesum xp̄m in laudem et gloriam dei.
Scire aūt volo vos fratres: q̄ que circa me

P

ſūt magis ad ꝓfectū venerūt euangelij. ita ut vincula mea manifeſta fierent in xp̄o. in omni p̄torio ⁊ in ceteris om̄ibꝫ: ut plures e fratribꝫ in dn̄o. confidētes in vinculis meiſ. abūdantius auderēt ſine timore v̄bum dei loqui. Quidā quidem ⁊ ꝓpter inuidiā ⁊ cōtentōne: quidā aūt ⁊ ꝓpter bonā volūtatē xp̄m predicāt. Quidā ex caritate: ſcientes quoniaꝫ in defenſione euāgelij poſitus ſum. Quidaꝫ aūt ex contētione xp̄m annūciant nō ſincere: exiſtimātes preſſurā ſe ſuſcitare vinculis meis. Quid enim? Dū om̄imodo ſiue ꝑ occaſionē ſiue ꝑ veritatē xp̄us annūciet: et in hoc gaudeo: ſꝫ ⁊ gaudebo.

II

Paulus seruus dei apostolus aūt ihesu cristi secundū fidem electorum dei ⁊ agnicōnem veritatis. que secūdū pietatē est in spem vite eterne: quaȝ pmisit qui nō mētit᷑ deus ante tēporalia secularia. manifestauit aūt temporibꝰ suis verbū suū in pdicacōne. que credita ē michi scd̄m preceptū saluatoris nostri dei: thyto dilecto filio scd̄m cōmunē fidem gratia ⁊ pax a deo patre ⁊ cristo ihesu saluatore nostro. Huiꝰ rei gratia reliqui te crete ut ea que desūt corrigas: et constituas p ciuitates presbiteros sicut ⁊ ego disposui tibi si quis sine crimine est vnius vxoris vir: filios habens fideles non in accusacōne luxurie aut non subditos. Oportet enim episcopū sine crimine esse sic dei dispensatorem: non supbū non iracūduȝ non vinolentū non pcussorem. nō turpis lucri cupidū: sed hospitalem benignū. sobriū. iustū. sanctū. ɔtinentē. amplectentē eū qui secundū doctrinā est fidelē sermonē: vt potens sit exhortari in doctrina sana: et eos q̄ contradicūt arguere. Sūt enim multi etiaȝ inobedientes. vaniloqui ⁊ seductores. maxime qui de circūcisione sūt quos oportet redargui: qui vniūsas domos subuertunt: docentes que non oportet turpis lucri grā. Dixit quidam ex illis ꝓprius ipoꝝ ꝓpheta. Cretenses semp mendaces: male bestie: ventris pigri. Testimoniū hoc verū est. Quam ob causam increpa illos dure vt sani sint in fide: non intendentes iudaicis fabulis et mandatis hominū auersantium se a veritate. Omnia mūda mūdis: coinquinatis aūt ⁊ infidelibꝰ. nichil est mundū: sed inquinate sūt eoꝝ ⁊ mens ⁊ ɔscientia. Confitent᷑ se nosse deū factis aūt negant: cū sint abomiati ⁊ incredibiles ⁊ ad om̄e opꝰ bonū reprobi. II

Tu aūt loquere q̄ decēt sanā doctrinā. Senes ut sobrij sint: pudici. prudētes. sani in fide: in dilectione in paciencia. Anus simlr in habitu sancto: nō criminatrices. nō multo vino seruientes: bene docentes vt prudentiam doceant. Adolescentulas. ut viros suos ament: filios suos diligant: prudētes. castas. sobrias domus curā habentes: benignas. subditas viris suis: ut nō blasphemetur verbū dei. Iuuenes similiter hortare ut sobrij sint. In omibꝰ teipm prebe exemplū bonoꝝ operū: in doctrina. in integritate. in grauitate. Verbū sanū irreph̄ensibile: vt is qui ex adūso ē vereatur: nichil habēs malū dicere de nobis. Seruos dominis suis subditos esse in omnibꝰ placentes: nō contradicentes. non fraudantes. sed in omibꝰ fidem bonam ostendentes: ut doctrinā saluatoris nostri dei ornent in omnibꝰ. Apparuit enim gratia dei ⁊ saluatoris nostri omibꝰ hominibus erudiens nos: vt abnegātes impietatem ⁊ secularia desideria. sobrie ⁊ iuste ⁊ pie viuamus in hoc seculo: exspectantes beataȝ spem ⁊ aduentū glorie magni dei ⁊ saluatoris nostri ihesu cristi: qui dedit semetipsum p nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate: ⁊ mūdaret sibi populū acceptabilē sectatorem bonoꝝ operū. Hec loquē ⁊ exhortaē: et argue cū omni imperio. Nemo te ɔtēnat. III

Admone illos pncipibꝰ et potestatibus subditos esse: dicto obedire: ad omne opus bonū paratos esse: neminem blasphemare. nō litigiosos esse. sed modestos: omnē ostendentes mansuetudinem ad om̄es homines. Eramꝰ enim aliqn̄

et nos insipiētes increduli errātes ſuientes desiderijs ⁊ voluptatibꝫ varijs: et malicia ⁊ inuidia agētes: odibiles· odientes inuicē. Cū aūt benignitas ⁊ humanitas apparuit saluatoris nostri dei nō ex operibꝫ iusticie q̄ fecimus nos sed scd̄m suā miſcdiam saluos nos fecit p̄ lauacrū regn̄acōis ⁊ renouacōis spūs sancti quē effudit in nos abūde p̄ ihesum xp̄m saluatorem nr̄m: vt iustificati gratia ipsius heredes simus scd̄m spem vite eterne. Fidelis ſmo est. Et de hijs volo te cōfirmare: ut curent bonis operibꝫ p̄esse q̄ credunt deo. Hec sunt bona ⁊ vtilia hominibꝫ. Stultas aūt questiōes· et genealogias ⁊ cōtentiones ⁊ pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles ⁊ vane. Hereticū hominē pꝰ vnam ⁊ scd̄am correptionē deuita: sciens ꝙ subūsus est qui eiusmodi est: ⁊ delinquit cū sit ꝓprio iudicō ꝯdemnatus. Cū misero ad te arteman aut thychicū: festina ad me venire nicopolim. Ibi enim statui hyemare. Zenam legisperitū et appollo sollicite p̄mitte: ut nichil illis desit. Discant aūt et nr̄is bonis operibus preesse ad vsus necessarios: vt non sint infructuosi. Salutāt te qui mecum sūt omnes. Saluta eos qui nos amāt in fide. Gratia dei cum omnibꝫ vobis amē.

Explic̄ ep̄la ad thytum. Incip̄. argumētū in epistolam ad philemonē.

Philemoni familiares lr̄as facit pro onesimo seruo eius: scribens ei ab vrbe roma de carcere per suprascriptum onesimū. Explic̄ argumētum

Incip̄. ep̄la ad philemonem.

Paulus vinctus cristi ihesu et thimotheꝰ frater: philemoni dilecto adiutori nostro· et appie sorori carissime ⁊ arcippo cōmilitoni nostro: et ecclesie que in domo tua est. Gratia vobis et pax a deo patre nostro: et domino ihesu cristo. Gratias ago deo meo semꝑ memoriam tui faciens in orōibꝫ meis audiens caritatem tuam et fidem quā habes in dn̄o ihu et in oīes sanctos: ut cōmunicacō fidei tue euidēs fiat in agnicōne oīs opis boni in ihu xp̄o. Gaudiū enim magnum habui et consolacōnem in caritate tua: ꝙ viscera sanctoꝝ requieuerūt per te frater. Propter qd̄ multā fiduciam habens in cristo ihesu imperandi tibi qd̄ ad rem ꝑtinet: ꝓpter caritatez magis obsecro cū sis talis vt paulus senex nūc aūt ⁊ vinctꝰ ihesu xp̄i: obsecro te ꝓ meo filio quē genui in vinculis onesimo qui tibi aliquādo inutilis fuit: nūc aūt ⁊ michi ⁊ tibi vtilis: quē remisi tibi. Tu aūt illū ut mea viscera suscipe. Quē ego voluerā mecū detinere: ut ꝓ te michi ministraret in vinculis euangelij. Sine ꝯsilio aūt tuo nichil volui facē: vti ne velut ex necessitate bonū tuū esset· ſꝫ volūtariū. Forsitan enī ideo discessit ad horā a te· vt eternū illū reciperes: iā nō vt ſuū ſꝫ ꝓ ſuo carissimū frēz: maxīe michi. Quanto autē magis tibi: et in carne et in dn̄o. Si ergo habes me socium: suscipe illū sicut me. Si aūt aliquid nocuit tibi aut debet: hoc michi imputa. Ego paulus scripsi mea manu. Ego reddam: ut nō dicā tibi ꝙ ⁊ teipsum michi debes. Ita frater ego te fruar in dn̄o: refice viscera mea in cristo. Confidens in obediencia tua scripsi tibi: sciens qm̄ et super id qd̄ dico facies. Simul ⁊ para michi hospicium: nam spero ꝑ orationes vr̄as donari me vobis. Salutat te epafras ꝯcaptiuus meꝰ in xp̄o ihesu: marcus aristarchus demas et lucas adiutores mei. Gratia domini nostri ihesu cristi cum spiritu vestro amen.

Explicit epistola ad philemonem. Incipit argumentum in epistolam ad hebreos.

In primis dicendū est cur apostolus paulꝰ in hac epistola scribendo nō ſuauerit morē suū: ut vel vocabulū nominis sui vel ordinis describeret dignitatē. Hec causa est: ꝙ ad eos scribens qui ex circūcisione crediderant quasi gentiū apostolus ⁊ non hebreoꝝ: sciens q̄ꝫ eoꝝ suꝑbiaꝫ· suamq̄ꝫ humilitatē ip̄e demōstrans: meritū officij sui noluit anteferre. Nam simili modo etiam iohannes ap̄lus ꝓpter humilitatez in ep̄la sua nomen suū eadem racōne non p̄tulit. Hanc ergo ep̄lam fertur apostolus ad hebreos ꝯscriptā hebraica ligua misisse: cuius sensū ⁊ ordinē retinēs lucas euangelista post excessum ap̄li pauli greco ſmone composuit. Expl̄. argumētū.

VII

VIII

Incip̄ ep̄la ad hebreos.

Multipharie multisq3 modis olim deus loquens patrib9 in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio quē constituit heredem vniūsorꝫ: p quē fecit ⁊ secula. Qui cū sit splendor glorie. et figura substantie eius. portansq3 omnia verbo virtutis sue purgationē peccatorꝫ faciens: sedet ad dexteram maiestatis in excelsis tanto melior angelis effectus: quāto differētius pre illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquādo angelorꝫ filius meus es tu ego hodie genui te? Et rursū. Ego ero illi in patrē: et ipe erit michi in filiū. Et cū iterū introducit p̄mogenitū in vrbem terre dicit. Et adorent eū omnes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit. Qui facit angelos suos spūs: et ministros suos flammaz ignis. Ad filiū autē. Thronus tuus deus in seculuz seculi: virga eq̄tatis virga regni tui. Dilexisti iusticiam ⁊ odisti iniquitatē: ꝓpterea vnxit te deus deus tuus oleo exultacōnis p̄ participibus tuis. Et tu in p̄ncipio dn̄e terrā fundasti: et opera manuū tuarꝫ sūt celi. Ipi peribūt tu aūt pmanebis: et omnes ut vestimentū veterascent. Et velut amictū mutabis eos ⁊ mutabūtur: tu autē idem ipe es: et anni tui non deficient. Ad quem aūt angelorꝫ dixit aliqn̄ sede a dextris meis: quoadusq3 ponā inimicos tuos scabellum pedū tuorꝫ? Nōne oīes sūt āministratorij spūs: in ministeriū missi ꝓpter eos qui hēditatē capiūt salutis?

II

Propterea abundantius oportet obseruare nos ea que audiuimus: ne forte pefluamus. Si enim qui p angelos dictus est s̄mo factus est firmus. et omnis p̄uaricacō ⁊ inobediencia accepit iustam mercedis retributionē: quomō nos effugiemus si tantā neglexerimus salutez? Que cū iniciū accepisset enarrari per dn̄m: ab eis qui audierūt in nos ꝯfirmata ē: contestante deo signis ⁊ portentis ⁊ varijs virtutibus ⁊ spūs sancti distribucōnib9 scđm suā volūtatē. Nō enim angelis subiecit de9 orbē terre futurū: de quo loquim᷑. Testatus est autē in quodam loco quis dicēs. Quid est homo q̄ memor es eius: aut filius hominis qm̄ visitas eū? Minuisti eū paulo minus ab angelis: gloria et honore coronasti eū: et cōstituisti eū sup opera manuū tuarꝫ. Omia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim q̄ omnia ei subiecit: nichil dimisit nō subiectum ei. Nūc aūt necdū videmus oīa subiecta ei. Eum aūt qui modico q̄ angeli minorat9 est videmus ihesum. ꝓpter passionē mortis gloria ⁊ honore coronatū: vt gratia dei pro oīb9 gustaret mortē. Decebat enim eum ꝓpter quē oīa ⁊ p quē oīa: qui multos filios in gloriā adduxerat: auctorem salutis eorꝫ p passionē consūmari. Qui enim sanctificat ⁊ qui sanctificāt᷑: ex vno oēs. Propter quā causam nō ꝯfundit᷑ fratres eos vocare dicens. Nunciabo nomen tuū fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te. Et iterū. Ego ero fidens in eum. Et iterum. Ecce ego ⁊ pueri mei: q̄s dedit michi deus. Quia ergo pueri ꝯmunicauerūt carni ⁊ sanguini: et ipe similiter participauit eisdē: vt p mortem destrueret eū qui habebat mortis imperiū id est diabolū: ⁊ liberaret eos qui timore mortis p totā vitā obnoxij erāt s̄uituti. Nusq̄ enim angelos apphendit: s3 semē abrahe apprehendit. Vnde debuit p oīa fratribus similari: vt misericors fieret ⁊ fidelis pontifex ad deu3: vt repropiciaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipe ⁊ temptatus: potēs ē ⁊ eis qui temptāt᷑ auxiliari.

III

Vnde fratres sancti vocationis celestis participes. ꝯsiderate apostolū ⁊ pontificem ꝯfessionis nostre ihesū: qui fidelis ē ei q̄ fecit illū: sicut ⁊ moyses in omni domo eius. Amplioris enim glorie iste p̄ moyse dign9 est habitus: quanto ampliorē honorē hab3 domus qui fabricauit illam. Omis nāq3 domus fabricatur ab aliquo. Qui aūt oīa creauit. deus. Et moyses quidē fidelis erat in tota domo eius tanq̄ famulus in testimoniū eorꝫ que dicenda erāt: xp̄us vero tanq̄ fili9 in domo sua. Que domus sumus nos: si fiduciam ⁊ gloriam spei vsq3 ad finem. firmā retineamus. Quapropter sicut dicit spūs sc̄us hodie si vocem audieritis nolite obdurare corda vestra: sicut in exacerbacōne scđ3 diē

temptationis in deserto. Ubi temptauerūt me patres vestri: ꝓbauerūt ⁊ viderūt opa mea quadraginta ānis. Propter qđ infensus fui generacōi huic: ⁊ dixi semꝑ errant corde. Ipi aūt nō cognouerūt vias meas: quibus iuraui in ira mea si introibūt in requiem meam. Uidete fratres: ne forte sit in aliquo vr̄m cor malū incredulitatis discedendi a deo viuo. Sꝫ adhortamini vosmetipos per singulos dies donec hodie cognominatur: vt nō obduret᷑ quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim cristi effecti simus: si tamen iniciū substantie eius vsqꝫ ad finē firmū retineamus: dū dicit᷑ hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vr̄a queadmodū in illa exacerbacōne. Quidā enim audientes exacerbauerūt: sꝫ non vniuersi qui ꝓfecti sunt ab egipto per moysen. Quibꝰ aūt infensus est quadraginta ānis? Nōne illis qui peccauerūt: quoꝝ cadauera ꝓstrata sūt in deserto? Quibus aūt iurauit non introire in requiē ipsius: nisi illis qui increduli fuerūt? Et videmus q̄ non potuerūt introire in requiē ipiꝰ ꝓpter incredulitatē.

IIII

Timeamus ergo: ne forte relicta pollicitacōne introeūdi in requiem eius. existimet᷑ aliquis ex nobis deesse. Etenim ⁊ nobis nūciatū est queadmodū ⁊ illis: sꝫ non ꝓfuit illis sermo auditus. nō admixtus fidei ex hijs que audierūt. Ingrediemur enim in requiē qui credidimus: quēadmodū dixit. Sicut iuraui in ira mea: si introibūt in requiē meā. Et quidē operibꝰ ab institucōe mūdi ꝑfectis: dixit enim quodā loco de die septima sic. Et requieuit deus die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum. Si introibunt in requiē meā. Quoniā ergo supest introire quosdam in illam: et hij quibꝰ p̄oribꝰ ānūciatū est nō introierūt ꝓpter incredulitatē: iterū terminat diē quendā hodie in dauid dicendo. post tantū tēporis sicut supra dictū est: hodie si vocez eius audieritis nolite obdurare corda vestra. Nam si eis ihesus requiē p̄stitisset: nunq̄ de alia loqueret᷑ post hac die. Itaqꝫ relinquitur sabbatismus ꝑplō dei. Qui enim ingressus est in requiē eius: etiā ipse requieuit ab operibꝰ suis sicut ⁊ a suis deus. Festinemus ergo ingredi in illam requiē: vt ne in idip̄m quis incidat incredulitatis exemplū. Uiuus est enim sermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti: et ꝑtingens usqꝫ ad diuisionē anime ac sp̄us. compagū quoqꝫ ac medullaꝝ: et discretor cogitacōm et intencōnū cordis. Et nō est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: oīa aūt nuda et aperta sūt oculis eius: ad quē nob̄ sermo. Habentes ergo pontificem magnū qui penetrauit celos ihesum filiū dei: teneamus spei nostre cōfessionē. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibꝰ nostris: temptatū autē ꝑ oīa ꝓ similitudine absqꝫ peccato. Adeamus ergo cū fiducia ad thronū gratie eius: vt misericordiā consequamꝰ ⁊ gr̄az inueniamꝰ in auxilio oportūo.

V

Omnis nāqꝫ pōtifex ex hominibꝰ assumptus ꝓ hominibꝰ constituitur in hijs que sūt ad deū: vt offerat dona ⁊ sacrificia ꝓ peccatis. Qui cō dolere possit hijs qui ignorant ⁊ errāt: qm̄ ⁊ ip̄e circūdatus est infirmitate: et ꝓpterea debet queadmodū pro populo. ita etiā ⁊ ꝓ semetip̄o offerre ꝓ peccatis. Nec quisq̄ sumit sibi honorem: sꝫ qui vocatur a deo tanq̄ aaron. Sic ⁊ xp̄us nō semetip̄m clarificauit ut pontifex fieret: sed q̄ locutus est ad eum. Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quemadmodū ⁊ in alio loco dicit. Tu es sacerdos in eternū: scđm ordinē melchisedech. Qui in diebꝰ carnis sue p̄ces supplicacōnesqꝫ ad eū qui possit illū saluū facere a morte. cū clamore valido ⁊ lacrimis offerens: exauditus est ꝓ sua reuerentia. Et quidem cum esset filius dei didicit ex hijs q̄ passus est obedientiā: et consūmatus factus est oībꝰ obtemperātibꝰ sibi causa salutis eterne: appellatus a deo pontifex iuxta ordinē melchisedech. De quo nob̄ grādis ꝟmo ⁊ interp̄tabilis ad dicēdū: qm̄ inbecilles facti estis ad audiēdū. Etenim cū deberetis magistri esse ꝓpter tempus: rursū indigetis ut vos doceamini que sint elemēta exordij sermonū dei: ⁊ facti estis quibꝰ lacte opus sit nō solido cibo. Oīs eni q̄ lactis ē particeps: expers ē ꝟmōis iusticie. Paruulus enim est. Perfectoꝝ autez est solidus cibus: eoꝝ qui ꝓ ip̄a ꝯsuetudine exercitatos

habent sensus ad discrecōnem boni ac mali.
Quapropter intermittentes VI
inchoacōis cristi s̄mone ad pfectio=
nem feramur: non rursū iaciētes fundamen=
tū penitētie ab operibꝫ mortuis· et fidei ad
deū· baptismatū· doctrine· imposicōis q3 ma=
nnū· ac resurrectiōis mortuoꝝ: et iudicij e=
terni. Et hec faciemus: si quidē pmiserit deus.
Impossibile enim ē eos qui semel sūt illumi=
nati· gustauerūt etiā donū celeste· et partici=
pes facti sūt spūs sancti: gustauerūt nichil=
ominus bonū dei verbū· virtutesq3 seculi ven=
turi· et plapsi sūt· rursus renouari ad peniten=
tiam: rursū crucifigētes sibimetipsis filiū dei·
et ostentui habentes. Terra enim sepe venie=
tem sup se bibens ymbrem ⁊ germinās her=
bam oportunā illis a quibus colitur accipit
benedictionē a deo: pferens aūt spinas ac
tribulos reproba ē et maledicto pxima: cu=
ius consūmacō in cōbustionē. Confidimus
aūt de vobis dilectissimi meliora ⁊ viciniora
saluti: tam ⁊ si ita loquim̄. Non enim iniustꝰ
deus ut obliuiscat̄ operis vestri ⁊ dilectōis
quā ostendistis in nomine ipsius: qui mini=
strastis sanctis ⁊ ministratis. Cupimus aūt
vnūquenq3 vestrū eandē ostentare sollici=
tudinē ad expletionē spei vsq3 in finē ut nō
segnes efficiamini: verū imitatores eorum
qui fide ⁊ patientia hereditabūt pmissiōes.
Abrahe nāq3 pmittens deus· qm̄ neminem
habuit p quē iuraret maiorem: iurauit per
semetipm dicens· nisi benedicens benedicā
tibi ⁊ multiplicans multiplicabo te: et sic lon=
ganimiter ferens adeptus est repromissio=
nem. Homines enim p maiorem sui iurant:
et omnis controūsie eoꝝ finis ad confirmati=
onem· est iuramētum. In quo abūdātius vo=
lens deus ostendē pollicitationis heredibꝫ
immobilitatē consilij sui· interposuit iusiurā=
dum: ut p duas res immobiles quibus im=
possibile est mentiri deū· fortissimū solatiū ha=
beamus qui confugimus ad tenēdam ppo=
sitam spem: quam sicut anchoram habemus
anime tutam ac firmā ⁊ incedentē vsq3 ad
interiora velaminis: vbi pcursor p nobis in=
troijt ihesus secundum ordinem melchise=
dech: pōtifex factus in etnū. VII
Hic enim melchisedech rex salē sacer=
dos dei summi qui obuiauit abrahe regresso
a cede regū· et bn̄dixit ei: cui ⁊ decimas omni=
um diuisit abraham: pmū quidē qui interp=
tatur rex iusticie· deinde aūt ⁊ rex salem qd
est rex pacis: sine patre· sine matre· sine ge=
nealogia· neq3 iniciū dieꝝ neq3 finem vite
habēs: assimilatus aūt filio dei manet sacer=
dos in ppetuū. Intuemini aūt quātus sit hic:
cui ⁊ decimas dedit de pcipuis abrahā patri=
archa. Et quidē de filijs leui sacerdotiū ac=
cipientes· mandatū habent decimas sumē
a ppl'o scd̄m legē id ē a fratribꝫ suis: quāq̄
et ipi exierint de lūbis abrahe. Cuius autē
generacō non ānumerat̄ in eis· decimas su=
psit ab abrahā: et hūc qui habebat repro=
missiones benedixit. Sine vlla aūt contra=
dictione: qd minus est a meliore benedicit̄.
Et hic quidē decimas morientes homines
accipiūt: ibi aūt contestat̄ quia viuit. Et ut
ita dictū sit p abraham ⁊ leui: qui decimas
accepit decimatus ē. Adhuc enim in lūbis
patris erat: quando obuiauit ei melchise=
dech. Si ergo cōsūmacō p sacerdotiū leui=
ticū erat· populus enim sub ipo legem acce=
pit: qd adhuc necessariū fuit scd̄m ordinē
melchisedech aliū surgē sacerdotē ⁊ non se=
cūdū ordinē aaron dici? Translato enim sa=
cerdotio: necesse est ut ⁊ legis trāslacō fiat.
In quo enim hec dicūtur de alia tribu est: de
qua nullus altario p̄sto fuit. Manifestū est
enim q ex iuda ortus sit dn̄s noster: in qua
tribu nichil de sacerdotibꝫ moyses locutus
est. Et amplius adhuc manifestū est· si secū=
dū similitudinē melchisedech exsurgat ali=
us sacerdos qui nō scd̄m legē mandati car=
nalis factus ē: sed scd̄m virtutē vite insolu=
bilis. Contestatur enim: qm̄ tu es sacerdos
in eternū scd̄m ordinem melchisedech· Re=
pbacō quidē fit p̄cedentis mandati ppter
infirmitatē eius et inutilitatē. Nichil enim
ad pfectū adduxit lex. Introductio vero
melioris spei p quā pximamus ad deum: et
quantū est· nō sine iureiurādo. Alij quidē
sine iureiurādo sacerdotes facti sūt: hic au=
tem cū iureiurādo p eū qui dixit ad illū. Iu=
rauit dn̄s ⁊ nō penitebit eū: tu es sacerdos
in eternū. In tantū melioris testamēti spon=
sor factus est ihesus. Et alij quidem plures

facti sũt sacerdotes idcirco ꝙ morte ꝓhibe-
rent̃ ꝑmanere: hic aũt eo ꝙ maneat in eter-
nũ sempiternũ habet sacerdotiũ. Vnde ⁊ sal-
uare in ꝑpetuũ potest accedens ꝑ semetipm
ad deũ: semp viuẽs ad interpellandũ ꝓ no-
bis. Talis enim decebat ut nobis esset pon-
tifex: sanctus. innocens. impollutus. segre-
gatus a peccatoribꝫ. et excelsior celis factus.
Qui nõ habet necessitatẽ quotidie queãd-
modũ sacerdotes prius ꝓ suis delictis ho-
stias offerre: deinde ꝓ ꝑpli. Hoc enim fecit
semel se offerendo. Lex enim homines con-
stituit sacerdotes infirmitatẽ habentes: ser-
mo autem iurisiurandi qui post legem est.
filiũ in eternũ perfectum. VIII
Capitulũ aũt super ea que dicũtur. Ta-
lem habemus pontificẽ: qui cõsedit in dexte-
ra sedis magnitudinis in celis. sanctoꝝ mi-
nister. et tabernaculi veri: qđ fixit deus ⁊ nõ
homo. Omnis enim pontifex ad offerendũ
munera ⁊ hostias ɔstituit̃. Vnde necesse ẽ
et hũc habere aliquid qđ offerat. Si ergo
esset sup terrã: nec esset sacerdos cũ essent
qui offerrent scđm legem munera q̃ exẽpla-
ri ⁊ vmbre deseruiũt celestiũ: sicut responsũ
est moysi cũ consũmaret tabernalũ. Vide in-
quit omia facito scđm exẽplar: qđ tibi ostẽ-
sum est in monte. Nũc aũt melius sortitus ẽ
ministeriũ quãto ⁊ melioris testamẽti medi-
ator est: qđ in melioribꝫ repromissionibus
sanctitũ est. Nam si illud prius culpa vacas-
set: nõ vtiqꝫ secũdi locus inq̃reretur. Vitupe-
rans enim eos dicit. Ecce dies venient dicit
dñs: et consũmabo sup domũ israhel ⁊ sup do-
mũ iuda testamẽtuꝫ nouũ: nõ scđm testamẽ-
tum qđ feci patribꝫ eoꝝ in die qua app̃hẽdi
manũ eoꝝ ut educerẽ illos de terra egipti:
qm̃ ipi nõ ꝑmanserũt in testamento meo: et
ego neglexi eos dicit dñs. Quia hoc est te-
stamẽtum qđ disponã domui israhel post di-
es illos dicit dominus. dando leges meas
in mente eoꝝ et in corde eoꝝ supscribã eas:
et ero eis in deũ: et ipi erũt michi in ꝑplm. Et
non docebit vnusquisqꝫ ꝓximũ suũ et vnus-
quisqꝫ fratrem suũ dicẽs cognosce dominũ:
qm̃ omnes scient me a minore usqꝫ ad maio-
rem: qꝛ ꝓpicius ero iniquitatibꝫ eoꝝ. et pec-
catoꝝ eoꝝ iam non memorabor. Dicendo
autem nouũ: veterauit prius. Quod autẽ
antiquat̃ et senescit: ꝓpe interitũ est. IX
Habuit quidẽ ⁊ prius iustificacões cul-
ture: et sanctũ seculare. Tabernaculũ
enim factũ est primũ. in quo erãt cãdelabra
⁊ mensa ⁊ ꝓposicõ panũ quod dicit̃ sancta:
post velamentũ autẽ. secundũ tabernaculuꝫ
quod dicit̃ sancta scõꝝ aureũ habẽs thuri-
bulũ ⁊ archam testamẽti circũtectã ex omi
parte auro: in qua vrna aurea habẽs man-
na. et virga aaron. q̃ fronduerat. et tabule
testamẽti: superqꝫ eã cherubin glorie obum-
brantia ꝓpiciatoriũ: de quibꝫ non est modo
dicendũ ꝑ singula. Hijs vero ita cõpositis.
in priori quidẽ tabernaculo semp introibãt
sacerdotes sacrificioꝝ officia consũmãtes:
in secundo aũt semel in ãno solus pontifex
non sine sanguine quẽ offerret ꝓ sua et ꝑpli
ignorantia: hoc significante spũ sancto. nõ-
dũ ꝓpalatam esse scõꝝ viaꝫ adhuc priore
tabernaculo habente statũ. Que parabola ẽ
temporis instantis: iuxta quã munera ⁊ ho-
stie offerũt̃ que nõ possunt iuxta ɔscientiã
ꝑfectũ facere seruientẽ: solũmodo in cibis
et in potibꝫ ⁊ in varijs baptismatibꝫ ⁊ iusti-
cijs carnis: usqꝫ ad tẽpus correctionis im-
positis. Cristus aũt assistens pontifex futu-
roꝝ bonoꝝ ꝑ amplius ⁊ ꝑfectius taberna-
culũ nõ manufactũ id est non huius creati-
onis: neqꝫ ꝑ sanguinẽ hircoꝝ aut vituloꝝ
sed ꝑ ꝓpriũ sanguinẽ introiuit semel in san-
cta: eterna redemptione inuẽta. Si enim
sanguis hircoꝝ et thauroꝝ et cinis vitule
aspersus inq̃natos sanctificat ad emũdati-
onem carnis: quanto magis sanguis cristi
qui ꝑ spiritũ sanctũ semetipm obtulit imma-
culatum deo emũdauit conscientiã nr̃am ab
opibꝫ mortuis ad suiẽdũ deo viuẽti. Et ideo
noui testamenti mediator ẽ: ut morte inter-
cedente in redẽptionẽ eaꝝ ꝑuaricacõnũ. q̃
erant sub p̃ori testamẽto: repromissionẽ ac-
cipiãt q̃ vocati sũt eterne hereditatis. Vbi
enim testamẽtum: mors necesse est interce-
dat testatoris. Testamentũ enim in mortu-
is confirmatũ est. Alioquin nondũ valet:
dũ viuit qui testatus ẽ. Vnde nec p̃mũ qui-
dem sine sanguine dedicatũ est. Lecto enim
omni mandato legis a moyse vniũso ꝑplo:

accipiens sanguinē vitulorum et hircorum cū a=
qua et lana coccinea et ysopo: ipm q3 librū et
omnē p̄plm aspersit dicens. Hic sanguis te=
stamenti: qđ mandauit ad vos deus. Etiā3
tabernaculū et oīa vasa ministerij sangui=
ne similiter aspersit. Et oīa pene in sangui=
ne scđm legem mūdant᷑: et sine sanguinis
effusione nō fit remissio. Necesse est ergo
exēplaria quidē celestiū hijs mūdari: ipsa
autē celestia melioribꝫ hostijs q̄ istis. Nō
enim in manufacta sancta ihesus introijt ex=
emplaria verorum: sed in ipsū celū: ut appare
at nūc vultui dei p nobis. Neq3 ut sepe offe=
rat semetipm: quēadmodū pontifex intrat
in sancta per singulos ānos in sāguine alie=
no. Alioquin oportebat eū frequenter pati
ab origine mūdi. Nūc aūt semel in consum=
matione seculorum: ad destitucōne3 peccati p
hostiā suam apparuit. Et quēadmodū sta=
tutū est hominibꝫ semel mori: post hoc autē
iudiciū: sic et cristus semel oblatus ē ad mul=
torum exhaurienda peccata: scđo sine pecca=
to apparebit oībꝫ exspectātibꝫ se in salutē.

X

Umbram enim habens lex futu=
rorum bonorum nō ipsam imaginē rerū:
per singulos annos eisdem ipis hostijs q̄s
offerūt indesinenter: nunq̄ potest accedē=
tes pfectos facē. Alioquin cessassent offer=
ri: ideo q nullā haberēt vltra cōsciētiā pec=
cati cultores semel mūdati. Sed in ipsis cō=
memoracō peccatorum per singulos ānos fit.
Impossibile enim est sanguine thaurorum et
hircorum auferri peccata. Ideo ingrediēs mū=
dū dicit. Hostiā et oblationē noluisti: corpꝰ
aūt aptasti michi. Olocaustomata et p pec=
cato nō tibi placuerūt. Tūc dixi. Ecce venio.
In capite libri scriptū est de me: ut faciā deꝰ
volūtatē tuā. Superius dicens: q hostias
et oblacōnes et olocaustomata et p peccato
noluisti: nec placita sūt tibi que scđm legē
offerūtur: tūc dixi ecce venio: ut faciam deus
volūtatē tuā: aufert p̄mū ut sequēs statuat.
In qua volūtate sanctificati sumus: p obla=
tionē corpis ihesu cristi semel. Et omnis qui=
dem sacerdos p̄sto est quotidie ministrās:
et easdem sepe offerens hostias que non
possunt auferre peccata. Hic aūt vnā p pec=
catis offerēs hostiam in sempiternū sedet

in dextra dei: de cetero exspectans donec po=
nant᷑ inimici eius scabellū pedū eius. Una
enim oblatione consūmauit in sempiternū
sanctificatos. Contestatur aūt nos et spiritꝰ
sanctus. Postq̄ enim dixit. Hoc aūt testa=
mentū qđ testabor ad illos post dies illos
dicit dn̄s dādo leges meas in cordibꝫ eorum
et in mētibꝫ eorum supscribā eas: et peccatorum
et iniquitatū eorum iam nō recordabor ampli=
us. Ubi aūt horum remissio: iā nō ē oblacō p
peccato. Habentes itaq3 fratres fiduciā in
introitu sanctorum in sanguine cristi quā inici=
auit nobis viam nouā et viuentē p velamē
id ē carnē suā: et sacerdotē magnū super do=
mū dei: accedamus cū vero corde in plenitu=
dine fidei aspersi corda a cōsciētia mala: et
abluti corpus aqua mūda: teneamus spei
nostre confessionē indeclinabilem. Fidelis
enī est q̄ repromisit. Et cōsideremus inuicē
in puocacōnem caritatis et bonorum operū: nō
deserentes collectionē nostrā sicut consuetu=
dinis est quibusdam s3 ꝯsolantes: et tanto
magis quanto videritis appropinquante3
diem. Volūtarie enim peccantibꝫ nob̄ post
acceptā noticia3 veritatis iam nō relinquit᷑
pro peccatis hostia. Terribilis aūt quedam
exspectatio iudicij et ignis emulacō: que cō=
sumptura est adūsarios. Irritā quis faciēs
legem moysi sine vlla miseracōne duobꝫ vel
tribus testibus moritur: quanto magis pu=
tatis deteriora mereri supplicia qui filiū dei
conculcauerit: et sanguinē testamēti pollutū
duxerit in quo sanctificatus ē: et spiritui gra=
tie contumeliam fecerit? Scimus enim qui
dixit. Michi vindictā: ego retribuā. Et ite=
rum. Quia iudicabit dn̄s p̄plm suum. Hor=
rendū est incidē in manus dei viuentis. Re=
memoramini aūt pristinos dies in quibus
illuminati magnum certamen sustinuistis
passionū: et in altero quidem opprobrijs et
tribulacōibꝫ spectaculū facti: in altero au=
tem socij taliter conūsantiū effecti. Nam et
vinctis compassi estis: et rapinam bonorum
vestrorum cū gaudio suscepistis: cognoscen=
tes vos habere meliorem et manentem sub=
stantiam. Nolite itaq3 amittē cōfidentiā ve=
stram: que magnam habet remuneracōne3.
Patiētia enī vob̄ necessaria est: ut volūtatē

dei facientes reportetis ꝑmissionē. Adhuc enim modicū aliquātulūq; qui venturus ē veniet ⁊ non tardabit: iustus aūt meus ex fide viuit. Quod si sbtraxerit se: nō placebit aīe mee. Nos aūt nō simus sbtractioīs filij in ꝑdicōez: sed fidei in acquisitionē anime.

Est autem fides sperandarꝝ XI substantia rerꝝ argumentū non apparentiū. In hac enim testimoniū cōsecuti sūt senes. Fide intelligimus aptata esse secula verbo dei: ut ex inuisibilibꝫ visibilia fierent. Fide plurimā hostiam abel ꝙ cayn obtulit deo: ꝑ quā testimoniū consecutus est esse iustus: testimoniū ꝑhibente muneribꝫ eius deo: et ꝑ illā defunctus adhuc loquitᷣ. Fide enoch translatus ē ne videret mortē: et nō inueniebatᷣ: quia trāstulit illum dn̄s. Ante trāslacōnē enī testimoniū habuit placuisse deo. Sine fide aūt impossibile est placere deo. Credē enim oportet accedentē ad deū quia est: et inquirentibꝫ se remunerator sit. Fide noe responso accepto de hijs que adhuc nō videbantᷣ metuens aptauit archā in salutē domus sue: per quā damnauit mūdū: et iusticie que ꝑ fidem ē heres ē institutus. Fide qui vocatᷣ abraham obediuit in locū exire quē accepturus erat in hereditatē: et exijt nesciens quo iret. Fide demoratus ē in terra repromissionis tanꝙ̄ in aliena: in casulis habitando cū ysaac et iacob coheredibus repromissionis eiusdē. Exspectabat enim fundamenta habentē ciuitatē: cuius artifex ⁊ conditor deus. Fide et ipsa sara sterilis virtutē in cōceptione seminis accepit etiam ꝑter tempus etatis: qm̄ fidelē credidit esse eū qui repromiserat. Propter qđ ⁊ ab vno orti sūt: et hoc emortuo tanꝙ̄ sidera celi in multitudinē: et sicut arena que est ad orā maris innumerabilis. Juxta fidē defuncti sūt omes isti nō acceptis repromissionibus: sed a longe eas aspicientes ⁊ salutantes: et confitentes ꝙ peregrini et hospites sunt sup terrā. Qui enim hoc dicūt: significant se patriā inquirere. Et si quidē ipsius meminissent de qua exierūt: habebāt vtiq; tempus reūtendi. Nunc aūt meliorē appetūt: id ē celestem. Ideo nō confunditᷣ deus vocari deus eorꝝ. Parauit enī illis ciuitatē.

Fide obtulit abraham ysaac cū temptaretᷣ: et vnigenitū offerebat in quo susceperat repromissiones: ad quē dictū est: ꝙ in ysaac vocabitur tibi semen: arbitrans ꝙ et a mortuis suscitare potens est deus. Vnde eū ⁊ in parabolam accepit. Fide et de futuris benedixit ysaac iacob ⁊ esau. Fide iacob moriēs singulos filiorꝝ ioseph benedixit: et adorauit fastigiū virge eius. Fide ioseph moriēs de ꝓfectione filiorꝝ israhel memoratus ē: et de ossibus suis mādauit. Fide moyses natus occultatus ē mensibꝫ tribꝫ a parentibꝫ suis eo ꝙ vidissent elegantē infantē: et nō timuerūt regis edictū. Fide moyses grandis factus negauit se esse filium filie pharaonis: magis eligēs affligi cū ꝑplo dei ꝙ̄ tēporalis peccati habere iocūditatē: maiores diuicias estimans thesauro egipcōrꝝ imperiū cristi. Aspiciebat enim in remuneracōnem. Fide reliquit egiptū: nō veritus āimositatē regis. Inuisibilē enim tanꝙ̄ vidēs sustinuit. Fide celebrauit pascha ⁊ sanguinis effusionē: ne qui vastabat ꝑmitiua tangeret eos. Fide transierūt mare rubrū tanꝙ̄ ꝑ aridaꝫ terrā: quod experti egiptij deuorati sūt. Fide muri iherichο corruerūt circuitu dierꝝ septē. Fide raab meretrix nō perijt cū incredulis: excipiens exploratores cū pace. Et qđ adhuc dicā? Deficiet enim me tempus enarrātem de gedion. barach. samson. iepte. dauid. samuhel. et ꝓphetis: qui ꝑ fidē vicerūt regna. operati sūt iusticiā: adepti sunt repromissiones. Obturauerūt ora leonū: extinxerūt impetū ignis. Effugarūt aciem gladij: conualuerūt de infirmitate: fortes facti sunt in bello. Castra verterūt exterorꝝ: acceperūt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij aūt distenti sūt non suscipientes redemptionē: ut meliorē inuenirēt resurectionē. Alij vero ludibria et verbera experti insup ⁊ vincula et carceres: lapidati sūt. secti sūt. tēptati sunt: in occisione gladij mortui sūt. Circuierūt in melotis in pellibꝫ caprinis: egētes. angustiati. afflicti. quibꝫ dignus non erat mūdus: in sollicitudinibꝫ errantes. in montibꝫ. et speluncis ⁊ in cauernis t̄re. Et hij omes testimonio fidei ꝓbati nō acceperūt repromissionē: deo ꝓ nobis melius aliquid ꝓuidēte: ut nō

sine nobis consummarentur. XII

Ideoq3 et nos tantā habētes impositā nubē
testiū: deponētes omne pondus ꝛ circūstās
nos peccatū per patiētiā curramus ad ꝓpo=
situ nobis certamē. aspicientes in auctorē
fidei. et consūmatorē ihesū: qui ꝓposito sibi
gaudio sustinuit crucē. confusione contem=
pta atq3 in dextera sedis dei sedet. Recogi=
tate enim eū qui talē sustinuit a peccatoribꝫ
adūsum semetipm contradictionē: ut ne fa=
tigemini animis vestris deficiētes. Nondū
enim usq3 ad sanguinē restitistis aduersus
peccatū repugnātes: et obliti estis consola=
tionis que vobis tanꝗ filijs loquit᷑ dicens.
Fili mi noli neglige disciplinā domini: neq3
fatigeris dū ab eo argueris. Quē enim di=
ligit dn̄s castigat: flagellat aūt omnē filiū
quē recipit. In disciplina ꝑseuerate. Tanꝗ
filijs vobis offert se deus. Quis enim filius
quem non corripit pater? Quod si extra di=
sciplinā estis. cuius ꝑticipes facti sūt omēs:
ergo adulteri et non filij estis. Deinde pa=
tres quidem carnis nostre eruditores ha=
buimus: et reuerebam᷑ eos. Num multoma=
gis obtemperabimus patri spirituū ꝛ viue=
mus? Et illi quidē in tēpore paucoꝝ dieꝝ
scd̄m volūtatē suā erudiebant nos: hic aūt
ad id qđ vtile est in recipiēdo sanctificacōz
eius. Omnis aūt disciplina in p̄senti quidez
videtur nō esse gaudij. ꝫ meroris: postea
aūt fructū pacatissimū exercitatis per eam
reddet iusticie. Propter quod remissas
manus et soluta genua erigite: et gressus
rectos facite pedibus vestris. vt non clau=
dicans quis erret: magis aūt sanetur. Pacē
sequimini cum omnibus et sanctimoniam:
sine qua nemo videbit deū. Contēplantes
ne quis desit gratie dei: ne qua radix ama=
ritudinis sursū germinans impediat: et per
illam inquinētur multi. Ne quis fornicator
aut ꝓphanus ut esau: q̄ ꝓpter vnā escam ven=
didit p̄mitiua sua. Scitote enī: qm̄ ꝛ postea
cupiēs hereditare benedicōez reprobatus
est. Non enī inuenit penitētie locū: quanꝗ
cum lacrimis inquisisset eam. Non enim ac=
cessistis ad tractabilē ꝛ accessibilē ignem
et turbinez. et caliginez et procellam ꝛ tube
sonū et vocem verboꝝ: quā qui audierunt
excusauerūt se ne eis fieret verbū. Non enī
portabāt quod dicebat᷑: et si bestia tetigerit
montē lapidabitur. Et ita terribile erat qđ
videbat᷑. Moyses dixit. Exterritus sum et
tremebūdus. Sed accessistis ad syon mō=
tē ꝛ ciuitatē dei viuētis ihrlm celestē. et mul=
toꝝ miliū angeloꝝ frequētiā. et ecclesiā pri=
mitiuoꝝ qui conscripti sūt in celis: et iudicē
omniū deuz ꝛ spiritus iustoꝝ ꝑfectoꝝ. et te=
stamenti noui mediatorē ihesum: et sangui=
nis aspersionē. melius loquentē ꝗ abel. Vi=
dete ne recusetis loquentē. Si enim illi non
effugerūt recusantes eum qui sup terrā lo=
quebatur. multomagis nos qui de celis lo=
quentē nobis auertimus: cuius vox mouit
terrā tūc: nūc autē repromittit dicens. Ad=
huc semel: et ego mouebo nō solū terrā sed
et celū. Qđ aūt adhuc semel dicit: declarat
mobiliū translacōnez tanꝗ factoꝝ: ut ma=
neant ea que sūt immobilia. Itaq3 regnuz
immobile suscipiētes habemus graz: p quā
seruiamus placētes deo cū metu ꝛ reuerētia.
Etenī deus noster ignis ꝯsumēs ē. XIII

Caritas fraternitatis maneat in vobis:
et hospitalitatē nolite obliuisci. Per
hanc enim placuerūt quidam angelis ho=
spicio receptis. Memētote vinctoꝝ tanꝗ
simul vincti: et laborantiū tanꝗ ꝛ ipsi in cor=
pore morātes. Honorabile conubiū in omi=
bus: et thorus immaculatus. Fornicatores
enim ꝛ adulteros iudicabit deus. Sint mo=
res sine auaricia: ꝯtenti p̄sentibꝫ. Ipse enim
dixit. Nō te deseram neq3 derelinquā: ita ut
ꝯfidenter dicamus. Dominus michi adiu=
tor est: nō timebo quid faciat michi homo.
Memētote ꝓpositoꝝ vestroꝝ qui vobis lo=
cuti sūt verbū dei: quoꝝ intuentes exitū con=
uersacōnis. imitamini fidem. Ihesus cristus
heri ꝛ hodie: ipse ꝛ in secula. Doctrinis varijs
et ꝑegrinis nolite abduci. Optimū ē enim
gratia stabilire cor: nō escis que nō ꝓfuerūt
ambulātibꝫ in eis. Habemus altare: de quo
edere nō habent potestatē qui tabernaculo
deseruiūt. Quoꝝ enim animaliū infert᷑ san=
guis ꝓ pcc̄o in sancta p pontificē: hoꝝ cor=
pora cremant᷑ extra castra. Propter quod
et ihesus ut sanctificaret p suū sanguinē po=
pulū. extra portā passus est. Exeamus igit᷑

ad eũ extra castra: improperiũ eius portã-
tes. Non enim habemus hic manentẽ ciui-
tatẽ: sed futurã inquirimus. Per ipm ergo
offeramus hostiam laudis semp deo: id est
fructũ labiorꝫ ↄfitentiũ nomini eiꝰ. Bene-
ficientie autẽ ⁊ cõmunionis nolite obliuisci.
Talibꝫ enim hostijs ꝓmeretur deꝰ. Obedi-
te ꝑpositis vestris: et subiacete eis. Ipsi enĩ
peruigilant quasi rationẽ ꝓ animabus vr̃is
reddituri: ut cũ gaudio hoc faciãt: ⁊ nõ ge-
mentes. Hoc enim nõ expedit vobis. Ora-
te ꝓ nobis. Confidimus enim qꝛ bonã ↄsci-
entiã habemus: in oĩbꝫ bene volẽtes con-
uersari. Amplius autẽ dep̃cor vos hoc face-
re: quo celerius restituar vobis. Deus au-
tem pacis qui eduxit de mortuis pastorez
magnũ ouiũ in sanguine testamenti eterni
dñm nostrũ ihesũ cristũ. aptet vos in omni
bono vt faciatis eius voluntatẽ: faciens in
vobis quod placeat coram se ꝑ ihm xp̃m:
cui est gloria in secula seculorꝫ amẽ. Rogo
autẽ vos fratres: ut sufferatis verbũ solatij.
Etenim perpaucis scripsi vobis. Cognosci-
te fratrem vestrũ thimotheũ dimissum: cum
quo si celerius venerit videbo vos. Saluta-
te oĩes ꝑpositos vestros: et oĩes sanctos.
Salutant vos de ytalia fratres. Gratia cũ
oĩbꝫ vobis amẽ. Explic̃ ep̃la ad hebreos.
Incip̃ prefacõ beati ieronimi p̃sbri in librũ actuũ aplorꝫ.

III

Anit psalmi-
sta: ambulabũt de virtutibꝫ
in virtutes. Post apostoli
pauli epistolas dudũ vno
vobis volumine translatas.
domnion ⁊ rogatiane carissimi. actus aplo-
rũ ↄpellitis vt transferã in latinũ: quẽ librũ
nulli dubiũ est a luca anthioceno arte me-
dico. qui postea inseruiẽs paulo apostolo
xp̃i factus est discipulus fuisse editũ. Cer-
uices p̃mit imposita sepius oneris magni-
tudo: qꝛ studia inuidorꝫ reprehẽsione dig-
putant ea que scribimus. Illorꝫ nũq̃ odio
⁊ detractõe. iuuãte xp̃o meũ silebit eloquiũ.
Lucas igitur anthiocensis. natione sy-
rus. cuius laus in euangelio canitur. apud
antiochiã medicine artis egregius. et apo-
stolorꝫ cristi discipulus fuit: postea vsqꝫ ad
ↄfessionẽ paulũ secutus aplm. sine crimine
in virginitate ꝑmanens. deo maluit seruire.
Qui octoginta ⁊ quatuor ãnos etatis agẽs
in bithinia obijt plenus spũ sancto: quo in-
stigante in achaie partibꝫ euãgeliũ scribẽs.
grecis fidelibꝫ incarnationẽ dñi fideli narra-
tione ostendit: eundẽqꝫ ex stirpe dauid de-
scendisse monstrauit. Cui nõ immerito scri-
bendorꝫ actuũ aplicorꝫ potestas in ministe-
rio datur: ut deo in deũ pleno. et filio ꝓditõis
extincto. oratione ab apostolis facta. sorte
dominice electõis numerus ↄpleretur. sicqꝫ
paulũ ↄsũmacõez apostolicis actibꝫ daret.
quãdiu contra stimulũ calcitrantẽ dominus
elegisset. Quod legẽtibꝫ ⁊ requirẽtibꝫ deũ breui
volui ostẽdere s̃mone: q̃ꝓlixius aliq̃d fa-
stidiẽtibꝫ ꝓdidisse: sciẽs qꝛ operãtẽ agricolã
oportet de suis fructibꝫ edere. Que ita diui-
na subsecuta est grã: ut nõ solum corporibꝫ
sed etiã animabus. eius ꝓficeret medicina.
Explicit p̃facõ Incipit liber actuũ aplorꝫ.

IIII

P

Rimũ quidẽ sermonez
feci de oĩbꝫ o theophi-
le que cepit ihus facẽ
et docere: usqꝫ in diem
qua p̃cipiẽs apostolis
ꝑ spiritũ sanctuz quos
elegit assumptꝰ ẽ. Qui-
bus ⁊ p̃buit se ipm viuũ post passionẽ suã
in multis argumentis. ꝑ dies quadraginta
apparens eis: et loquẽs de regno dei. Et cõ-
uescens p̃cepit eis ihierosolimis ne discede-
rent. sed expectarẽt ꝓmissionẽ patris quã
audistis inquit ꝑ os meũ: qꝛ iohãnes quidẽ
baptizauit aqua: vos autez baptizabimini
spũ sancto nõ post multos hos dies. Igitur
qui ↄuenerãt interrogabãt eũ dicẽtes. Dñe:
si in tempore hoc restitues regnum israhel?
Dixit autẽ eis. Nõ est vestrũ nosse tempora
vel momẽta que pater posuit in sua ꝑtãte: s;
accipietis virtutẽ superuenĩetis spũs sancti in
vos: et eritis michi testes in iherusalem ⁊ in
omni iudea ⁊ samaria. et usqꝫ ad vltimum
terre. Et cum hec dixisset: videntibꝫ illis ele-
uatus ẽ: et nubes suscepit eũ ab oculis eorꝫ.
Cumqꝫ intuerent in celũ euntẽ illũ: ecce duo
viri astiterũt iuxta illos in vestibꝫ albis: qui
et dixerũt. Viri galilei quid statis aspiciẽ-
tes in celũ? Hic ihesus qui assumptus est a

II

vobis in celū: sic veniet quēadmodū vidi-
stis eū euntē in celū. Tūc reuersi sūt iherosoli-
mam a monte qui vocatur oliueti qui est iu-
xta iherusalē: sabbati habens iter. Et cū in-
troissent in cenaculū · ascenderūt vbi mane-
bat petrus et iohannes et iacobus et andre-
as philippus et thomas bartholome⁹ et ma-
the⁹: iacobus alphei et symō zelotes et iudas
iacobi. Hij omes erant pseuerantes vnani-
miter in oratione cū mulierib⁹ et maria ma-
tre ihesu: et fratrib⁹ eius. III In dieb⁹ illis exsur-
gēs petrus in medio fratrū dixit. Erat aūt
turba hominū simul fere centūviginti. Viri
fratres: oportet impleri scripturā quā p̄dixit
spūs sanctus p os dauid de iuda qui fuit
dux eorꝫ qui cōprehenderūt ihesū qui cōnume-
ratus erat in nobis: et sortitus est sortē mini-
sterij huius. Et hic quidē possedit agrum
de mercede iniquitatis: et suspensus crepuit
medius: et diffusa sūt omīa viscera eius. Et
notū factū est omib⁹ habitantib⁹ iherusalē:
ita ut appellaretur ager ille lingua eorum
acheldemach · hoc ē ager sanguinis. Scri-
ptū est enim in libro psalmorꝫ. Fiat cōmora-
tio eorꝫ deserta: et non sit qui inhabitet ī ea.
Et episcopatū eius accipiat alter. Oportet
ergo ex hijs viris qui nobiscū sūt cōgrega-
ti in omī tempore quo intrauit et exiuit inter
nos dominus ihesus incipiēs a baptismate
iohannis vsqꝫ in diem qua assumptus est
a nobis: testem resurrectōnis eius nobiscū
fieri vnū ex istis. IIII Et statuerūt duos: ioseph
qui vocat᷑ barsabas · qui cognominatus ē
iustus: et mathiam. Et orantes dixerūt. Tu
domine qui corda nosti omniū: ostēde quē
elegeris ex hijs duob⁹ vnū accipere locū
ministerij huius et apostolatus: de quo p̄ua-
ricatus est iudas vt abiret in locum suum.
Et dederunt sortes eis. Et cecidit sors sup
mathiam: et annumeratus ē cū vndecī aplīs.

II

Et cū cōplerent᷑ dies penthe-
costes: erant omēs pariter in eodē
loco. Et factus est repente de celo sonus · tā-
quā aduenientis spūs vehemētis: et repleuit
totam domū vbi erāt sedentes. Et apparue-
rūt illis dispertite lingue tanq̄ ignis: seditqꝫ
supra singulos eorꝫ. Et repleti sunt omnes
spū sancto: et ceperūt loqui varijs linguis
p̄ut spūs sanctus dabat eloqui illis. Erāt
autē in iherusalē habitantes iudei viri reli-
giosi: ex omī natōne que sub celo est. Facta
autē hac voce cōuenit multitudo: et mente
cōfusa ē: q̄m audiebat vnusquisqꝫ lingua sua
illos loquētes. Stupebant autē omēs: et
mirabant᷑ dicētes. Nonne ecce omnes isti
qui loquūtur galilei sūt? Et quomodo nos
audiuimus vnusquisqꝫ linguā nr̄am in qua
nati sumus? Parthi et medi et elamite · et qui
habitāt mesopotamiā · iudeā · et capadociā ·
ponthum · et asyam · frigiam · et pamphiliā ·
egiptū et partes libie · que est circa cyrenen ·
et aduene romani: iudei q̄qꝫ et p̄seliti cretes
et arabes: audiuimus eos loquētes nostris
linguis magnalia dei. Stupebāt aūt omēs:
et mirabant᷑ ad inuicē dicentes. Quid nam
vult hoc esse? Alij autē irridētes dicebant:
q᷑ musto pleni sūt isti. Stans autē petrus
cum vndecim leuauit vocem suā: et locutus
est cū eis. Viri iudei et qui habitatis ihr̄lm
vniuersi hoc vobis notū sit: et aurib⁹ p̄cipi-
te verba mea. Non enim sicut vos estimatis
hij ebrij sūt: cū sit hora diei tercia. Sed hoc
est quod dictū est p p̄phetam iohel. Et erit
in nouissimis dieb⁹ dicit dominus effundā
de spū meo sup omēꝫ carnē. Et p̄phetabunt
filij vestri et filie vestre: et iuuenes vestri visio-
nes videbūt: et seniores vestri somnia somni-
abūt. Et quidē sup seruos meos et ancillas
meas in dieb⁹ illis effundā de spū meo et p̄-
phetabūt: et dabo p̄digia in celo sursū et sig̃
in terra deorsū: sanguinē et ignē et vaporem
fumi. Sol conuertet᷑ in tenebras et luna in
sanguinē: āteq̄ veniat dies domini magn⁹
et manifestus. Et omīs quicūqꝫ inuocauerit
nomē domini saluus erit. Viri israhelite: au-
dite verba hec. Ihesū nazarenū virū approba-
tum a deo in vobis virtutib⁹ et p̄digijs et si-
gnis que fecit deus p illū in medio vr̄i sicut
scitis: hūc diffinito cōsilio et p̄sciētia dei tradi-
tum p manus iniquorꝫ · affigētes interemi-
stis. Quem deus suscitauit solutis dolorib⁹
inferni: iuxta quod impossibile erat teneri
illū ab eo. Dauid enim dicit in eū. Prouide-
bam dominū in cōspectu meo semp: quomā
a dextris est michi ne cōmouear. Propter
hoc letatum est cor meū et exultauit lingua

mea: insup ⁊ caro mea requiescet in spe. Quo-
niaȝ nō derelinques animā meā in inferno:
nec dabis sanctū tuū videre corrupcōnem.
Notas michi fecisti vias vite: replebis me
iocūditate cū facie tua. Viri fratres: liceat
audēter dicē ad vos de patriarcha dauid
qm̄ defunctus est. ⁊ sepultus est: et sepulcrū
eius ē apud nos usqȝ ī hodiernū diē. Pro-
pheta igit̄ cum esset ⁊ sciret q̄ iureiurando
iurasset illi deus de fructu lūbi eius sedere
sup sedē eius: ꝓuidens locutus est de resur-
rectione cristi: q̄ neqȝ derelictus est in infer-
no. neqȝ caro eius vidit corruptionē. Hunc

IIII

ihesū resuscitauit deus: cuius omnes nos te-
stes sumus. Dextera igit̄ dei exaltatus. et ꝓ-
missione spiritus sancti accepta a patre: ef-
fudit hoc donū quod vos videtis ⁊ auditis.
Non enim dauid ascendit in celū. Dicit aūt
ipē. Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis:
donec ponā inimicos tuos scabellū pedum
tuoꝝ. Certissime sciat ergo omnis domus
israhel: q̄ et dn̄m eū ⁊ cristū fecit deus hunc
ihesū quē vos crucifixistis. His aūt auditis
compūcti sunt corde: et dixerūt ad petrū et
ad reliquos apostolos. Quid faciemus vi-
ri fratres? Petrus aūt ad illos: penitentiaȝ
inquit agite. et baptizetur vnusquisqȝ vr̄m
in nomine ihesu cristi in remissionē peccatoꝝ
vestroꝝ: et accipietis donū spūs sancti. Vo-
bis enim ē repromissio ⁊ filijs vr̄is: et omni-
bus qui longe sūt quoscunqȝ aduocauerit
dn̄s deus noster. Alijs etiā verbis plurimis
testificatus est: et exhortabatur eos dicens.
Saluamini a generacōne ista praua. Qui
ergo receperūt sermonē eius baptizati sūt: et
apposite sūt in die illa anime circiter tria mi-
lia. Erant aūt pseuerantes in doctrina apo-
stoloꝝ: et cōmunicacōne fractionis panis.
et oracōnibꝫ. Fiebat autē omni anime timor.
Multa q̄ꝫ ꝓdigia ⁊ signa per apostolos in
iherusalē fiebant: et metus erat magnus in
vniūsis. Omnes etiam qui credebant erāt
pariter: et habebant omnia cōmunia. Pos-
sessiones ⁊ substantias vendebāt: et diuide-
bant illa oīibꝫ ꝓut cuiqȝ opus erat. Quo-
tidie quoqȝ pdurātes vnanimiter in tēplo
et frangentes circa domos panē. sumebant
cibū cum exultacōne ⁊ simplicitate cordis:
collaudātes deū ⁊ habētes gratiā ad omnē
plebem. Dominus autem augebat qui salui
fierent quotidie in idipsum. III

II

Petrus autē ⁊ iohānes ascendebāt in
templū: ad horam oracōnis nonā. Et quidā
vir q̄ erat claudus ex vtero matris sue ba-
iulabatur: quē ponebant quotidie ad por-
tam templi que dicitur speciosa: ut peteret
elemosinaȝ ab introeūtibꝫ in templū. Is cū
vidisset petrū et iohānem incipiētes introi-
re in templū: rogabat ut elemosinā acciperet.
Intuens autēȝ in eū petrus cū iohāne dixit.
Respice in nos. At ille intēdebat in eos: spe-
rans se aliquid accepturum ab eis. Petrus
aūt dixit. Argentū et aurū non ē michi: qđ
aūt habeo hoc tibi do. In nomine ihesu xp̄i
nazareni surge ⁊ ambula. Et apphensa manū
eius dextera alleuauit eū: et ꝓtinus consoli-
date sūt bases eius ⁊ plante. Et exiliens ste-
tit et ambulabat: et intrauit cū illis in tēplū:
ambulās ⁊ exiliens ⁊ laudās deū. Et vidit
oīs ppl̄us eū ambulantē: et laudantē deū.

III

Cognoscebant aūt illū: q̄ ipse erat qui ad
elemosinā sedebat ad speciosam portā tēpli.
Et impleti sūt stupore ⁊ extasi: in eo q̄ conti-
gerat illi. Cū tenerent aūt petrū ⁊ iohānē:
cucurrit omnis ppl̄us ad eos ad porticū que
appellat̄ salomonis stupentes. Videns aūt
petrus: respondit ad ppl̄m. Viri israhelite q̄d
miramini in hoc. aut nos q̄d intuemini: qua-
si nostra virtute aut pietate fecerimus hunc
ambulare? Deus abraham et deus ysaac et
deus iacob. deus patrū nostroꝝ glorificauit
filiū suū ihesū: quē vos quidē tradidistis et
negastis ante faciēȝ pilati iudicante illo di-
mitti. Vos aūt sanctū et iustū negastis: et
petistis virū homicidā donari vobis: aucto-
rem vero vite interfecistis. Quē deus suscita-
uit a mortuis: cuius nos testes sumus: et in
fide nominis eius hūc quē vos videtis et
nostis confirmauit nomē eius: et fides q̄ ꝑ
eū est dedit integram sanitatē istā in conspe-
ctu omniū vestrū. Et nūc fratres scio q̄ per
ignorantiā fecistis: sicut et principes vestri.
Deus aūt qui pnūciauit ꝑ os omniū ꝓpheta-
rum pati cristū suū: sic impleuit. Penitemini

IIII

igitur et conūtimini ut deleant̄ peccata vr̄a:
ut cū venerint tēpora refrigerij a conspectu

dñi et miserit eū qui p̄dicatus ē vobis ihm
cristū: quē oportet quidez celū recipe vſqꝫ
in tēpora restitucōnis omīū que locutus est
deus p os sanctoꝝ suoꝝ a seculo ꝓphetaꝝ.
Moyses quidē dixit. Quoniā ꝓphetā susci-
tabit vobis dn̄s de⁹ vester de fratrib⁹ vrīs:
tanꝙ meipm audietis iuxta oīa quecūqꝫ
locutus fuerit vobis. Erit autē: omnis aīa
que nō audierit ꝓphetaz illū exterminabit̄
de plebe. Et oēs ꝓphete a samuhele deīn-
ceps qui locuti sūt annūciauerūt dies istos.
Vos estis filij ꝓphetaꝝ et testamēti: quod
disposuit deus ad patres nostros dicēs ad
abrahaz. Et in semine tuo bn̄dicent̄ oēs
familie terre. Vobis primū deus suscitans
filium suū misit eum benedicentē vobis: ut
ꝯūtat se vnusquisqꝫ a nequicia sua. IIII

Loquentib⁹ autez illis ad ꝓplm. supue-
nerūt sacerdotes ⁊ magistratus tem-
pli et saducei. dolentes ꝙ docerent ꝓplm et
annūciarēt in ihm resurrectionē ex mortuis:
et iniecerūt in eos manus: et posuerunt eos
in custodia in crastinū. Erat aūt iam vespa.
Multi aūt eoꝝ qui audierant verbū credi-
derūt. et factus ē numerus eoꝝ quīqꝫ milia.
Factū est aūt in crastinū ut congregarent̄
principes eoꝝ et seniores et scribe in ihrlm:
et annas pnceps sacerdotū. et cayphas. et
iohannes. et allexander. et quotquot erāt
de genē sacerdotali. Et statuentes eos in
medio interrogabāt. In qua virtute aut in
quo nomine fecistis hoc vos? Tūc repletus
spū sancto petrus. dixit ad eos. Principes
populi et seniores: si nos hodie iudicam̄ in
bn̄facto hominis infirmi in quo iste saluus
factus est: notum sit omnib⁹ vobis et oīni
plebi israhel quia in nomine dn̄i nostri ihesu
laudabant deũ: et audiebant eos qui in cu-
stodia erant. Subito vero terre motus fa-
ctus ẽ magnus: ita ut mouerent fundamẽ-
ta carceris. Et statim apta sũt omnia ostia:
et vniũsoꝛ vincula soluta sunt. Expergefa-
ctus aũt custos carceris et videns ianuas
aptas carceris euaginato gladio volebat
se interficẽ: estimans fugisse vinctos. Cla-
mauit autem paulus voce magna dicens.
Nichil feceris tibi mali. Vniũsi enim hic su-
mus. Petitoq; lumine introgressus ẽ: et tre-
mefactus pcidit paulo et syle ad pedes: et
producens eos foras ait. Domini: quid me
oportet facere ut saluus fiam? At illi dixerũt.
Crede in dominũ ihesum: et saluus eris tu et
domus tua. Et locuti sũt ei verbũ domini: cum
omnibꝰ qui erant in domo eius. Et tollens
eos in illa hora noctis lauit plagas eoꝛ: et
baptizatus est ipse ⁊ omis domus eius con-
tinuo. Cunq; pduxisset eos in domũ suã ap-
posuit eis mensam: et letatus est cũ omni do-
mo sua credens deo. Et cũ dies factus esset
miserunt magistratus lictores dicentes. Di-
mitte homines illos. Nũciauit autẽ custos
carceris verba hec paulo: q̃ miserũt magi-
stratus ut dimittamini. Nũc igitur exeũtes
ite in pace. Paulus aũt dixit eis. Cesos nos
publice indẽnatos homines romanos mi-
serũt in carcerem: et nũc occulte nos eiciũt?
Non ita: sed veniant et ipsi nos eiciant. Nũ-
ciauerũt autẽ magistratibꝰ lictores vba hec.
Timuerũtq; audito q̃ romani essent: et ve-
nientes depcati sũt eos: et educentes roga-
bant ut egrederent de vrbe. Exeũtes autẽ
de carcere introierũt ad lidiam: et visis fra-
tribꝰ ꝯsolati sũt eos: et pfecti sũt. XVII

Cum aũt pambulassent amphipolim
et appolloniã venerunt thessalonicam:
vbi erat synagoga iudeoꝛ. Secũdũ con-
suetudinẽ autez paulus introiuit ad eos: et
per sabbata tria disserebat eis de scripturis
adaperiens ⁊ insinuans q̃ xpm oportuit pa-
ti et resurgẽ a mortuis: et q̃ hic ẽ ihesus cri-
stus quẽ ego annũcio vobis. Et quidaz ex
eis crediderũt: et adiũcti sunt paulo et syle
et de colentibꝰ gentilibꝰ multitudo magna:
et mulieres nobiles nõ pauce. Zelantes au-
tem iudei assumẽtesq; de vulgo viros quos-
dam malos ⁊ turba facta concitauerũt ciui-
tatẽ: et assistentes domui iasonis querebãt
eos pducẽ in pplm. Et cũ nõ inuenissent eos.
trahebant iasonẽ ⁊ quosdã fratres ad prin-
cipes ciuitatis clamãtes: qm hij qui vrbem
ꝯcitant et huc venerũt quos suscepit iason:
et hij omnes contra decreta cesaris faciũt re-
gem aliũ dicentes esse ihesũ. Concitauerũt
autẽ plebem et principes ciuitatis audiẽtes

hec: et accepta satisfactione a iasone et a ceteris dimiserūt eos. Fratres vero ↄfestim p noctem dimiserūt paulū ⁊ sylam in beroam. Qui cū venissent: in synagogam iudeoꝝ introierūt. Hij aūt erant nobiliores eoꝝ qui sūt thessalonice: q̄ susceperūt verbū cū omni auiditate: quotidie scrutantes scripturas si hec ita se haberēt. Et multi quidē crediderūt ex eis. et mulierꝝ gentiliū honestaꝝ: et viri non pauci. Cū autē cognouissent in thessalonica iudei qꝛ ⁊ beroe predicatū est a paulo verbū dei: venerūt et illuc cōmouētes et turbantes multitudinē. Statimqꝫ tunc paulū dimiserūt fratres: ut iret usqꝫ ad mare. Sylas autē ⁊ thimotheus remanserūt ibi. Qui autē deducebant paulū pduxerūt eum usqꝫ ad athenas: et accepto mandato ab eo ad sylam et thimotheū ut q̄ʒ celeriter venirent ad illū. pfecti sūt. Paulus autē cū athenis eos exspectaret incitabatur spiritus eius in ipso: videns ydolatrie deditam ciuitatem. Disputabat igitur in synagoga cū iudeis et colentibꝫ: et in foro per omnes dies ad eos qui audierant. Quidā autē epicurei et stoici philosophi disserebant cū eo: et quidam dicebant. Quid vult seminiuerbius hic dicere? Alij vero: nouoꝝ demonioꝝ videtur annūciator esse: qꝛ ihesū et resurrectionē annūciabat eis. Et apprehensū eum. ad ariopagum duxerūt dicētes. Possumus scire que est hec noua que a te dicit᷑ doctrina? Noua enim quedam infers auribꝫ nostris. Volumus ergo scire quidnā velint hec esse. Athenienses autē omnes ⁊ aduene hospites ad nichil aliud vacabāt: nisi aut dicere aut audire aliquid noui. Stans autē paulus in medio ariopagi ait. Viri athenienses per omnia quasi supstitiosos vos video. Preteriens enim et vidēs simulacra vr̄a: inueni et aram in qua scriptū erat. Ignoto deo. Qd̄ ergo ignorantes colitis: hoc ego annūcio vobis. Deus qui fecit mūdum et om̄ia que in eo sūt: hic celi et terre cū sit dn̄s nō manufactis templis inhabitat: nec manibus humanis colitur indigens aliquo. cū ipse det omnibꝫ vitam et inspiracōnem et omnia: fecitqꝫ ex vno omne genus hominū. inhabitare sup vniūsam faciē terre: definiēs statuta tempora et terminos habitationis eorum. querere deū. si forte attrectent eū aut inueniant: quāuis nō longe sit ab vnoquoqꝫ nostrū. In ipo enim viuimus ⁊ mouemur et sumus: sicut et quidā vestrum poetaꝝ dixerūt. Ipsius enim ⁊ genus sumus. Genus ergo cū simus dei: non debemus estimare auro et argēto aut lapidi. sculpture artis et cogitationis hominis diuinū esse simile. Et tēpora quidē huius ignorātie despiciēs deus. nūc annūciat hominibꝫ ut om̄es vbiqꝫ penitentiam agant: eo q̄ statuit diem in quo iudicaturus ē orbem in equitate in viro in quo statuit. fidem prebens omnibꝫ: suscitans eum a mortuis. Cum audissent autē resurrectionē mortuoꝝ: quidā quidē irridebant: quidā vero dixerunt. Audiemus te de hoc iterū. Sic paulus exiuit de medio eoꝝ. Quidā vero viri adherentes ei crediderūt: in quibꝫ et dyonisius ariopagita et mulier nomine damaris: et alij cum eis. XVIII

Post hec egressus ab athenis venit corinthū: et inueniens quendā iudeū nomine aquilā ponticū genere qui nup venerat ab ytalia ⁊ priscillā vxorem eius eo q̄ precepisset claudius discedē om̄es iudeos a roma accessit ad eos: et quia eiusdem erat artis manebat apud eos ⁊ operabat᷑. Erant aūt scenofactorie artis. Et disputabat in synagoga per omne sabbatū interponēs nomē domini ihū: suadebatqꝫ iudeis ⁊ grecis. Cū venissent aūt de macedonia sylas et thimotheus: instabat verbo paulus testificans iudeis esse cristū ihesū. Contradicentibꝫ autē eis ⁊ blasphemantibꝫ: excutiens vestimenta sua dixit ad eos. Sanguis vester sup caput vestrū. Mūdus ego ex hoc ad gentes vadam. Et migrans inde. intrauit in domū cuiusdam nomine tyti iusti colentis deū: cuius domus erat ↄiūcta synagoge. Crispus aūt archisynagogus credidit dn̄o cū omni domo sua: et multi corinthioꝝ audientes credebant ⁊ baptizabant᷑. Dixit aūt dn̄s nocte per visionē paulo. Noli timere: sed loquē et ne taceas. Propter qd̄ ego sū tecū: et nemo apponet᷑ tibi ut noceat te: qm̄ populus est michi multus in hac ciuitate. Sedit autem ibi annū et sex menses: docēs apud eos

verbū dei. Gallione aūt ꝑconsule achaie in-
surrexerūt vno animo iudei in paulū: et ad-
duxerūt eū ad tribunal dicentes: quia ɔtra
legem hic ꝑsuadet hominibꝫ colē deū. Inci-
piente autē paulo aperire os: dixit gallio
ad iudeos. Si quidē esset iniquū aliquid
aut facinus pessimū o viri iudei recte vos
sustinerem: si vero questiones sūt de verbo et
nominibꝫ legis vestre: vos ipi videritis. Iu-
dex ego horꝫ nolo esse. Et eminauit eos a
tribunali. Apprehendentes aūt omnes sos-
thenen principem synagoge ꝑcutiebant eū
ante tribunal: et nichil eorum gallioni cure
erat. Paulus vero cū adhuc sustinuisset di-
es multos: fratribus valefaciens nauiga-
uit siriam et cū eo priscilla et aquila: qui sibi
totonderat in cenchris caput. Habebat enī
votū. Deuenitqꝫ ephesū: et illos ibi reliquit.
Ipse vero ingressus synagogā disputabat
cū iudeis. Rogantibꝫ autē eis ut ampliori
tempore maneret nō ɔsensit: sed valefaciēs
et dicēs iterū reuertar ad vos deo volente:
ꝑfectus est ab epheso. Et descendens cesa-
ream ascendit ⁊ salutauit ecclesiā: et descen-
dit antiochiam. Et facto ibi aliquanto tem-
pore ꝑfectus est· perambulans ex ordine ga-
latiam regionē et frigiam: ɔfirmans om̄es
discipulos. Iudeus autē quidā appollo no-
mine· alexandrinus natione· vir eloquens
deuenit ephesū: potēs in scripturis. Hic erat
edoctus viam domini: et feruens spiritu lo-
quebatur et docebat diligenter ea que sunt
ihesu: sciens tantū baptisma iohannis. Hic
ergo cepit fiducialiter agere in synagoga.
Quē cū audissent priscilla et aquila assum-
pserūt eū: et diligētius exposuerūt ei viam
domini. Cum aūt vellet ire achaiam: exhor-
tati fratres scripserūt discipulis ut suscipe-
rent eū. Qui cū venisset: ɔtulit mltū hijs q̄ cre-
diderūt. Vehementer enī iudeos reuincebat:
publice ostendēs ꝑ scripturas eē xp̄m ihm.

XIX

Factum est autē cū appollo
esset corinthi: ut paulus peragratis
superioribꝫ partibus veniret ephesū: et inue-
niret quosdam discipulos. Dixitqꝫ ad eos.
Si spiritū sanctū accepistis credētes? At
illi dixerūt ad eū. Sed neqꝫ si spūs sanctus
est audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo
baptizati estis? Qui dixerūt. In iohānis ba-
ptismate. Dixit autē paulus. Johannes ba-
ptizauit baptismo penitentie populū dicens
in eū qui venturus esset post ipm ut crederēt:
hoc est in ihesū. Hijs auditis: baptizati sunt
in nomine domini ihu. Et cū imposuisset illis
manus paulus: venit spiritus sanctus super
eos et loquebantur linguis: et ꝓphetabant.
Erant autē omnes viri fere duodecī. Intro-
gressus autē synagogā cum fiducia loque-
batur per tres menses: disputans ⁊ suadēs
de regno dei. Cū autē quidā indurarent̄ et
non crederent maledicentes viam domini
coram multitudine: discedens ab eis segre-
gauit discipulos: quotidie disputās in sco-
la tyranni cuiusdam. Hoc aūt factū est per
biēniū: ita ut qui habitabāt in asia audirēt
verbū domini iudei atqꝫ gētiles: Virtutesqꝫ
non quaslibet faciebat deus ꝑ manū pauli:
ita ut etiā sup languidos deferrent̄ a corpe
eius sudaria et semicintia et recedeban t ab
eis languores: et spūs nequā egrediebātur.
Temptauerūt aūt quidā et de circūeuntibꝫ
iudeis exorcistis inuocare super eos qui ha-
bebant spūs malos nomē dn̄i ihu dicentes.
Adiuro vos per ihm quem paulus p̄dicat.
Erant aūt cuiusdā sceue iudei principis sa-
cerdotū septē filij: qui hoc faciebāt. Respon-
dens aūt spiritus neq̄ dixit eis. Ihesū noui:
et paulū scio. Vos aūt qui estis? Et insiliēs
homo in eos in quo erat demoniū pessimū et
dn̄atus amborꝫ· inualuit contra eos: ita ut
nudi et vulnerati effugerent de domo illa.
Hoc aūt notū factū est omnibꝫ iudeis atqꝫ
gentilibꝫ qui habitabant ephesi: et cecidit
timor sup omnes illos: et magnificabat̄ no-
men domini ihesu. Multiqꝫ credentiū venie-
bant confitentes ⁊ annūciantes actus suos.
Multi aūt ex eis qui fuerant curiosa sectati
contulerūt libros et combusserūt om̄es co-
ram omnibꝫ: et computatis precijs illorum
inuenerūt pecuniā denariorꝫ quīquaginta
miliū. Ita fortiter crescebat verbū dei et con-
firmabatur. Hijs aūt expletis ꝓposuit pau-
lus in spiritu transita macedonia et achaia
ire iherosolimā dicens: qm̄ postq̄ fuero ibi:
oportet me et romam videre. Mittens aūt
in macedoniam duos ex ministrantibꝫ sibi

thimotheū ꝛ erastū: ipse remansit ad tēpus
in asia. Facta est autē illo tempore turbatio
non minima de via domini. Demetrius enim
quidaʒ nomine· argentarius faciens edes
argenteas dyane p̄stabat artificibꝫ nō mo-
dicū questū: quos cōuocans ꝛ eos qui eius-
modi erant opifices dixit: Viri scitis quia
de hoc artificio est nobis acquisitio: et vide-
tis et auditis quia non solū ephesi sed pene
totius asie paulus hic suadens auertit mul-
tam turbam dicens: q̄m non sūt dij qui ma-
nibus fiūt. Non solū autē hec periclitabitur
nobis pars in redargutionē venire: sed et
magne dyane templū in nichilū reputabit̄:
et destrui incipiet maiestas eius quam tota
asia et orbis colit. His auditis repleti sunt
ira: et exclamauerūt dicentes. Magna dya-
na ephesioꝝ. Et impleta ē ciuitas ꝯfusiōe:
et impetū fecert̄ vno animo in theatrū rapto
gaio et aristarcho macedonibꝫ comitibus
pauli. Paulo aūt volente intrare in populū
non p̄miserūt discipuli. Quidam autē et de
asie principibꝫ qui erant amici eius miserūt
ad eū: rogantes ne se daret in theatrū. Alij
autēʒ aliud clamabant. Erat enim ecclesia
cōfusa: et plures nesciebāt qua ex causa con-
uenissent. De turba autē detraxerūt alexan-
drum: ꝓpellentibꝫ eum iudeis. Alexander
aūt manu silentio postulato: volebat ratio-
nem reddē ꝑplō. Quē ut cognouert̄ iudeū
esse: vox facta est vna omniū quasi ꝑ horas
duas clamantiū. Magna dyana ephesiorū.
Et cū sedasset scriba turbas dixit: Viri ephesij:
quis enim est hominū qui nesciat ephesioꝝ
ciuitatē cultricem esse magne dyane iouisq̄ʒ
prolis? Cū ergo hijs contradici non possit
oportet vos sedatos esse: et nichil temere
agē. Adduxistis enim homines istos: neqʒ
sacrilegos neqʒ blasphemātes deā vestram.
Quod si demetrius et qui cū eo sūt artifices
habent aduersus aliquē causam: conuētus
forenses agūtur et ꝓconsules sūt: accusent
inuicē. Si quid aūt alterius rei queritis: in
legitima eccīa poterit absolui. Nā et pericli-
tamur argui sedicōnis hodierne: cū nullus
obnoxius sit de quo possim⁹ reddē rationē
ꝯcursus istius. Et cū hec dixisset dimisit eccīaʒ.

XX

Postq̄ aūt cessauit tumultus:
vocatis paulus discipulis ꝛ exhorta-
tus eos valedixit: et profectus est ut iret in
macedoniā. Cū autēʒ perambulasset partes
illas et exhortatus eos fuisset multo s̄mone
venit ad greciam: vbi cū fecisset menses tres
facte sunt illi insidie a iudeis nauigaturo in
siriam: habuitq̄ʒ consiliū ut reuerteret̄ per
macedoniā. Comitatus est aūt eū sosipater
pirri beroensis: thessalonicensiū vero aristar-
chus et secūdus et gaius derbeus et thimo-
theus: asiani vero tichicus ꝛ trophimus. Hij
cum p̄cessissent sustinuert̄ nos troade: nos
vero nauigauimus post dies azimoꝝ a phi-
lippis et venimus ad eos troadē in diebus
quinq̄ʒ: vbi demorati sumus diebus septem.
Vna aūt sabbati cū venissemus ad frangē-
dum panē paulus disputabat cū eis ꝓfectu-
rus in crastinū: protraxitq̄ʒ sermonē usq̄ʒ in
mediam noctē. Erant aūt lampades copi-
ose in cenaculo: vbi eramus ꝯgregati. Se-
dens aūt quidā adolescens nomine euthi-
cus sup fenestrā: cū mergeret̄ somno graui
disputāte diu paulo ductus somno cecidit
de tercio cenaculo deorsū: et sublatus ē mor-
tuus. Ad quē cum descendisset paulus incu-
buit sup eū: et ꝯplexus dixit. Nolite turbari.
Anima enim ipsius in ipō ē. Ascendēs aūt
frangensq̄ʒ panē ꝛ gustās. satisq̄ʒ allocutus
est usq̄ʒ in lucē: et sic ꝓfectus est. Adduxert̄
aūt puerū viuentē: et ꝯsolati sūt nō minime.
Nos aūt ascendētes nauigauimus i asson:
inde suscepturi paulū. Sic enim disposuerāt:
ipse ꝑ terrā iter facturus. Cū aūt ꝯuenissem⁹
in asson: assumpto eo venimus mitilenē. Et
inde nauigātes sequēti die venimus contra
chium: et alia die applicuimus samū: ꝛ seqn̄-
ti die venimus miletū. Proposuerat eni pau-
lus transnauigare ephesuʒ: ne qua mora illi
fiēt in asia. Festinabat enim si possibile sibi
esset: ut diem penthecosten faceret iherosoli-
mis. A mileto autē mittēs ephesum vocauit
maiores natu eccīe: qui cū venissent ad eū ꝛ
simul essent: dixit eis: Vos scitis a p̄ma die
qua ingressus sū in asiam qualiter vobiscū
ꝑ om̄e tempus fuerim seruiēs dn̄o cū omni
humilitate ꝛ lacrimis ꝛ temptacōnibꝫ que
michi acciderūt ex insidijs iudeoꝝ: quomō

VII

michil subtraxerim vobis vtiliũ· quo minus
annũciarem vobis et docerem vos publice
et per domos: testificans iudeis atq; gentili=
bus in deũ penitẽtiam et fidem in dñm nr̃m
ihesũ cristũ. Et nũc ecce alligatus ego spiri=
tu· vado in iherusalẽ que in ea ventura sint
michi ignorans: nisi qꝫ spiritus sanctus per
omnes ciuitates michi protestatur dicens:
qm̃ vincula ⁊ tribulacões iherosolimis me
manent. Sed nichil horũ vereor: nec facio
animã meam preciosiorem q̃ me: dũmodo
consũmem cursum meũ et ministeriũ verbi
quod accepi a dño ihesu testificari euãgeliũ
gratie dei. Et nũc ecce ego scio qꝫ amplius
non videbitis faciẽ meã: vos omes p quos
transiui predicans regnũ dei. Quapropter
contestor vos hodierna die: qꝫ mũdus sũ a
sanguine omniũ. Non enim subterfugi quo=
minus annũciarẽ omne cõsiliũ dei vobis. At=
tendite vobis ⁊ vniuerso gregi: in quo vos
spiritus sanctus posuit episcopos regẽ ec=
clesiã dei: quã acquisiuit sanguine suo.

VIII

Ego
scio qm̃ intrabũt post discessionẽ meã lupi
rapaces in vos: nõ parcentes gregi. Et ex
vobis ipis exsurgent viri loquentes pũsa:
ut abducant discipulos post se. Propter
quod vigilate memoria retinẽtes: qm̃ per
trienniũ nocte ⁊ die non cessaui cũ lacrimis
monens vnũquenq; vr̃m. Et nũc commen=
do vos deo ⁊ verbo gratie ipsius: qui potens
est edificare ⁊ dare hereditatẽ in sanctifica=
tis omib;. Argentũ et aurũ aut vestẽ nullius
concupiui sicut ipsi scitis: qm̃ ad ea q̃ michi
opus erant ⁊ hijs qui mecũ sunt ministraue=
runt manus iste. Om̃ia ostendi vobis: qm̃
sic laborantes oportet suscipere infirmos· ac
meminisse verbi domini ihesu: qm̃ ipse dixit.
Beatius est magis dare q̃ accipere. Et cũ
hec dixisset: positis genibus suis orauit cũ
omnib; illis. Magnus autem fletus factus
est omniũ: et procũbentes super collũ pauli
osculabant᷑ eum: dolentes maxime in verbo
quod dixerat qm̃ amplius faciem eius non
essent visuri. Et deducebant eũ ad nauem.

P

XXI

Cum autem factum esset ut
nauigaremus abstracti ab eis: recto
cursu venimus choum· et sequenti die rodũ:
et inde pateram. Et cũ inuenissemus nauẽ
transfretantẽ in phenicem: ascendẽtes naui=
gauimus. Cum apparuissemus autẽ cypro
relinquentes eã ad sinistram nauigauimus
in siriam: et venimus tyrum. Ibi enim nauis
expositura erat onus. Inuẽtis aũt discipulis
mansimus ibi diebus septẽ. Qui paulo di=
cebant p spiritũ: ne ascenderet iherosolimã.
Et expletis diebus profecti ibamus· dedu=
centib; nos omib; cũ vxoribus et filijs usq;
foras ciuitatẽ: et positis genibus in littore
orauimus. Et cũ valefecissemus inuicẽ ascẽ=
dimus nauem: illi aũt redierũt in sua. Nos
vero nauigacõne explicita a tyro descendi=
mus ptolomaidã: et salutatis fratrib; man=
simus die vna apud illos.

II

Alia aũt die pfe=
cti venim9 cesareã. Et intrãtes in domũ phi=
lippi euangeliste qui erat vnus de septem:
mansimus apud eũ. Huic autẽ erãt quatu=
or filie virgines pphetantes. Et cũ morare=
mur per dies aliquot: superuenit quidam vir
a iudea ppheta nomine agabus. Is cũ venis=
set ad nos tulit zonã pauli: et alligans sibi
pedes ⁊ manus dixit. Hec dicit spiritus san=
ctus: Virũ cuius est zona hec sic alligabũt
in iherusalẽ iudei: et tradent in manus gen=
tium. Quod cum audissemus rogabamus
nos· et q̃ loci illius erant: ne ascenderet ihe=
rosolimam. Tunc respondit paulus et dixit.
Quid facitis flentes ⁊ affligentes cor meũ?
Ego autẽ non solum alligari: sed et mori in
iherusalẽ paratus sum pp̃ter nomen domini
ihesu. Et cũ ei suadere nõ possemus: quieui=
mus dicentes. Domini volũtas fiat.

III

S

Post
dies aũt istos pparati ascendebamus in ihe=
rusalem. Venerũt aũt quidã ex discipulis
a cesarea nobiscũ: adducentes secũ apud
quem hospitaremur iasonẽ quendã cypriũ
antiquũ discipulũ. Et cũ venissemus iheroso=
limam: libenter exceperũt nos fratres. Se=
quenti autem die introibat paulus nobiscũ
ad iacobum: omnesq; collecti sunt seniores.
Quos cũ salutasset: narrabat p singula que
deus fecisset in gentib; per ministeriũ illius.
At illi cũ audissent magnificabant deũ: dixe=
runtq; ei: Vides frater quot milia sũt in iu=
deis qui crediderunt: et omnes emulatores
sunt legis.

IIII

Audierũt aũt de te: quia discessi=
onem doceas a moyse eoꝝ qui per gentes

süt iudeoꝝ· dicens nō debere eos circūcidē=
filios suos: neqꝫ scđm cōsuetudinē ingredi.
Quid ergo ē? Vtiqꝫ oportet conuenire multitu=
dinē. Audient enim te superuenisse. Hoc er=
go fac quod tibi dicimus. Sūt nobis viri
quatuor votū habentes sup se. Hijs assum=
ptis sanctifica te cū illis: et impende in illis
ut radant capita: et scient om̄es· quia que
de te audierūt falsa sūt· sed ambulās et ipe
custodiens legem. De hijs autē qui credi=
derūt ex gentibꝫ nos scripsim⁹ iudicantes:
ut abstineant se ab ydolis immolato et san=
guine et suffocato et fornicatione. Tūc pau=
lus assumptis viris postera die purificatus
cū illis intrauit in templū: annūciās exple=
tionem dierū purificationis donec offerret=
pro vnoquoqꝫ eoꝝ oblatio. Cū autez septē
dies consūmarent: hij qui de asia erāt iudei
cū vidissent eū in templo cōcitauerūt om̄ez
p̄p̄lm: et iniecerūt ei manus clamantes. Viri
israhelite adiuuate. Hic ē homo qui adūsus
populū et legē et locū hūc omnes vbiqꝫ do=
cens: insuper et gentiles induxit in templū:
et violauit sanctū locū istū. Viderant enim
trophimū ephesium in ciuitate cū ipo: quē
estimauerūt qm̄ in templū introduxisset pau=
lus. Commotaqꝫ est ciuitas tota: et facta ē
concursio populi. Et apphendentes paulū
trahebant eū extra templū: et statim clause
sunt ianue. Querentibꝫ aūt eū occidē: nūcia=
tum est tribuno cohortis· qꝫ tota confundi=
tur iherusalē. Qui statim assumptis militibꝫ
et centurionibꝫ decucurrit ad illos. Qui cū
vidissent tribunū et milites: cessauerūt per=
cutē paulū. Tunc accedens tribunus app=
hendit eū et iussit eū alligari cathenis dua=
bus: et interrogabat quis esset: et quid fe=
cisset. Alij aūt aliud clamabant in turba. Et
cū non posset certū cognoscere pre tumultu:
iussit duci eū in castra. Et cū venisset ad gra=
dus: contigit ut portaretur a militibꝫ ppter
vim populi. Sequebat᷑ enim multitudo po=
puli clamans: tolle eū. Et cū cepisset induci
in castra paulus: dicit tribuno. Si licet mi=
chi loqui aliquid ad te? Qui dixit ei. Grece
nosti? Nonne tu es egiptius qui ante hos
dies tumultū cōcitasti: et eduxisti in desertū
quatuor milia viroꝝ sicarioꝝ? Et dixit ad
eū paul⁹. Ego hō sū quidē iudeus a tharso
cilitie: nō ignote ciuitatis municeps. Rogo
autē te: permitte michi loqui ad populū. Et
cum ille pmisisset: paulus stans in gradibꝫ
annuit manu ad plebem: et magno silentio
facto allocutus ē lingua hebrea dicēs.

XXII

Viri frēs et prēs: audite quā
ad vos nūc reddo racōez. Cū audissent aūt
quia hebrea lingua loquitur ad illos: magis
prestiterūt silentiū. Et dixit. Ego sū vir iude=
us natus tharso cilitie: nutritus autē in ista
ciuitate secus pedes gamaliel· eruditus iu=
xta veritatē paterne legis: emulator legis
sicut et vos omnes estis hodie: qui hanc vi=
am psecutus sum usqꝫ ad mortē· alligans et
tradens in custodias viros ac mulieres· sic
princeps sacerdotū michi testimoniū red=
dit et omnes maiores natu: a quibꝫ et eplās
accipiens ad fratres damascū pgebam ut
adducerem inde vinctos in iherusalem ut
punirentur. Factum est autē eunte me et ap=
propinquāte damasco media die subito de
celo circūfulsit me lux copiosa: et decidens
in terrā audiui vocem dicentē michi. Saul=
le saule: quid me psequeris? Ego autez re=
spondi. Quis es dn̄e? Dixitqꝫ ad me. Ego sū
ihesus nazarenus: quē tu psequeris. Et qui
mecū erant lumē quidē viderūt: vocem au=
tem non audierūt eius qui loquebat᷑ mecū.
Et dixi. Quid faciam dn̄e? Dn̄s autem dixit
ad me. Surgens vade damascū: et ibi tibi
dicetur de omnibꝫ que te oporteat facē. Et
cū nō viderē pre claritate luminis illius: ad
manū deductus a comitibus· veni damascū.
Ananias aūt quidam vir scđm legem testi=
moniū habens ab omnibꝫ cohabitantibus
iudeis: veniens ad me et stans dixit michi.
Saule frater respice. Et ego eadem hora re=
spexi in eum. At ille dixit. Deus patrū nr̄oꝝ
preordinauit te ut cognosceres volūtatez
eius: ut videres iustū et audires vocem ex
ore eius: quia eris testis illius ad om̄es ho=
mines eorum que vidisti et audisti. Et nūc
quid moraris? Exsurge et baptisare: et ab=
lue peccata tua inuocato nomine ipsius. Fa=
ctum est autē reuertenti michi in iherusalē
et oranti in templo: fieri me in stupore men=
tis: et videre illum dicentē michi. Festina et

exi velociter ex iherusalē: qm̄ non recipient testimoniū tuū de me. Et ego dixi. Dn̄e: ipsi sciunt quia ego erā concludens in carcerē: et cedens per synagogas eos qui credebāt in te. Et cū funderetur sanguis stephani testis tui ego stabam et consenciebā: et custodiebam vestimenta interficientiū illū. Et dixit ad me. Vade: qm̄ ego in nacōnes longe mittā te. Audiebant aūt eum usq3 ad hoc verbū: et levauerūt vocem suā dicētes. Tolle de terra huiusmodi. Non enim phas est eum viuē. Vociferantib3 aūt eis et proicientibus vestimenta sua et puluerē iactantib3 in aerem: iussit tribunus induci eū in castra et flagellis cedi et torqueri eū: ut sciret propter quā causam sic acclamarent ei. Et cum astrinxisset eū loris: dixit astanti sibi centurioni paulus. Si hominē romanū et indemnatum licet vobis flagellare? Quo audito centurio accessit ad tribunū: et nūciauit ei dicens. Quid acturus es? Hic enim homo civis romanus est. Accedens aūt tribunus dixit illi. Dic michi si tu romanus es. At ille dixit. Etiam. Et respondit tribunus. Ego multa sūma ~~civitatē~~ [civilitatē] hanc consecutus sū. Et paulus ait. Ego aūt et natus sū. Protinus ergo discesserūt ab illo qui eū torturi erant. Tribunus quoq3 timuit postq̄ rescivit q2 civis romanus esset: et quia alligasset eū. Postera autē die volens scire diligentius qua ex causa accusaretur a iudeis soluit eum: et iussit sacēdotes convenire et omne concilium et producens paulū statuit inter illos.

XXIII

Intendens aūt in conciliū paulus ait. Viri fratres: ego omni consciencia bona conversatus sū ante deū usq3 in hodiernū diem. Princeps autē sacerdotū ananias precepit astantibus sibi percutere os eius. Tunc paulus dixit ad eū. Percutiet te deus paries dealbate. Et tu sedens iudicas me scd̄m legem: et contra legē iubes me percuti? Et qui astabāt dixerūt. Summū sacerdotē dei maledicis? Dixit aūt paulus. Nesciebam fratres: quia princeps est sacerdotū. Scriptū est enim. Principem ppli tui non maledices. Sciens autē paulus quia una pars esset saduceorū et altera phariseorū: exclamauit in concilio. Viri frēs: ego phariseus sū: filius phariseorū. De spe et de resurrectione mortuorū ego iudicor. Et cum hec dixisset. facta est dissensio inter phariseos et saduceos: et soluta ē multitudo. Saducei aūt dicūt non esse resurrectionē mortuorū. neq3 angelū neq3 spiritū: pharisei aūt utraq3 confitentur. Factus est autē clamor magnus: et exsurgētes quidā phariseorū: pugnabant dicentes. Nichil mali invenimus in homine isto. Quid si spiritus locutus est ei aut angelus? Et cū magna dissensio facta esset: timens tribunus ne discerperetur paulus ab ipsis. iussit milites descendē et rapere eū de medio eorū: ac deducere eū in castra. Sequēti autē nocte assistens ei dn̄s ait. Constans esto. Sicut enim testificatus es de me in iherusalē: sic te oportet et rome testificari. Facta aūt die collegerūt se quidā ex iudeis: et devouerūt se dicētes neq3 mādncaturos neq3 bibituros: donec occiderent paulū. Erant aūt plus q̄ quadraginta viri qui hanc coniuracōnem fecerant: qui accesserūt ad principes sacerdotum et seniores: et dixerūt. Devotione devouimus nos nichil gustaturos: donec occidamus paulū. Nunc ergo vos notū facite tribuno cū consilio: ut producat illū ad vos tanq̄ aliquid certius cognituri de eo. Nos vero priusq̄ appropiet parati sumus interficē illū. Quod cū audisset filius sororis pauli insidias: venit et intrauit in castra: nūciauitq3 paulo. Vocans autē paulus ad se unū ex centurionib3 ait. Adolescentē hunc adduc ad tribunū. Habet enim aliquid indicare illi. Et ille quidē assumens eum: duxit ad tribunū et ait. Vinctus paulus rogauit me hūc adolescentē producē ad te: habentē aliquid loqui tibi. Apprehendens autē tribunus manū illius secessit cū eo seorsū: et interrogauit illū. Quid est quod habes indicaē michi? Ille aūt dixit. Iudeis convenit rogaē te ut crastina die producas paulū ī conciliū. q̄si aliq̄d certius inquisituri sint de illo: tu vero ne credideris illis. Insidiant̄ eni ei ex eis viri amplius q̄ quadraginta: qui se devouerūt nō manducare neq3 bibere donec interficiant eū: et nūc parati sūt exspectātes promissum tuū. Tribunus igitur dimisit adolescentē: precipiens ne cui loqueretur: qm̄ hec

nota sibi fecisset. Et vocatis duobus centurio-
nibus dixit illis. Parate milites ducentos
ut eant usq; cesaream: et equites septuaginta
et lancearios ducētos a tercia hora noctis:
et iumenta pparate: ut imponentes paulū:
saluū pducerent ad felicem presidem. Ti-
muit enim ne forte raperent eū iudei et occi-
derent. et ipse postea calumniā sustineret:
scribens ei epistolam continētem hec. Clau-
dius lisias: optimo presidi felici salutē. Vi-
rum hunc comphensū a iudeis et incipientē
interfici ab eis. superueniens cum exercitu eri-
pui cognito q romanus est: volensq; scire
causam quā obiciebant illi deduxi eū in con-
ciliū eorū. Quē inueni accusari de questioni-
bus legis ipsorū: nichil vero dignū morte
aut vinculis habentē crimen. Et cum michi
perlatū esset de insidijs quas parauerāt illi
misi eū ad te: denūcians et accusatoribus ut
dicant apud te. Vale. Milites vero scđm
preceptū sibi assumentes paulū duxerūt p
noctem in antipatridem: et postera die di-
missis equitibus ut cū eo irent: reuersi sunt
ad castra. Qui cū venissent cesaream et tradi-
dissent epistolā presidi: statuerūt ante illū
et paulū. Cū legisset autē et interrogasset de
qua puincia esset: et cognoscens q de cili-
cia: audiā te inquit cū accusatores tui vene-
rint. Iussitq; in ptorio herodis custodiri eū.

XXIIII

Post quinq; autē dies descendit priceps sacerdotū ananias
cū senioribus quibusdam et tertullo quodā
oratore: qui adierūt presidē adūsus paulū.
Et citato paulo: cepit accusare tertullus di-
cens. Cū in multa pace agamus per te et
multa corrigantur per tuā puidentiā: semp
et vbiq; suscipimus optime felix cum omni
graciarū actione. Ne diucius autē te ptra-
ham: oro breuiter. ut audias nos pro tua
clementia. Inuenimus hūc hominē pestife-
rum et concitantē seditionē omnibus iudeis
in vniuerso orbe. et actorem sedicōis secte
nazarenorū: qui etiā templū violare cona-
tus est: quem et apprehensū voluimus scđm
legem nostrā iudicare. Superueniens autē
tribunus lysias cū vi magna eripuit eum de
manibus nostris iubens accusatores eius ad
te venire: a quo poteris ipe iudicās de omnibus
istis cognoscere: de quibus nos accusamus
eum. Adiecerūt autē et iudei: dicentes hec
ita se habere. Respondit autē paulus: annu-
ente sibi preside dicere. Ex multis annis te
esse iudicem genti huic sciens: bono animo
pro me satisfaciam. Potes enim cognoscē
quia nō plus sunt michi dies q duodecim
ex quo ascendi adorare in ihrlm: et neq; in
templo inuenerūt me cū aliquo disputantē
aut concursū facientē turbe. neq; in synago-
gis neq; in ciuitate: neq; probare possunt
tibi de quibus nūc me accusant. Confiteor
autē hoc tibi q scđm sectam quā dicūt here-
sim sic deseruio patri et deo meo: credens o-
mnibus que in lege et pphetis scripta sunt:
spem habens in deū quā et hij ipsi expectāt.
resurrectionē futurā iustorū et iniquorū. In
hoc et ipse studeo sine offendiculo cōscientiā
habere ad deū: et ad homines semper. Post
annos autem plures elemosinas facturus
in gentē meam veni. et oblacōnes et vota: in
quibus inuenerūt me purificatū in templo:
non cū turba neq; cum tumultu. Et apprehen-
derūt me: clamantes et dicentes. Tolle ini-
micū nostrū. Quidā autē ex asya iudei q̄s
oportebat apud te presto esse et accusare si
quid haberet aduersū me: aut hij ipsi dicāt
si quid inuenerūt in me iniquitatis cū stem
in concilio: nisi de vna hac solūmodo voce
qua clamaui inter eos stans: qm de resurre-
ctione mortuorū ego iudicor hodie a vobis.
Distulit autē illos felix: certissime sciens de
via hac dicens. Cū tribunus lysias descen-
derit audiam vos. Iussitq; centurioni custo-
dire eū et habere requiē: nec quenq; de suis
prohibere ministrare ei. Post aliquot autē
dies veniens felix cū drusilla vxore sua que
erat iudea vocauit paulū: et audiuit ab eo
fidem que est in xpm ihesū. Disputante aūt
illo de iusticia et castitate et de iudicio futuro:
tremefactus felix respondit. Quod nūc atti-
net vade: tempore aūt oportuno accersiam
te: simul et sperans q pecunia ei daretur a
paulo: propter quod et frequenter accersi-
ens eum loquebatur cum eo. Biennio autē
expleto: accepit successorem felix porcium fe-
stum. Volens autem gratiam prestare iu-
deis felix: reliquit paulū vinctū. XXV

Festus ergo cū venisset in prouinciā:
post triduū ascendit iherosolimam a
cesarea. Adieruntq; eū pncipes sacerdotū et
primi iudeoꝝ aduersus paulū: et rogabāt
eum postulantes gratiā adūsus eū ut iube=
ret pduci eum in ihrlm: insidias tendentes
ut interficerent eū in via. Festus aūt respon=
dit seruari quidem paulū in cesarea: se autē
maturius pfecturū. Qui ergo in vobis ait
potentes sunt descendentes simul: si qd̄ est
in viro crimen accusent eū. Demoratus aūt
inter eos dies non amplius q̄ꝫ octo aut de=
cem descēdit cesareā: et altera die sedit pro
tribunali: et iussit paulū adduci. Qui cū per=
ductus eēꝫ circūsteterūt eū qui ab iheroso=
lima descēderāt iudei multas ⁊ graues cau=
sas obicientes quas nō poterant probare:
paulo racōnem reddentē: qm̄ neq; in legē
iudeoꝝ. neq; in templū. neq; in cesarē quic=
q̄ꝫ peccaui. Festus aūt volens gratiā pstare
iudeis: respondēs paulo dixit: Vis iheroso=
limā ascendere: et ibi de hijs iudicari apud
me? Dixit aūt paulus. Ad tribunal cesaris
sto: ibi me oportet iudicari. Iudeis non no=
cui: sicut tu melius nosti. Si enim nocui aut
dignū morte aliquid feci: non recuso mori.
Si vero nichil ē eoꝝ que hij accusant me:
nemo potest me illis donare. Cesarem appel=
lo. Tunc festus cū ꝯsilio locutus respondit.
Cesarē appellasti: ad cesarem ibis. Et cū di=
es aliquot transacti essent: agrippa rex et
bernice descenderunt cesareā ad salutandū
festū. Et cū dies plures ibi morarent᷑: fest᷒
regi indicauit de paulo dicens: Vir quidā
est derelictus a felice vinctus: de quo cum es=
sem iherosolimis adierūt me pncipes sacer=
dotum et seniores iudeoꝝ: postulantes ad=
uersus illū dampnationē. Ad quos respon=
di: quia nō est romanis consuetudo donare
aliquē hominē priusq̄ꝫ is qui accusatur pre=
sentes habeat accusatores: locūq; defenden=
di accipiat ad abluenda crimina q̄ ei obici=
untur. Cū ergo huc conuenissent: sine vlla
dilatione in sequēti die sedens p tribunali
iussi adduci virū. De quo cū stetissent accu=
satores nullā causam deferebant de quibus
ego suspicabar malū: questiones vero quas=
dam de sua supsticōne habebant aduersus
eum: et de quodā ihu defuncto quē affirma=
bat paulus viuere. Hesitans autem ego de
huiusmodi questione: dicebam si vellet ire
iherosolimam: et ibi iudicari de istis. Paulo
autē appellante ut seruaret᷑ ad augusti co=
gnicōnem: iussi seruari eū donec mittā eum
ad cesarem. Agrippa aūt dixit ad festū. Vo=
lebam et ipse hominē audire. Cras inquit
audies eū. Altera aūt die cū venisset agrippa
et bernice cū multa ambitione et introissent
in auditoriū cū tribunis et viris pncipalib᷒
ciuitatis: iubente festo adductus ē paulus.
Et dixit festus. Agrippa rex ⁊ oēs q̄ simul
adestis nobiscū viri: videtis hūc hominem
de quo omnis multitudo iudeoꝝ interpel=
lauit me iherosolimis petentes ⁊ acclaman=
tes: non oportere eum viuē amplius. Ego
vero comperi nichil dignū morte eū ammi=
sisse. Ipso autē hoc appellante: ad augustū
iudicaui mittere. De quo quid certū scribā
dn̄o non habeo: ppter quod perduxi eū ad
vos et maxime ad te rex agrippa: ut inter=
rogacōne facta habeam quid scribam. Si=
ne ratione enī michi videt᷑ mittere vinctū:
et causas eius non significare. XXVI

Agrippa vero ad paulū ait. Permittit᷑
tibi loqui pro temetipso. Tunc paul᷒
extenta manu cepit rationem reddere. De
omnib᷒ quib᷒ accusor a iudeis rex agrippa
estimo me beatū apud te. cū sim defensurus
me hodie: maxime te sciente omnia q̄ apud
iudeos sūt ꝯsuetudines et questiones: pro=
pter quod obsecro patiēter me audias. Et=
quidē vitam meā a iuuētute que ab inicio
fuit in gente mea in iherosolimis nouerunt
omnes iudei: pscientes me ab inicio si velint
testimoniū phibere qm̄ scd̄m certissimam se=
ctam nostre religionis vixi phariseus. Et
nūc in spe que ad patres nostros repromis=
sionis facta est a deo. sto iudicio subiectus:
in qua duodecim tribus nostre nocte et die
deseruientes sperant deuenire. De qua spe
accusor a iudeis rex. Quid incredibile iudi=
catur apud vos si deus mortuos suscitat? Et
ego quidē estimaueram me adūsus nomen
ihesu nazareni debere multa contraria agere:
quod et feci iherosolimis. Et multos sancto=
rum ego in carceribus inclusi a principibus

sacerdotū potestate accepta:et cū occiderē-
tur detuli sententiā. Et p oīnes synagogas
frequenter puniēs eos. ɔpellebā blasphe-
mare:et āplius insaniēs in eos. psequebar
usqȝ in exteras ciuitates. [III] In quibȝ dū irem
damascū. cū potestate ꝛ pmissu principum
sacerdotū:die media in via vidi rex de celo
supra splendorē solis circūfulsisse me lumē
et eos qui mecū simul erant:omēsqȝ nos cū
decidissemus in terrā audiui vocē loquētē
michi hebraica lingua. Saule saule quid
me persequeris? Durum est tibi contra sti-
mulū calcitrare. [IIII] Ego autem dixi. Quis es
domine? Dominus aūt dixit. Ego sū ihūs:
quē tu psequeris. Sed exsurge:ꝛ sta supra
pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi. ut cō-
stituam te ministrū ꝛ testē eoꝝ q̄ vidisti et
eoꝝ quibȝ apparebo tibi:eripiēs te de ꝑplis
et gentibȝ in quas nūc ego mitto te. apire
oculos eoꝝ ut ɔuertant a tenebris ad lu-
cem. et de potestate sathane ad deū:ut acci-
piant remissionē peccatoꝝ: et sortem inter
sanctos p fidem q̄ est in me. [V] Unde rex agrip-
pa non fui incredulus celesti visioni:ſȝ hijs
qui sunt damasci primū ꝛ iherosolimis et in
omnē regionē iudee. et gentibȝ annūciabā.
ut penitentiā agerēt. et ɔuerterent ad deū:
digna penitētie opera faciētes. Hac ex cau-
sa me iudei cū essem in templo ɔphensum
tēptabāt interficere. [VI] Auxilio aūt adiutus
dei usqȝ in hodiernū diē sto testificās mino-
ri atqȝ maiori:nichil extra dicēs q̄ que pro-
phete locuti sūt futura esse ꝛ moyses:si passi-
bilis cristus. si primus ex resurrectiōe mor-
tuoꝝ lumen annūciaturus est populo ꝛ gē-
tibus. Hec loquēte eo ꝛ rationē reddente:
festus magna voce dixit. Insanis paule.
Multe te littere ad insaniā ɔuertūt. [VII] Et pau-
lus nō insanio inquit optīe feste:ſȝ veritatis
ꝛ sobrietatis ūba loquor. Scit enī de hijs
rex:ad quē ɔstanter loquor. Latere enim
eum nichil hoꝝ arbitror. Neqȝ enim in an-
gulo quicq̄ hoꝝ gestum est. Credis rex
agrippa ꝑphetis? Scio q̄ credis. Agrippa
autē ad paulū. In modico suades me cri-
stianū fieri. [VIII] Et paulus. Opto apud deum ꝛ
in modico ꝛ in magno:non tantū te. ſȝ etiā
oīnes qui audiunt hodie fieri tales qualis
et ego sū:exceptis vinculis hijs. Et exsurre-
xit rex ꝛ p̄ses ꝛ bernice et qui assidebant eis.
Et cū secessissent. loquebāt ad inuicē dicē-
tes: q̄ nichil morte aut vinculoꝝ dignū q̄d
fecit homo iste. Agrippa autē festo dixit. Di-
mitti poterat hō hic:si nō appellasset cesarem.

[XXVII] [P] Ut autē iudicatū est na-
uigare eū in ytaliā ꝛ tradi paulū cum
reliquis custodijs centurioni nomine iulio
cohortis auguste:ascendētes nauem adru-
metinā incipientē nauigare. circa asie loca
sustulimus: pseuerāte nobiscum aristarcho
macedone thessalonicense. Sequēti autē
die venimus sydonē. Humane aūt tractās
iulius paulū pmisit ad amicos ire:et curam
sui agere. Et inde cū sustulissemus subnaui-
gauimus cyprū: ꝑpterea q̄ essent venti con-
trarij. Et pelagus cilicie ꝛ pāphilie nauigā-
tes venimus listrā que est licie: [II] et ibi inueni-
ens centurio nauē alexandrinā nauigantē
in ytaliā:transposuit nos in eā. Et cū multis
diebȝ tarde nauigaremus ꝛ vix deuenissemus
contra gnydū: phibēte nos vento adnaui-
gauimus crete iuxta salmonē. Et vix iuxta
nauigantes venimus in locū quendam qui
vocat bonīportus: cui iuxta erat ciuitas tha-
lassa. Multo autem tempore pacto et cū iā
nō esset tuta nauigatio eo q̄ et ieiuniū iam
p̄terisset: ɔsolabat eos paulus dicens eis.
Viri: video quoniā cū iniuria ꝛ multo dāno
nō solū oneris ꝛ nauis:sed etiā aīaꝝ nr̄aꝝ
incipit esse nauigatio. [III] [S] Centurio aūt gubna-
tori ꝛ nauclero magis credebat: q̄ hijs q̄
a paulo dicebantur. Et cū aptus portus non
esset ad hyemandū:plurimi statuerūt con-
siliū nauigare inde si quo modo possent de-
uenietes phenicen hyemare portū crete re-
spiciētem ad affricū ꝛ ad chorū. Aspirāte au-
tem austro estimātes ꝑpositū se tenere: cum
sustulissent de ason. legebāt cretam. Non
post multū autē misit se ɔtra ipam ventus ty-
phonicus: qui vocat euroaquilo. [IIII] Cumqȝ ar-
repta esset nauis. et nō posset conari in vētū:
data naue flatibȝ ferebamur. In insulā autē
quandā decurrētes que vocatur cauda: po-
tuimus vix obtinere scapham. Qua sublata
adiutorijs vtebātur accingētes nauē: timē-
tes ne in syrtim inciderent: summisso vase sic

ferebant^r. Ualida aūt nobis tēpestate iactatis. sequenti die iactum fecerūt: et tercia die suis manib^9 armamenta nauis piecerūt. Neq3 aūt sole neq3 syderib^9 apparentib^9 p plures dies et tempestate nō exigua imminente: iam ablata erat spes omnis salutis nostre. Et cum multa ieiunatio fuisset: tunc stans paulus in medio eo^r dixit. Oportuerat quidem o viri audito me nō egredi a creta: lucriq3 facere iniuriā hanc et iacturā. Et nūc suadeo vob^s bono animo esse. Amissio enim nullius anime erit ex nobis: p̄terq̄ nauis. Astitit enim michi hac nocte angelus dei cuius sum ego et cui deseruio dicens. Ne timeas paule: cesari te oportet assistere. Et ecce donauit tibi deus oēs qui nauigant tecū. Propter quod bono animo estote viri. Credo enim deo: quia sic erit quēadmodū dictū est michi. In insulā aūt quandā oportet nos deuenire. Sed postea q̄ quartadecima nox supuenit: nauigantib^9 nobis in adria circa mediā noctē suspicabant^r naute apparere sibi aliquā regionē. Qui et summittētes bolidem. inuenerūt passus viginti: et pusillū inde separati inuenerūt passus quīdecim. Timentes autē ne in aspera loca incideremus: de puppi mittētes anchoras quatuor optabant diem fieri. Nautis vero querentibus fugere de naui: cum misissent scapham in mare sub optentu quasi inciperent a prora anchoras extendere: dixit paulus centurioni et militib^9. Nisi hij in naui manserint: vos salui fieri nō potestis. Tūc absciderūt milites funes scaphe: et passi sūt eam excidere. Et cū lux inciperet fieri: rogabat paulus omnes sumere cibum dicens. Quarta decima die hodie exspectantes ieiuni permanetis: nichil accipientes. Propter qđ rogo vos accipere cibū pro salute vr̄a: q2 nullius vestrū capillus de capite peribit. Et cum hec dixisset: sumēs panē gratias egit deo in conspectu omniū: et cū fregiss3 cepit manducare. Animequiores autē facti omnes: et ipsi sumpserūt cibū. Eramus autē vniūse anime in naui ducente septuagintasex. Et saciati cibo alleuiabant nauem: iactantes triticū in mare. Cum autē dies factus esset terrā nō agnoscebāt: sinū vero quendā ɔsiderabant habentē litus: in quē cogitabant si possent eicere nauē. Et cū anchoras sustulissent cōmittebant se mari. simul laxantes iūcturas gubnaculo^r: et leuato artemone secūdum aure flatū tendebant ad litus. Et cū incidissemus i locū bithalassum impegerūt nauē: et prora quidem fixa manebat immobilis: puppis vero soluebat^r a vi maris. Militum autē consiliū fuit ut custodias occiderent. ne quis cū enatasset effugeret: centurio aūt volens suare paulū p̄hibuit fieri. Iussitq3 eos qui possent natare mittere se primos et euadē et ad terrā exire: et ceteros alios in tabulis ferebant: quosdam super ea que de naui erant. Et sic factum est: ut omnes anime euaderent ad terram.

XXVIII

Et cū euasissemus: tūc cognouimus quia mitilene insula vocabatur. Barbari vero prestabant nō modicā humanitatem nobis. Accensa eni pira reficiebāt nos omnes: propter ymbrem qui imminebat et frigus. Cū ɔgregasset aūt paulus sarmento^r aliquantā multitudinē et imposuiss3 super ignem: vipera a calore cū p̄cessiss3 inuasit manū eius. Ut vero viderūt barbari pendentē bestiā de manu eius: ad inuicē dicebāt. Utiq3 homicida est homo hic: qui cū euasit de mari vltio nō sinit eū viuere. Et ille quidē excutiēs bestiam in ignē: nichil mali passus est. At illi existimabant eū in timorē ɔuertendum: et subito casurū et mori. Diu autem illis sperantib^9 et videntib^9 nichil mali in eo fieri: conūtentes se. dicebant eū esse deū. In locis autē illis erāt predia principis insule noīe publij: qui nos suscipiens. triduo benigne exhibuit. Contigit aūt patrē publij febrib^9 et dissinteria vexatū iacere. Ad quē paulus intrauit: et cū orasset et imposuisset ei manus saluauit eū. Quo facto: oīes qui in insula habebant infirmitates accedebant et curabantur. Qui etiā multis honorib^9 nos honorauerūt: et nauigantib^9 imposuerūt que necessaria erant. Post menses aūt tres nauigauimus in naui alexandrina que in insula hyemauerat: cui erat insigne castro^r. Et cum venissemus siracusam: mansimus ibi triduo. Inde circūlegētes deuenim^9 regium: et post vnū diem flante austro secunda die

venimus putheolos. vbi inuētis fratribus rogati sum⁹ manere apud eos dies septē: et sic venimus romam. Et inde cū audissent fratres occurrerūt nobis usqꝫ ad apij forū. et tribus tabernis. Quos cū vidissꝫ paulus: gratias agens deo accepit fiduciā. Cū autē venissemus romā pmissum est paulo pmanere sibimet: cū custodiente se milite. Post terciū autē diem cōuocauit pmos iudeoꝝ.

V

Cunqꝫ venissent dicebat eis. Ego viri frēs nichil aduersus legem faciens aut morem paternū: vinctus ab iherosolimis traditus sum in manus romanoꝝ: qui cū interrogationē de me habuissent voluerūt me dimittere: eo qꝫ esset nulla causa mortis in me. Cōtradicentib⁹ aūt iudeis coactus sū appellare cesarem: nō quasi gentē meā habens aliquid accusare.

VI

Propter hanc igitur causaꝫ rogaui vos videē ⁊ alloqui. Propter spem enim israhel cathena hac circundatus sū. At illi dixerūt ad eū. Nos neqꝫ lrās accepim⁹ de te a iudea: neqꝫ aduenīēs aliquis fratrū nūciauit aut locutus est quid de te malum. Rogamus autē a te audire que sentis. Nā de secta hac notū est nobis: qꝛ vbiqꝫ ei contradicit̄. Cum constituissent autē illi diem venerūt ad eum in hospiciū plurimi: quib⁹ exponebat testificans regnū dei suadensqꝫ eis de ihesu ex lege moysi et pphetis a mane usqꝫ ad vesperam. Et quidā credebāt hijs que dicebantur: quidā vero non credebāt.

VII

Cunqꝫ inuicē non essent consentiētes: discedebant dicente paulo vnū verbū. Quia bn̄ spiritus sanctus locutus est per ysaiam prophetam ad patres nostros dicens: Vade ad pplm̄ istū et dic. Aure audietis et non intelligetis: et videntes videbitis et nō pspicietis. Incrassatuꝫ est cor ppli huius et auribus grauiter audierūt et oculos suos compresserūt: ne forte videant oculis et aurib⁹ audiant et corde intelligant: et conūtant se et sanem eos.

VIII

Notū ergo sit vobis: qm̄ gentibus missum est hoc salutare dei: et ipsi audient. Et cū hec dixisset: exierūt ab eo iudei multā habentes inter se questionē. Mānsit autē biennio toto in suo cōducto: et suscipiebat omēs qui ingrediebant̄ ad eum: pdicans regnū dei ⁊ docens que sūt de domino ihesu xp̄o cum omni fiducia sine phibitione.

Explic̄ liber actuū aplōꝝ. Incip̄. plogus in eplās canonicas.

Non ita est ordo apud grecos qui integre sapiunt fidemqꝫ rectā sectant̄ epistolaꝝ septē. que canonice nūcupant̄. sicut in latinis codicib⁹ inuenit̄: ut quia petrus est primus in ordine apostoloꝝ: prime sint etiam eius epistole in ordine ceteraꝝ. Sed sicut euangelistas dudū ad veritatis lineā correximus: ita has pprio ordini deo iuuāte reddidim⁹. Est enim vna eaꝝ pma iacobi: due petri: tres iohānis. et iude vna. Que si sic ut ab eis digeste sunt ita quoqꝫ ab interpretibus fideliter in latinū vterent̄ eloquiū. nec ambiguitatē legentib⁹ facerēt. nec sermonū sese varietas impugnaret: illo precipue loco vbi de vnitate trinitatis in prima iohānis eplā positū legimus. in qua etiam ab infidelib⁹ translatorib⁹ multū erratū esse a fidei veritate cōperimus: triū tantūmodo vocabula hoc est aque sanguinis ⁊ spūs in ipsa sua edicōne ponētib⁹: et patris verbiqꝫ ac spūs testimoniū omittētibus. in quo maxime et fides katholica roboratur: et patris et filij ⁊ spūs sancti vna diuinitatis substantia pprobatur. In ceteris vero epistolis quātū a nostra alioꝝ distet editio: lectoris prudentie derelinquo. Sed tu vgo cristi eustochiū dum a me impensius scripture veritatē inquiris meā quodāmodo senectutē inuidoꝝ dentib⁹ corrodendā expon̄is: qui me falsariū corruptoremqꝫ sanctaꝝ pnunciāt scripturarum. Sed ego in tali opere nec emulorum meorum inuidentiam ptimesco: nec sancte scpture veritatē poscentib⁹ denegabo. Explicit plogus. Incip̄. argumētū in epistolam canonicaꝫ beati iacobi apostoli.

Iacobus apostolus sanctū instruit clerum de cultura celestiū pceptoꝝ ⁊ reglā katholice obsuātie: ⁊ de inuicte patiētie maiestate. et de reuelacōe plimoꝝ: ⁊ de mēdacō mḡrorū. Explic̄ argumētum. Incip. eplā canonica beati iacobi apli

P

Iacobus dei ⁊ domini nostri ihesu cristi seruus: duodecim tribub⁹ que sūt in dispsione salutē. Omē gaudiū existimate fratres mei cū in temptacōes varias

inciderītis: scientes q̄ probatio fidei vestre
patientiā operatur. Patientia autē opus
perfectū habeat: ut sitis perfecti ⁊ integri in
nullo deficientes. Si quis autē vestrū indi-
get sapientia postulet a deo qui dat omnib;
affluēter ⁊ nō improperat ⁊ dabitur ei. Po-
stulet aūt in fide: nichil hesitans. Qui enim
hesitat similis est fluctui maris: qui a vento
mouet̄ et circūfertur. Non ergo estimet hō
ille q̄ accipiat aliquid a dn̄o: Vir duplex
animo incōstans ē in omib; vijs suis. Glo-
rietur autem frater humilis in exaltatione
sua: diues autem in humilitate sua: quoniā
sicut flos feni transibit. Exortus enim est
sol cum ardore et arefecit fenū: et flos eius
decidit: et decor vultus eius deperijt. Ita et
diues in itineribus suis marcescet. Beatus
vir qui suffert temptationē: qm̄ cū pbatus
fuerit accipiet coronā vite: quā repromisit
deus diligentib; se. Nemo cū temptatur di-
cat: qm̄ a deo temptatur. Deus enim intem-
ptator maloꝝ est. Ipse autē neminē tem-
ptat: Unusquisq; vero temptat̄ a concupi-
scentia sua: abstractus et illectus. Deinde
concupiscentia cū conceperit parit peccatū:
peccatū vero cum consūmatū fuerit generat
mortē. Nolite itaq; errare fratres mei dile-
ctissimi. Omne datū optimū et omne donū
pfectū desursū est descendens a patre lumi-
nū: apud quē non ē transmutatio: nec vicis-
situdinis obūbratio. Volūtarie enī genuit
nos verbo veritatis: ut simus iniciū aliquod
creature eius. Scitis fratres mei dilectissi-
mi. Sit aūt omnis homo velox ad audien-
dum: tardus autē ad loquendū: et tardus
ad iram. Ira enim viri iusticiā dei non opera-
tur. Propter qd̄ abicientes omnē immūdi-
ciam et abūdantiam malicie in mansuetudi-
ne suscipite insitū verbum: qd̄ potest saluare
animas vestras. Estote autē factores verbi
et nō auditores tantū fallentes vosmetipsos:
quia si quis auditor est verbi et non factor:
hic comparabit̄ viro consideranti vultū na-
tiuitatis sue in speculo. Considerauit enim
se et abijt: et statim oblitus ē qualis fuerit.
habes illic tenentes doctrinam balaam qui
docebat balac mittere scandalum coram fi-
lijs israhel edere et fornicari: ita habes et tu
tenentes doctrinam nicholaitarum. Simi-
liter penitentiam age: si quo minus: veni-
am tibi cito et pugnabo cum illis in gladio
oris mei. Qui habet aurē audiat: q̄d sp̄us
dicat ecclesijs. Vincenti dabo māna abscon-
ditū: et dabo illi calculū candidū ⁊ in calculo
nomē nouū scriptū: quod nemo scit nisi qui
accipit. Et angelo thiatire ecc̄ie scribe. Hec
dicit filius dei: q̄ hab; oculos tanq̄ flammā
ignis: ⁊ pedes eius similes auricalco. Noui
opera tua et fidē et caritatē tuā et ministeriū
et pacientiā tuā: et opa tua nouissima plura
priorib⁹. Sed habeo aduersus te pauca: q̄
p̄mittis mulierē iheзabel que se dicit ꝓphetē
docere et seducere seruos meos: fornicari et
manducare de ydolotitis. Et dedi illi tēpus
ut penitentiā ageret: et non vult penitere a
fornicatione sua. Ecce ego mitto eā in lectū.
et qui mechantur cū ea in tribulacōe maxia
erūt: nisi penitentiā ab opib⁹ suis egerint: ⁊
filios eius interficiā in mortē: et scient oēs

ecc̃ie q̃ ego sũ scrutans renes et corda: et
dabo vnicuiq3 vestrũ secundũ opera vestra.
Vobis aũt dico ⁊ ceteris q̃ thiatire estis.
quicũq3 non habẽt doctrinã hanc et qui nõ
cognouerũt altitudinẽ sathane quēadmo-
dũ dicũt: non mittã sup vos aliud pondus:
tamẽ id quod habetis tenete donec veniã.
Et q̃ vicerit ⁊ custodierit usq3 in finẽ opera
mea: dabo illi potestatẽ sup gentes ⁊ reget
eas in virga ferrea et tanq̃ vas figuli con-
fringent̃ sicut ⁊ ego accepi a patre meo: ⁊
dabo illi stellã matutinã. Qui habz aurem
audiat: quid spũs dicat ecc̃is. III

Et angelo ecc̃ie sardis scribe. Hec di-
cit qui habet septẽ spũs dei: et septẽ stellas.
Scio opera tua: q̃ nomẽ habes q̃ viuas:
et mortuus es. Esto vigilans: et confirma
cetera que moritura erant. Non enim inue-
nio opera tua plena corã deo meo. In mẽte
ergo habe qualiter acceperis ⁊ audieris et
serua: et penitentiã age. Si ergo nõ vigila-
ueris veniã ad te tanq̃ fur: ⁊ nescies q̃ hora
veniam ad te. Sed habes pauca nomina
in sardis q̃ nõ inquinauerũt vestimẽta sua:
et ambulabũt mecũ in albis q̃ digni sunt.
Qui vicerit sic vestietur vestimentis albis:
et non delebo nomen eius de libro vite: et
confitebor nomẽ eius coram patre meo et
coram angelis eius. Qui habet aurẽ audi-
at: quid spũs dicat ecc̃is. Et angelo phila-
delphie ecc̃ie scribe. Hec dicit sanctus ⁊ ve-
rus qui habz clauẽ dauid: qui apit ⁊ nemo
claudit: claudit ⁊ nemo apit. Scio opera
tua. Ecce dedi corã te ostiũ aptũ q̃d nemo
potest claudere: q̃ modicã habes virtutẽ
et seruasti verbũ meũ: ⁊ nõ negasti nomen
meũ. Ecce dabo de synagoga sathane qui
dicũt se iudeos esse ⁊ non sũt: sed mentiũt̃.
Ecce faciã illos ut veniãt et adorẽt ante pe-
des tuos: et scient q̃ ego dilexi te. Quoniã
seruasti verbũ paciẽtie mee: et ego suabo te
ab hora temptacõis q̃ventura est in orbez
vniuersũ tẽptare habitãtes in terra. Ecce
venio cito. Tene quod habes: ut nemo ac-
cipiat coronã tuã. Qui vicerit faciã illum
columnã in templo dei mei: ⁊ foras nõ egre-
dietur amplius. Et scribam sup eũ nomẽ dei
mei ⁊ nomẽ ciuitatis dei mei noue ierusalẽ
q̃ descendit de celo a deo meo: et nomẽ meũ
nouũ. Qui habet aurem audiat: q̃d spũs
dicat ecc̃is. Et angelo laodicie ecc̃ie scribe.
Hec dicit amẽ testis fidelis et verus: qui ẽ
principiũ creature dei. Scio opa tua: quia
neq3 frigidus es neq3 calidus. Utinã frigi-
dus esses aut calidus. Sed q̃ tepidus es
et nec frigidus nec calidus. incipiã te euo-
mere ex ore meo: q̃ dicis q̃ diues sũ ⁊ locu-
pletatus ⁊ nullius egeo: et nescis quia tu es
misera miserabilis et paup ceca ⁊ nuda.
Suadeo tibi emere a me aurũ ignitũ pba-
tum ut locuples fias: et vestimentis albis in-
duaris ut nõ appareat ɔfusio nuditatis tue:
et collirio inũge oclõs tuos ut videas. Ego
quos amo arguo ⁊ castigo. Emulare ergo:
et penitentiã age. Ecce sto ad ostiũ ⁊ pulso.
Si quis audierit vocẽ meã ⁊ apuerit michi
ianuã intrabo ad illũ: et cenabo cũ illo: ⁊ ipse
mecũ. Qui vicerit dabo ei sedere mecum in
throno meo: sicut ⁊ ego vici et sedi cũ patre
meo in throno eius. Qui habet aurem au-
diat: quid spũs dicat ecclesijs. IIII

In Refectorio

Post hec vidi: ⁊ ecce ostiũ aptũ in celo:
et vox pma quã audiui tanq̃ tube loquẽtis
mecũ dicẽs. Ascende huc: et ostendam tibi
que oportet fieri cito. Post hec statim fui in
spiritu. Et ecce sedes posita erat in celo: et su-
pra sedẽ sedens. Et qui sedebat similis erat
aspectui lapidis iaspidis et sardinis: et yris
erat in circuitu sedis silis visioni smaragdine.
Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor: ⁊
sup thronos viginti quatuor seniores sedẽ-
tes circũamicti vestimẽtis albis: ⁊ in capitib3
eorũ corone auree. Et de throno pcedũt ful-
gura ⁊ voces et tonitrua: et septẽ lampades
ardẽtes ante thronũ qui sũt septẽ spiritus
dei. Et in conspectu sedis tanq̃ mare vitreũ
simile cristallo: et in medio sedis et in circui-
tu sedis quatuor animalia plena oculis ãte
et retro. Et animal primũ simile leoni ⁊ secũ-
dũ simile vitulo: ⁊ terciũ animal habẽs faciẽ
quasi hominis: et quartũ animal simile aq̃le
volãti. Et quatuor aĩalia singula eorũ habe-
bant alas senas: et in circuitu ⁊ intus plena
sunt oculis. Et requiẽ non habebãt die ac
nocte dicentia sanctus sanctus sanctus do-
minus deus omnipotẽs: qui erat et qui est et

qui venturus est. Et cū darēt illa animalia
gloriā et honorē et benedictionē sedēti sup
thronū viuēti in secula seculoꝝ: ꝓcidebāt
viginti quatuor seniores ante sedentem in
throno et adorabāt viuētem in secula secu-
loꝝ: et mittebāt coronas suas āte thronū
dicētes. Dignus es domine deus noster ac-
cipere gloriā ⁊ honorē ⁊ ꝟtutē: qꝛ tu creasti
oīa: ⁊ ꝓpter volūtatē tuā erāt ⁊ creata sunt.

V

Et vidi in dextera sedētis supra
thronū librū scriptū intus ⁊ foris: sig-
natū sigillis septē. Et vidi angelū fortem ⁊ ꝑ-
dicantem voce magna. Quis est dignus
aperire librū et soluere signacula eius? Et
nemo poterat neq3 in celo neq3 in terra neq3
subtus terrā apire librū: neq3 respicere illū.
Et ego flebam multū: quoniā nemo dignꝰ
inuētus est apire librū: nec videre eum. Et
vnus de senioribꝫ dixit michi. Ne fleueris.
Ecce vicit leo de tribu iuda radix dauid a-
perire librū: et soluere septē signacula eius.
Et vidi: et ecce in medio throni et quatuor
animaliū et in medio seniorū agnū stantē
tanꝙ occisū habentē cornua septē ⁊ oclos
septē: qui sūt septem spūs dei missi in omēz
terrā. Et venit: et accepit de dextera sedētis
in throno librū. Et cū apuisset librū: quatuor
animalia et viginti quatuor seniores ceci-
derūt coram agno habentes singuli cytharas
et fialas aureas plenas odoramētoꝝ que
sūt oracōnes sanctoꝝ: et cantabāt canticū
nouū dicētes. Dignus es domine accipere
librū ⁊ apire signacula eius: quoniā occisus
es ⁊ redemisti nos deo in sanguine tuo ex
omni tribu ⁊ lingua et populo ⁊ nacōne: et
fecisti nos deo nostro regnū et sacerdotes.
Et regnabūt sup terram. Et vidi: et audiui
vocem angeloꝝ multoꝝ in circuitu throni
et animaliū ⁊ senioꝝ: et erat numerus eoꝝ
milia miliū dicentiū voce magna. Dignus
est agnus qui occisus est: accipe virtutem
et diuinitatē ⁊ sapientiā: et fortitudinē et ho-
norem et gloriā et benedictionē. Et omnem
creaturā que in celo est ⁊ sup terrā ⁊ sb ter-
ra: et que sūt in mari ⁊ q̄ in eo: omēs audiui
dicentes sedenti in throno ⁊ agno. Bndic-
tio ⁊ honor ⁊ gloria ⁊ ptās in secula secloꝝ.
Et quatuor animalia dicebant amen. Et
viginti q̄tuor seniores ceciderūt in facies su-
as: ⁊ adorauerūt viuētem in secula seculoꝝ.

VI

Et vidi qꝙ apuisset agnus vnū de
septē sigillis: ⁊ audiui vnū de quatuor
animalibꝫ dicēs tanꝙ vocem tonitrui. Veni
et vide. Et vidi: et ecce equus albus: et q̄ se-
debat sup illū habebat arcū: et data est ei co-
rona: ⁊ exiuit vincens ut vinceret. Et cū ape-
ruisset sigillū secundū: audiui secundū aīal di-
cens: Veni ⁊ vide. Et exiuit alius equus ru-
fus: et qui sedebat sup illū datū est ei ut su-
meret pacē de tr̄a: et ut inuicē se interficiāt:
et datus est ei gladius magnus. Et cū ape-
ruisset sigillū terciū: audiui terciū aīal dicēs.
Veni ⁊ vide. Et ecce equus niger: et qui sede-
bat sup illū habebat staterā in manū sua. Et
audiui tanꝙ vocē in medio quatuor aīaliū
dicentiū. Bilibris tritici denario vno: ⁊ tres
bilibres ordei denario vno: ⁊ vinū ⁊ oleū ne
leseris. Et cū apuisset sigillū quartum audiui
vocē quarti animalis dicentis. Veni ⁊ vide.
Et ecce equus pallidus: et q̄ sedebat sup eū
nomē illi mors: et infernus sequebatᷣ eū. Et
data ē illi potestas sup quatuor ptes terre:
interficē gladio fame ⁊ morte ⁊ bestijs tr̄e.
Et cū aperuisset sigillū quintū: vidi subtus al-
tare animas interfectoꝝ ꝓpter verbū dei: et
ꝓpter testimoniū quod habebāt. Et clama-
bant voce magna dicentes: Usq3 quo dn̄e
sanctus et verus nō iudicas ⁊ non vindicas
sanguinē nostrū de hijs qui habitāt in tr̄a?
Et date sūt illis singule stole albe: et dictū ē
illis ut requiescerēt adhuc tempus modicū:
donec compleantᷣ conserui eoꝝ ⁊ frēs eoꝝ
qui interficiēdi sūt sicut ⁊ illi. Et vidi cū ape-
ruisset sigillū sextū: et ecce terre motus ma-
gnus factus ē. Et sol factus est niger tanꝙ
saccus cilicinus: et luna tota facta est sicut
sanguis: et stelle de celo ceciderūt sup terrā
sicut ficus emittit grossos suos cum a vento
magno mouetur. Et celū recessit sicut liber
inuolutus: et omīs mons ⁊ insule de locis su-
is mote sūt. Et reges terre ⁊ principes ⁊ tri-
buni ⁊ diuites ⁊ fortes ⁊ omīs seruus ⁊ liber
absconderūt se in speluncis ⁊ in petris mōtiū:
et dicūt montibꝫ ⁊ petris cadite sup nos: et
abscondite nos a facie sedētis sup thronū
et ab ira agni: quoniam venit dies magnus

ire ipsorum. Et quis poterit stare? VII
Post hec vidi quatuor āgelos stātes
sup quatuor angulos terre: tenētes
quatuor ventos terre ne flarēt sup terrā: neqȝ
sup mare neqȝ in vllā arborē. Et vidi alte-
rū angelū ascendentē ab ortu solis habētē
signum dei vivi: et clamavit voce magna.
quatuor angelis quibꝰ datū est nocere terre
et mari dicens. Nolite nocere terre ⁊ mari
neqȝ arboribꝰ: quoadusqȝ signemus suos
dei nostri in frontibꝰ eoꝝ. Et audivi nume-
merū signatoꝝ: centūquadragintaquatuor
milia signati ex omi tribu filioꝝ israhel. Ex
tribu iuda: duodecim milia signati. Ex tri-
bu ruben: duodecim milia signati. Ex tribu
gad: duodecim milia signati. Ex tribu aser:
duodecī milia signati. Ex tribu neptalim:
duodecim milia signati. Ex tribu manasse:
duodecim milia signati. Ex tribu symeon:
duodecim milia signati. Ex tribu levi: duo-
decim milia signati. Ex tribu ysachar: duo-
decim milia signati. Ex tribu zabulon: duo-
decim milia signati. Ex tribu ioseph: duode-
cim milia signati. Ex tribu beniamin: duo-
decim milia signati. Post hec vidi turbā ma-
gnam quam dinumerare nemo poterat: ex
omibꝰ gētibꝰ ⁊ tribubꝰ ⁊ populis ⁊ linguis.
stātes ante thronū ⁊ in conspectu agni ami-
cti stolis albis: et palme in manibꝰ eorum.
Et clamabāt voce magna dicētes. Salus
deo nr̄o: q̄ sedet sup thronū ⁊ agno. Et oēs
angeli stabāt in circuitu throni ⁊ seniorū et
quatuor animaliū: ⁊ ceciderūt in conspectu
throni in facies suas: et adoraverūt deū di-
centes amen. Bn̄dictio ⁊ claritas ⁊ sapīa
et gr̄aꝝ actio: honor ⁊ virtus et fortitudo deo
nr̄o: in secula seculoꝝ amē. Et respōdit vnꝰ
de senioribꝰ: et dixit michi. Hij q̄ amicti sūt
stolis albis q̄ sūt ⁊ vnde venerūt? Et dixi
illi. Domīe mi tu scis. Et dixit michi. Hij sūt
qui venerūt de tribulacōne magna: et lave-
rūt stolas suas: et dealbaverunt eas in san-
guine agni. Ideo sūt ante thronū dei: et ser-
viunt ei die ac nocte in templo eius: ⁊ qui
sedet in throno habitabit sup illos. Non
esurient neqȝ sitiēt amplius: neqȝ cadet sup
illos sol neqȝ vllus estus: quoniā agnus
q̄ in medio throni ē reget illos: ⁊ deducet
illos ad vite fontes aquaꝝ: et absterget
deus omnē lacrimā ab oculis eoꝝ. VIII
Et cū aperuisset sigillū septimū: factū est
silentiū in celo quasi media hora. Et
vidi septē angelos stātes in conspectu dei:
et date sūt illis septē tube. Et alius angelus
venit ⁊ stetit ante altare habens thuribulū
aureū: et data sūt illi incensa multa: ut daret
de oracōnibꝰ sanctoꝝ omīum sup altare aureū
quod est ante thronū dei. Et ascendit fumꝰ
incensoꝝ de oracōnibus sanctoꝝ de manu
angeli: coraȝ deo. Et accepit angelus thuri-
bulū aureū. et implevit illud de igne altaris
et misit in terrā: et facta sūt tonitrua ⁊ voces
et fulgura ⁊ terre motus magnus: et septem
angeli qui habebāt septē tubas preparaverūt
se ut tuba canerēt. Et primus angelus tuba
cecinit. Et facta est grando ⁊ ignis. mixta
in sanguine: et missum est in terrā. Et tercia
pars terre combusta est: ⁊ tercia pars arborū
concremata est: et omne fenū viride cōbustū
est. Et secundus angelus tuba cecinit: ⁊ tā-
quā mons magnus igne ardēs missus est
in mare. Et facta est tercia pars maris san-
guis: et mortua ē tercia pars creature eoꝝ
que habebāt animas in mari: et tercia pars
naviū interijt. Et tercius angelus tuba ceci-
nit: et cecidit de celo stella magna ardens
tanq̄ facula. Et cecidit in terciā partē flumi-
nū et in fontes aquaꝝ: et nomē stelle dicit
absinthiū. Et facta est tercia pars aquaꝝ
in absinthiū: et multi hominū mortui sunt de
aquis: quia amare facte sunt. Et quartus āge-
lus cecinit: et percussa est tercia pars solis et
tercia pars lune ⁊ tercia pars stellaꝝ. ita ut
obscuraretur tercia pars eoꝝ: et diei nō luce-
ret pars tercia et nocti similiter. Et vidi: et
audivi vocē vnius aquile volātis per mediū
celi: dicētis voce magna. Ve ve ve habitanti-
bus in terra de ceteris vocibus trium ange-
lorum: qui erant tuba cani turi. IX
Et quītus angelus tuba cecinit: ⁊ vidi
stellā de celo cecidisse in terraȝ: et data est ei
clavis putei abissi. Et aperuit puteū abissi:
et ascendit fumus putei sicut fumus fornacis
magne: et obscuratus est sol et aer de fumo
putei. Et de fumo putei exierūt locuste i ter-
ram: et data est illis potestas sicut habent

potestatē scorpiones terre. Et p̄ceptū est
illis ne lederēt fenū terre neq; om̄e viride
neq; om̄e arborē: nisi tantū homines q̄ non
habent signū dei in frontibꝰ suis. Et dictū
est eis ne occiderēt eos: sed ut cruciarētur
mensibꝰ quīq;. Et cruciatus eoꝝ ut crucia-
tus scorpij: cū pcutit hoīem. Et in diebꝰ illis
querēt homines mortē ⁊ non inuenient eā:
et desiderabunt mori: et fugiet mors ab eis.
Et similitudines locustaꝝ silēs equis pa-
ratis ad preliū: et sup capita eaꝝ tāq̄ coro-
ne similes auro: et facies eaꝝ tanq̄ facies
hominū. Et habebāt capillos sicut capillos
mulieꝝ: et dētes eaꝝ sicut dētes leonū erāt.
Et habebāt loricas sicut loricas ferreas: et
vox alaꝝ illaꝝ sicut vox curruū equorum
multoꝝ currentiū in bellū. Et habebant cau-
das similes scorpionū: et aculei erant in cau-
dis eaꝝ: et potestas eaꝝ nocere hominibꝰ
mensibus quīq;. Et habebāt sup se regem
angelū abissi cui nomē hebraice abaddon.
grece aūt appollion: et latine habēs nomē
exterminās. Ve vnū abijt: et ecce veniūt ad-
huc duo ve post hec. Et sextꝰ angelꝰ tuba
cecinit: et audiui vocē vnā ex q̄tuor cornibꝰ
altaris aurei qđ ē ante oculos dei: dicentē
sexto angelo q̄ habebat tubā. Solue qua-
tuor angelos q̄ alligati sunt in flumine ma-
gno eufraten. Et soluti sūt quatuor angeli
q̄ parati erāt in horā ⁊ diē ⁊ mensem et ānū:
ut occiderēt terciā partē hominū. Et nume-
rus equestris exercitus. vicies milies dena
milia: et audiui numerum eoꝝ: et ita vidi
equos in visione. Et qui sedebant sup eos
habebāt loricas igneas ⁊ iacinctinas ⁊ sul-
phureas: et capita equoꝝ erāt tanq̄ capi-
ta leonū: et de ore eoꝝ pcedit ignis ⁊ fumꝰ
et sulphur. Et ab hijs tribꝰ plagis occisa ē
tercia pars hominū: de igne ⁊ de fumo ⁊ sul-
phure q̄ pcedebāt ex ore ipoꝝ. Potestas
enim equoꝝ in ore eoꝝ ē: et in caudis eoꝝ.
Nā caude eoꝝ silēs spentibꝰ habētes capi-
ta: et in hijs nocent. Et ceteri hoīes qui nō
sunt occisi in hijs plagis neq; penitentiam
egerūt de opibꝰ manuū suaꝝ ut nō adora-
rent demonia ⁊ simulacra aurea ⁊ argētea
et erea ⁊ lapidea ⁊ lignea q̄ neq; videre pos-
sunt neq; audire neq; ambulare: ⁊ nō ege-
runt penitentiam ab homicidijs suis neq; a
veneficijs suis neq; a fornicatione sua: neq;
a furtis suis.

X

Et vidi aliū angelū fortē descendētē de celo amictū
nube: et yris in capite eiꝰ. Et facies eius erāt
ut sol: et pedes eius tanq̄ colūna ignis. Et
habebat in manū sua libellū aptū: et posuit pe-
dem suū dexterū supra mare. sinistrū autem
sup terrā: ⁊ clamauit voce magna quemad-
modū cū leo rugit. Et cū clamasset: locuta sūt
septē tonitrua voces suas. Et cū locuta fuis-
sent septem tonitrua voces suas: et ego scri-
pturus eram. Et audiui vocē de celo dicētē
michi. Signa q̄ locuta sunt septē tonitrua:
et noli ea scribere. Et angelus quē vidi stā-
tem supra mare ⁊ supra terrā leuauit manū
suā ad celū ⁊ iurauit p viuentē in secula seclo-
rū q̄ creauit celū ⁊ ea que in eo sūt ⁊ terram
et ea que in ea sūt ⁊ mare ⁊ ea q̄ in eo sūt: q̄r
tempus non erit amplius: sed in diebꝰ vocis
septimi angeli cū cepit tuba canere: consū-
mabitur misteriū dei sicut euangelizauit per
seruos suos pphetas. Et audiui vocē de celo
iterū loquentē mecū ⁊ dicentē. Vade: ⁊ ac-
cipe librū aptū de manū angeli stātis sup ma-
re ⁊ sup terrā. Et abij ad angelū dicens ei
ut daret michi librū: et dixit michi. Accipe
librū ⁊ deuora illū: et faciet amaricari ventrē
tuū: sed in ore tuo erit dulce tanq̄ mel. Et ac-
cepi librū de manu angeli ⁊ deuoraui illud: et
erat in ore meo tanq̄ mel dulce. Et cū deuo-
rassem eū: amaricatus est venter meus. Et di-
xit michi. Oportet te iterū pphetare gentibꝰ
et ppłis ⁊ linguis et regibus multis.

XI

Et datus ē michi calamus silis virge:
et dictū est michi. Surge ⁊ metire tē-
plū dei ⁊ altare: et adorātes in eo. Atriū ve-
ro quod est foris tēplū eice foras ⁊ ne meti-
aris illud: quoniā datū est gētibꝰ. Et ciuita-
tem sanctā calcabūt mensibꝰ quadraginta-
duobꝰ. Et dabo duobꝰ testibus meis: ⁊ pro-
phetabūt diebꝰ milleducētissexaginta ami-
cti saccis. Hij sunt due oliue ⁊ duo candela-
bra in conspectu dn̄i terre stātes. Et si quis
voluerit eos nocere: ignis exiet de ore eoꝝ
⁊ deuorabit inimicos eoꝝ: ⁊ si quis voluerit
eos ledere sic oportet eū occidi. Hij habēt
potestatem claudendi celū ne pluat diebus

ꝓphetie illoꝝ: et potestatē habēt sup aquas
conuertēdi eas in sanguinē: et pcutere ter-
ram omī plaga quotiensc̄ūq; voluerint. Et
cū finierint testimoniū suū bestia q̄ ascēdit
de abisso faciet aduersus eos bellū: ⁊ vincet
illos: et occidet eos. Et corpora eoꝝ iacebūt
in plateis ciuitatis magne q̄ vocat̄ spūalit̄
sodoma ⁊ egiptus: vbi ⁊ dñs eoꝝ crucifi-
xus est. Et videbūt de tribub; ⁊ de populis
et linguis ⁊ gētib; corpora eoꝝ p tres dies
et dimidiū: et corpora eoꝝ non sinent poni
in monumētis. Et inhabitātes terram gau-
debūt sup illos ⁊ iocundabūtur: et munera
mittēt inuicē: quoniā hij duo ꝓphete crucia-
uerūt eos qui inhabitabāt sup terram. Et
post dies tres ⁊ dimidiū spūs vite a deo in-
trabit in eos. Et steterunt sup pedes suos:
et timor magnus cecidit sup eos q̄ viderūt
eos. Et audierūt vocē magnā de celo: dicē-
tem eis. Ascendite huc. Et ascenderunt in
celū in nube: et viderūt illos inimici eoꝝ. Et
in illa hora factus ē terre motus magnus:
⁊ decima pars ciuitatis cecidit. Et occisi sūt
in terre motu nomina hominū septē milia:
et reliqui in timorē sūt missi: et dederūt gliaꝫ
deo celi. Ve secūdū abijt: et ecce ve terciū ve-
niet cito. Et septimus angelus tuba cecinit:
et facte sūt voces magne in celo dicentes.
Factū est regnū huius mūdi dñi nostri et
cristi eius: et regnabit in scl̄a scl̄oꝝ amen.
Et viginti q̄tuor seniores q̄ in ɔspectu dei se-
dent in sedib; suis. ceciderūt in facies suas:
et adorauerūt deū dicētes. Gratias agim⁹
tibi dñe deus noster omnipotens: qui es ⁊ q̄
eras ⁊ qui venturus es: q: accepisti virtutē
tuam magnā ⁊ regnasti. Et irate sūt gētes
et aduenit ira tua. et tempus mortuoꝝ iudi-
cari. et reddē mercedē seruis tuis ꝓphetis
et sanctis ⁊ timētib; nomē tuū pusillis ⁊ ma-
gnis: et exterminādi eos q̄ corruperūt terrā.

XII

Et aptū est templū dei in celo: et visa est archa testamēti eius in tē-
plo eius. Et facta sunt vulgura ⁊ voces: et
terre motus ⁊ grando magna. Et signū ma-
gnū apparuit in celo. Mulier amicta sole:
et luna sub pedib; eius: et in capite eius co-
rona stellaꝝ duodecim. Et in vtero habēs
⁊ clamabat parturiēs: ⁊ cruciat̄ ut pariat.
Et visū ē aliud signū in celo. Et ecce draco
magnus rufus habēs capita septē ⁊ cornua
decē: et in capitib; eius septē dyademata: et
cauda eius trahebat terciā partē stellaꝝ ce-
li ⁊ misit eas in terrā. Et draco stetit ātē mu-
lierē que erat paritura: ut cū pepisset filium
eius deuoraret. Et pepit filiū masculū: qui re-
cturus erat omēs gētes in virga ferrea. Et
raptus est filius eius ad deū ⁊ ad thronum
eius: et mulier fugit in solitudinē vbi habe-
bat locū paratū a deo: ut ibi pascat eā dieb;
mille ducētis sexaginta. Et factū est preliū
magnū in celo. Michahel et angeli eius pli-
abant̄ cū dracone: et draco pugnabat ⁊ an-
geli eius et nō valuerūt: neq; locus inuētus
est eoꝝ amplius in celo. Et piectus est dra-
co ille magnus. serpens antiquus. qui voca-
bat̄ dyabolus ⁊ sathanas. qui seducit vniū-
sum orbē: et piectus est in terrā: et angeli ei⁹
cū illo missi sūt. Et audiui vocē magnam in
celo dicētem. Nūc fc̄a est salus et vtus et
regnū dei nr̄i et ptās cristi eius: q: piectus
est accusator fratrū nostroꝝ: q̄ accusabat il-
los ante conspectum dei nostri die ac nocte.
Et ipsi vicerūt eū ꝓpter sanguinē agni ⁊ ꝓpt̄
verbū testimonij sui: et nō dilexerūt animas
suas usq; ad mortē. Propterea letamini celi:
et qui habitatis in eis. Ve terre et mari: q:
descendit dyabolus ad vos habēs irām ma-
gnā: sciēs q: modicū tēpus habz. Et postq̄
vidit draco q: piectus essz in terrā: psecutus
est mulierē que pepit masculū. Et date sunt
mlieri ale due aquile magne: ut volaret in
desertū in locū suū: vbi alit̄ p tempus ⁊ tpa
et dimidiū temporis a facie serpentis. Et mi-
sit serpens ex ore suo post mulierē aquam
tanq̄ flumē: ut eam faceret trahi a flumine.
Et adiuuit terra mulierē: ⁊ aperuit terra os
suū ⁊ absorbuit flumē: quod misit draco de
ore suo. Et iratus ē draco in mulierē: ⁊ abijt
facere preliū cū reliquis de semine eius qui
custodiūt mandata dei: ⁊ habēt testimoniū
ihū cristi. Et stetit sup arenā maris.

XIII

Et vidi de mari bestiā ascendētem ha-
bentē capita septē ⁊ cornua decē: et su-
p cornua eius decē dyademata: et sup capi-
ta eius nomina blasphemie. Et bestia quā
vidi similis erat pardo: et pedes eius sicut

pedes vrſi: et os eius ſicut os leonis. Et de-
dit illi draco virtutē ſuā ⁊ poteſtatē magnā.
Et vidi vnū de capitibꝫ ſuis quaſi occiſū in
mortē: et plaga mortis eius curata eſt. Et
ammirata eſt vniūſa terra poſt beſtiā. Et ad-
orauerūt draconē qui dedit poteſtatē beſtie:
et adorauerūt beſtiam dicētes. Quis ſimilis
beſtie: et quis poterit pugnare cū illa? Et
datū eſt ei os loquēs magna ⁊ blaſphemiā:
et data ē ei poteſtas facere menſes quadra-
ginta duos. Et aperuit os ſuū in blaſphe-
mias ad deū blaſphemare nomē eius et ta-
bernaculū eius: et eos qui in celo habitant.
Et datū eſt illi bellū facere cū ſanctis: et vin-
cere eos. Et data eſt illi poteſtas in omnē
tribū et pplm et linguā et gentē: et adoraue-
rūt eam omēs q̄ inhabitabant terrā: quoꝝ
non ſūt ſcripta nōīa in libro vite agni q̄ oc-
ciſus eſt ab origine mūdi. Si quis habet
aurē audiat. Qui in captiuitatē duxerit in
captiuitatē vadet: qui in gladio occiderit:
oportet eū gladio occidi. Hic eſt patiētia:
et fides ſanctoꝝ. Et vidi aliā beſtiā aſcen-
dentē de terra: et habebat cornua duo ſimilia
agni: et loquebat̄ ſicut draco. Et poteſtatē
p̄oris beſtie omnē faciebat in ɔſpectu eius:
et fecit terrā ⁊ habitantes in ea adorare be-
ſtiam p̄mam: cuius curata eſt plaga mortis.
Et fecit ſigna magna: ut etiā ignem faceret
de celo deſcendē in terrā in ɔſpectu hominū.
Et ſeducit habitantes in terra ꝓpter ſigna
que data ſūt illi facere in ɔſpectu beſtie: di-
cens habitātibꝫ in terra ut faciāt imaginē
beſtie q̄ habꝫ plagā gladij ⁊ vixit. Et datū
eſt illi ut daret ſpm̄ imagini beſtie ⁊ ut loq̄-
tur imago beſtie: et faciet ut quicūqꝫ nō ad-
orauerint imaginē beſtie occidant̄. Et fa-
ciet omēs puſillos et magnos et diuites et
paupes ⁊ liberos ⁊ ſuos habere caracterē
in manū dextra aut in frontibꝫ ſuis: et ne quiſ
poſſit emere aut vendē niſi habeat caracte-
rem nōīs beſtie: aut nomē aut numerū nōīs
eius. Hic ſapiētia ē. Qui habꝫ intellectū:
cōputet numerū beſtie. Numerus enī hōīs
eſt: et numerus eius ſexcenti ſexaginta ſex.

XIIII

Et vidi: et ecce agnus
ſtabat ſup̄ montē ſyon: et cū eo centū-
quadraginta q̄tuor milia hn̄tes nomē eius
et nomen p̄ris eius ſcriptū in frontibꝫ ſuis.
Et audiui vocē de celo tanq̄ vocē aquaꝝ
multaꝝ et tanq̄ vocē tonitrui magni: et vo-
cem quā audiui ſicut cytharedoꝝ cythari-
zantiū in cytharis ſuis. Et cātabāt quaſi cā-
ticū nouū ante ſedē ⁊ ante q̄tuor aīalia et ſe-
niores: et nemo poterat dicere cāticū niſi illa
centū quadraginta q̄tuor milia q̄ empti ſūt
de terra. Hij ſūt qui cū mulieribꝫ non ſūt co-
inq̄nati: virgines enī ſūt. Hij ſecūtur agnū
quocūqꝫ ierit. Hij empti ſūt ex omībꝫ p̄mi-
tie deo et agno: et in ore eoꝝ non ē inuentū
mendaciū. Sine macula enī ſunt ante thro-
nū dei. Et vidi alterū angelū volantē p me-
diū celū: habentē euāgeliū eternū: ut euāge-
lizaret ſedentibꝫ ſup terrā et ſup omnē gen-
tem et tribū et linguā et pplm: dicēs magna
na voce. Timete dn̄m et date illi honorē: q2
venit hora iudicij eius: et adorate eū qui fe-
cit celū et terrā mare et fontes aquaꝝ. Et a-
lius angelus ſecutus ē dicens. Cecidit ceci-
dit babilon illa magna: que a vino ire for-
nicationis ſue potauit omēs gentes. Et ter-
cius angelus ſecutus eſt illos dicens voce
magna. Si quis adorauerit beſtiā ⁊ imagi-
nem eius et acceperit caracterem in fronte
ſua aut in manū ſua: hic bibet de vino ire dei
qd̄ mixtū eſt mero in calice ire ip̄ius. Et cru-
ciabit̄ igne ⁊ ſulphure in conſpectu angelo-
rū ſanctoꝝ: et ante ɔſpectū agni. Et fumus
tormētoꝝ eoꝝ aſcēdet in ſecla ſecloꝝ. Nec
habēt requiē die ac nocte q̄ adorauerūt be-
ſtiam ⁊ imaginē eius: et ſi quis acceperit ca-
racterē nōīs eius. Hic ſapiētia ſanctoꝝ
eſt: q̄ cuſtodiūt mādata dei ⁊ fidem ih̄u. Et
audiui vocē de celo dicentē michi. Scribe.
Beati mortui: qui in dn̄o moriūtur. Amodo
iam dicit ſpūs: ut reqēſcant a laboribꝫ ſuis.
Opera enī illoꝝ ſecūtur illoſ. Et vidi: ⁊ ecce
nubē cādidā: et ſup̄ nubē ſedentē ſimilē filio
hōīs habentē ī capite ſuo coronā aureā: ⁊ in
manū ſua falcē acutā. Et ali9 angelus exiuit
de tēplo: clamās voce magna ad ſedentē ſu-
per nubem. Mitte falcem tuam ⁊ mete: quia
venit hora ut metat̄: qm̄ aruit meſſis terre.
Et miſit qui ſedebat ſuper nubem falcem
ſuam in terram: et demeſſuit eam. Et alius
angelus exiuit de templo quod eſt in celo:

habens a ipe falcē acutā. Et alius angelus exiuit de altari q̄ habebat potestatē supra ignē: et exclamauit voce magna ad eū qui habebat falcē acutam dicēs. Mitte falcem tuam acutā et vindemia botros vinee t̄re: qm̄ mature sunt vue eius. Et misit angelus falcem suā acutam in terrā: et vindemiauit vineā terre: a misit in lacū ire dei magnū. Et calcatus ē lacus extra ciuitatē: et exiuit sanguis de lacu usq; ad frenos equoꝝ per sta-dia mille sexcenta. XV

ET vidi aliud signū in celo magnū et mirabile: angelos septē habētes plagas septē nouissimas: qm̄ in illis consūmata ē ira dei. Et vidi tanq̄ mare vitreū mixtum igne et eos qui vicerūt bestiam et imaginē eius a numerum nominis eius stantes sup̄ mare vitreū: habentes cytharas dei et cantātes canticū moysi sui dei et canticū agni dicentes. Magna a mirabilia sūt opera tua dn̄e deus omnipotens: iuste et vere sūt vie tue dn̄e rex seculorū. Quis nō timebit te domine: et magnificabit nomē tuū? Quia solus pius es: qm̄ omnes gentes venient a adorabūt in cōspectu tuo: qm̄ iudicia tua manifesta sunt. Et post hec vidi: et ecce apertū est templū tabernaculi testimonij in celo. Et exierūt septem angeli habentes septē plagas de templo: vestiti lapide mūdo a candido: et precincti circa pectora zonis aureis. Et vnū de quatuor animalibꝰ dedit septem angelis septē fialas aureas: plenas iracūdie dei viuentis in secula seculorum. Et impletū est templū dei fumo a maiestate dei et de virtute eius: et nemo poterat introire in templū: donec consūmarentur septem plage septem angelorū.

ET audiui vocem magnam XVI de templo dicentem septem angelis: Ite: et effundite septē fialas ire dei in terrā. Et abijt p̄mus angelus et effudit fialā suā in terrā: et factū est vulnus seuū et pessimū in homies qui habebant caracterem bestie: et in eos qui adorauerūt bestiā et imaginē eius. Et secūdus angelus effudit fialā suā in mare: et factus ē sanguis tanq̄ mortui: et omnis anima viuēs mortua ē in mari. Et tercius effudit fialā suam super flumina et sup fontes aquaꝝ: et factus ē sanguis. Et audiui angelum aquaꝝ dicentē. Justus es domine qui es et qui eras sanctus qui hoc iudicasti: q2 sanguinē sanctoꝝ et ꝓphetaꝝ effuderūt: et sanguinē eis dedisti bibere. Digni enim sūt. Et audiui alterū dicentē. Etiā dn̄e deus omnipotens: vera et iusta iudicia tua. Et quartus angelus effudit fialam suā in solem: et datū est illi estu affligē homines et igni. Et estuauerūt homies estu magno: et blasphemauerūt nomē dei habentis potestatem sup has plagas: neq; egerūt penitentiā ut darent illi gloriā. Et quītus angelus effudit fialam suā sup sedem bestie: a factum est regnū eius tenebrosū. Et cōmanducauerūt linguas suas pre dolore: a blasphemauerūt deū celi pre doloribꝰ et vulneribus suis: et nō egerūt penitentiā ex operibꝰ suis. Et sextus angelus effudit fialam suā in flumen illud magnū eufraten: et siccauit aquam eius ut p̄pararetur via regibꝰ ab ortu solis. Et vidi de ore draconis et de ore bestie et de ore pseudo ꝓphete exire spūs tres immūdos in modū ranaꝝ. Sūt enim spūs demonioꝝ facientes signa: et ꝓcedūt ad reges totius terre ꝯgregare illos in pliū ad diem magnū omnipotentis dei. Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat et custodit vestimenta sua ne nudus ambulet: et videant turpitudinē eius. Et congregabit illos in locū qui vocatur hebraice armageddon. Et septimus angelus effudit fialam suā in aerem: et exiuit vox magna de templo a throno dicens. Factū est. Et facta sūt fulgura et voces et tonitrua: et terre motus factus est magnus qualis nunq̄ fuit ex quo homines fuerūt super terrā: talis terre motus sic magnus. Et facta est ciuitas magna in tres ptes: et ciuitates gentiū ceciderūt. Et babilon magna venit in memoriā ante deū: dare illi calicē vini indignacōnis ire eius. Et oīs insula fugit: et montes nō sunt inuenti. Et grando magna sicut talentū descendit de celo in homines: et blasphemauerūt homines deū ꝓpter plagam grandinis: qm̄ magna facta est vehementer. XVII

ET venit vnus de septē angelis qui habebant septem fialas: et locutus est mecum dicens. Veni et ostendā tibi dampnationē

meretricis magne q̄ sedet sup aquas mltas: cū qua fornicati sūt reges terre: et inebriati sūt qui inhabitāt terrā de vino ꝓstitucōis eius. Et abstulit me in spiritu in desertū. Et vidi mulierē sedentē sup bestiā coccineam. plenā nominibꝫ blasphemie: habētē capita septē ⁊ cornua decē. Et mulier erat circūdata purpura ⁊ coccino ⁊ inaurata auro ⁊ lapide p̄cioso ⁊ margaritis: habens poculuz aureū in manū sua plenū abominacōe ⁊ inmūdicia fornicationis eius. Et in frōte eius nomen scriptū: babilon magna: mater fornicationū ⁊ abominationū terre. Et vidi mulierē ebriā de sanguine sanctoꝝ: ⁊ de sanguine martirū ihesu. Et miratus sū cū viderem illā ammiracōne magna. Et dixit michi angelus. Quare miraris? Ego dicā tibi sacramentū mulieris ⁊ bestie q̄ portat eā: que habet capita septē ⁊ cornua decē. Bestia quā vidisti fuit ⁊ non est: et ascensura ē de abisso ⁊ in interitū ibit: et mirabūtᷣ inhabitātes terrā quoꝝ nō sūt scripta nomina in libro vite a constitucōe mūdi videtes bestiam q̄ erat et non est. Et hic est sensus: qui habet sapientiā. Septē capita septē montes sūt supra quos mulier sedet: et septem reges. Quinqꝫ ceciderūt: vnus est: et alius nondū venit. Et cū venerit: oportet illū breue tēpus manere. Et bestia q̄ erat ⁊ non est ⁊ ip̄a octaua est: et de septem est. Et in interitum vadit. Et decē cornua q̄ vidisti decez reges sunt q̄ regnū nondū acceperūt: sed p̄tātem tanq̄ reges vna hora accipiēt post bestiaz. Hij vnū consiliū habent: et ꝟtutē ⁊ potestatem suā bestie tradēt. Hij cū agno pugnabūt. et agnus vincet illos: quoniā dominꝰ dn̄oꝝ ē. et rex regū: et q̄ cū illo sūt vocati et electi ⁊ fideles. Et dixit michi. Aque quas vidisti vbi meretrix sedet populi sūt ⁊ gentes ⁊ lingue: et decem cornua q̄ vidisti in bestia hij odient fornicariā ⁊ desolatā faciēt illam ⁊ nudā: et carnes eius manducabunt et ipsam igni ↄcremabūt. Deus enim dedit in corda eoꝝ ut faciāt quod placitū est illi: ut dent regnū suū bestie donec ↄsumentur ꝟba dei. Et mulier quā vidisti est ciuitas magna: q̄ habet regnū sup reges t̄re.

XVIII

Et post hec vidi aliū āgelū descendētē de celo habentē p̄tātē magnā: ⁊ terra illuminata est a gloria eius. Et clamauit in fortitudine dicens. Cecidit cecidit babilon magna. et facta est habitatio demonioꝝ: et custodia omnis sp̄us immundi ⁊ custodia om̄is volucris immūde ⁊ odibilis: q꜡ de vino ire fornicationis eius biberūt om̄es gentes. Et reges terre cū illa fornicati sunt: et mercatores terre de ꝟtute deliciaꝝ eius diuites facti sunt. Et audiui aliā vocē de celo dicentem. Exite de illa poplus meus: et ne participes sitis delictoꝝ eius: et de plagis eius non accipiatis. Quoniā p̄uenerūt peccata eius usqꝫ ad celū: et recordatus est dominus iniquitatū eius. Reddite illi sicut et ip̄a reddidit vobis: ⁊ duplicate duplicia secundū opera eius. In poculo quo miscuit vobis miscete illi duplū. Quantū glorificauit se ⁊ in delicijs fuit: tantū date illi tormentum ⁊ luctū: quia in corde suo dicit. Sedeo regina: et vidua non sum: et luctum nō videbo. Ideo in vna die venient plage eius mors et luctus ⁊ fames: ⁊ igni ↄburetur: quia fortis est deus q̄ iudicabit illā. Et flebūt et plāgēt se sup illā reges terre qui cū illa fornicati sunt ⁊ in delicijs vixerūt cū viderint fumū incendij eius: longe stantes ꝓpter timorez tormentoꝝ eius dicētes. Ve ve ciuitas illa magna babilon: et ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudiciū. Et negociatores terre flebūt sup illā ⁊ lugebūt: quoniā merces eoꝝ nemo emet amplius: mercem auri ⁊ argenti ⁊ lapidis p̄ciosi ⁊ margarite ⁊ bissi et pupure et serici ⁊ coccini: et om̄e lignum thynū ⁊ om̄ia vasa eboris ⁊ omnia vasa de lapide p̄cioso ⁊ eramento et ferro ⁊ marmore: et cynamomū ⁊ amomū et odoramētoꝝ et vnguenti ⁊ thuris ⁊ vini et olei et simile ⁊ tritici ⁊ iumētoꝝ ⁊ ouiū et equoꝝ ⁊ redarū et mancipioꝝ ⁊ animaꝝ hominū. Et poma tua desideria anime tue discesserunt a te: et om̄ia pinguia ⁊ p̄clara perierūt a te: et āplius illa iā non inuenient mercatores hoīm. Qui diuites facti sūt ab ea lōge stabūt ꝓpter timorē tormentoꝝ eius: flentes ac lugētes ⁊ dicētes. Ve ve ciuitas illa magna: q̄ amicta erat bisso et purpura et cocco et deaurata est auro et lapide precioso et margaritis:

qm̄ vna hora destitute sūt tante diuicie. Et
omis gubernator ⁊ omnes qui in lacū naui-
gant et naute et qui in mari operātur. longe
steterūt: et clamauerūt vidētes locū incen-
dij eius dicentes. Que similis ciuitati huic
magne? Et miserūt puluerē sup capita sua:
et clamauerut flentes ⁊ lugentes dicentes.
Veve ciuitas illa magna: in qua diuites fa-
cti sūt omnes q̄ habebant naues in mari de
precijs eius: qm̄ vna hora desolata ē. Exul-
ta sup eam celū et sancti apostoli et ꝓphete:
qm̄ iudicauit deus iudiciū vr̄m de illa. Et su-
stulit vnus āgelus fortis lapidē quasi mo-
larem magnū: et misit in mare dicēs. Hoc
impetu mittet᷑ babilon ciuitas illa magna:
et vltra iam nō inuenietur. Et vox cythare-
dorū ⁊ musicoꝝ et tybia canentiū ⁊ tuba nō
audietur in te amplius: et omnis artifex o-
mnisq; ars non inuenietur in te amplius: et
vox male non audietur in te amplius. Et
lux lucerne nō lucebit in te amplius: et vox
sponsi et sponse nō audietur adhuc inte: qꝛ
mercatores tui erant pn̄cipes terre: qꝛ in ve-
neficijs tuis errauerūt omēs gentes. Et in
ea sanguis ꝓphetaꝝ et sanctoꝝ inuentus ē:
et omniū qui interfecti sūt in terra. XIX

Post hec audiui quasi vocem tubaꝝ
multaꝝ in celo dicentiū alleluia. Laus
et gloria et virtus deo nostro est. qꝛ vera et
iusta iudicia sūt eius: q̄ iudicauit de meretri-
ce magna. que corrupit terrā in ꝓstitutione
sua: et vindicauit sanguinē seruoꝝ suoꝝ de
manib; eius. Et iterū dixerūt alleluia. Et fu-
mus eius ascendit in secula seculoꝝ. Et ce-
ciderūt seniores viginti quatuor et quatuor
aīalia ⁊ adorauerūt deū sedentē super thro-
nū: dicentes amen alleluia. Et vox de thro-
no exiuit dicēs. Laudē dicite deo nr̄o omēs
sancti eius: et q̄ timetis deū pusilli et magni.
Et audiui quasi vocem tube magne et sicut
vocem aquaꝝ multaꝝ et sicut vocem toni-
truoꝝ magnoꝝ dicentiū alleluia: quoniā
regnauit dn̄s de9 nr̄ omipotēs. Gaudeam9
et exultemus ⁊ demus gloriā ei: qꝛ venerūt
nuptie agni: et vxor eius ꝑparauit se. Et da-
tū est illi ut cooperiat se bissinū splendens
candidū. Bissinū enim iustificationes sunt
sanctoꝝ. Et dixit michi. Scribe. Beati qui
ad cenā nupciaꝝ agni vocati sūt. Et dixit
michi. Hec verba dei vera sunt. Et cecidi ad
pedes eius: ut adorarem eū. Et dixit michi.
Vide ne feceris. Conseruus tuus sū: et fra-
trem tuoꝝ habentiū testimoniū ihesu. Deū
adora. Testimoniū enim ihesu est spūs pro-
phetie. Et vidi celū apertū: et ecce equus al-
bus: et qui sedebat sup eū vocabatur fidelis
et verax: et cū iusticia iudicat ⁊ pugnat. Ocu-
li autē eius sicut flamma ignis: et in capite
eius dyademata multa: habens nomē scri-
ptū qd̄ nemo nouit nisi ipe. Et vestitus erat
veste aspersa sanguine: et vocabatur nomē
eius verbū dei. Et exercitus qui sūt in celo se-
quebant᷑ eum in equis albis: vestiti bissino
albo et mūdo. Et de ore eius ꝓcedebat gla-
dius ex vtraq; parte acutus: ut in ipso pcu-
tiat gentes. Et ipse reget eas in v᷑ga ferrea
et calcat torcular vini furoris ire dei omipotē-
tis. Et habet in vestimēto ⁊ in femore suo scri-
ptū: rex regū ⁊ dn̄s dn̄antiū. Et vidi vnū an-
gelū stantē in sole: et clamauit voce magna
dicens omib; auib; q̄ volant per mediū ce-
li: Venite ⁊ cōgregamini ad cenā magnā:
ut manducetis carnes regū et carnes tribu-
norū ⁊ carnes fortiū ⁊ carnes equoꝝ et sedē-
tiū in ipis: et carnes omniū liberoꝝ et seruo-
rum et pusilloꝝ et magnoꝝ. Et vidi bestiā
et reges terre ⁊ exercitus eoꝝ cōgregatos
ad faciendū preliū cū illo q̄ sedebat ī equo:
et cū exercitu eius. Et ap̄hensa est bestia ⁊ cū
ea pseudo ꝓpheta: et q̄ fecit signa corā ipso
quib; seduxit eos qui acceperūt caracterem
bestie: et q̄ adorauerūt imaginē eius. Viui
missi sūt hij duo in stagnū ignis ardentis ⁊
sulphuris: et ceteri occisi sūt in gladio sedē-
tis sup equū. qui procedit de ore ipsius: et
omnes aues saturate sunt carnibus eorum.

Et vidi angelū descendentē XX
de celo habentē clauē abissi: et cathe-
nam magnā in manū sua. Et ap̄hendit dra-
conem serpentē antiquū qui ē dyabolus et
sathanas: et ligauit eum per annos mille.
Et misit eū in abissum: et clausit ⁊ signauit su-
per illū ut non seducat amplius gentes: do-
nec consumment᷑ mille anni. Et post hoc opor-
tet illū solui modico tēpore. Et vidi sedes:
et sederūt sup eas: et iudiciū datū est illis.

Et animas decollatoꝝ ꝓpter testimoniū ihe-
su et ꝓpter verbuꝫ dei: et qui nō adorauerūt
bestiam neqꝫ imaginē eius nec acceperunt
caracterē eius in frontibꝫ aut in manibus
suis: et vixerūt a regnauerūt cū cristo mille
annis. Ceteri mortuoꝝ nō vixerunt: donec
consumentur mille anni. Hec est resurrectō
prima. Beatus a sanctus: qui habet parteꝫ
in resurrectione prima. In hiis scđa mors
non habet potestatē: sed erunt sacerdotes
dei a cristi: et regnabūt cū illo mille annis.
Et cū consummati fuerint mille anni soluet̄
sathanas de carcere suo: et exibit a seducet
gentes que sunt sup quatuor angulos t̄re
gog a magog: et ꝯgregabit eos in preliū.
quoꝝ numerus ē sicut arena maris. Et ascē-
derūt sup latitudinē terre: et circuierunt ca-
stra sanctoꝝ a ciuitatē dilectam. Et descen-
dit ignis a deo de celo et deuorabit eos: et
dyabolus qui seducebat eos missus est in
stagnum ignis a sulphuris: vbi a bestia et
pseudo ꝓphete cruciabuntur die ac nocte
in secula seculoꝝ. Et vidi thronū magnū
candidū a sedentē sup eū: a cuius aspectu
fugit terra a celū: a locus non est inuentus
ab eis. Et vidi mortuos magnos a pusillos
stātes in conspectu throni: et libri apti sūt:
et alius liber aptus est qui est vite. Et iudi-
dicati sūt mortui ex hiis que scripta erāt in
libris: secundū opa ipsoꝝ. Et dedit mare
mortuos suos qui in eo erant: et mors a in-
fernus dederunt mortuos suos qui in ipis
erant: et iudicatū est de singulis scđm opera
ipsoꝝ. Et infernus a mors missi sunt in sta-
gnū ignis. Hec ē mors scđa. Et qui nō in-
uentus est in libro vite sc̄ptus: missus ē in
stagnū ignis. XXI

Et vidi celū nouū: et terrā nouā. Primū enim
celū a prima terra abijt: et mare iam nō est.
Et ego iohannes vidi sanctā ciuitatē ihe-
rusalem nouā descendentē de celo: a deo pa-
ratam: sicut sponsam ornatā viro suo. Et au-
diui vocem magnā de throno dicentē. Ec-
ce tabnaculū dei cū hominibꝫ: a habitabit
cū eis. Et ipi populus eius erūt: et ipe deus
cum eis: erit eoꝝ deus. Et absterget deus
omēꝫ lacrimā ab oculis eoꝝ: a mors vltra
nō erit neqꝫ luctus neqꝫ clamor neqꝫ dolor
erit vltra: que prima abierunt. Et dixit qui
sedebat in throno. Ecce noua facio omnia.
Et dixit michi. Scribe: qr hec verba fidelissi-
ma sunt et vera. Et dixit michi. Factum est.
Ego sū alpha a o: iniciū et finis. Ego sitienti
dabo de fonte aque viue gratis. Qui vice-
rit possidebit hec. Et ero illi deus: et ille erit
michi filius. Timidis autem a incredulis
et execratis a homicidis et fornicatoribus a
veneficis a ydolatris et omnibus mendaci-
bus: pars illoꝝ erit in stagno ardēti igne
et sulphure: quod est mors secunda. Et ve-
nit vnus de septem angelis habentibus fia-
las plenas septem plagis nouissimis: et lo-
cutus est mecum dicens. Veni: et ostendā
tibi sponsam vxoreꝫ agni. Et sustulit me in
spiritu in montem magnū a altū: et ostendit
michi ciuitatē sanctā iherusalē descendētē
de celo habentē claritatem dei. Et lumē eius
simile lapidi p̄cioso tanq̄ lapidi iaspidi: si-
cut cristallū. Et habebat murū magnū a al-
tum habentē portas duodecim: et in portis
angelos duodecim: et nomina inscripta q̄
sunt nomina duodecim tribuū filioꝝ israhel.
Ab oriente porte tres: et ab aquilone porte
tres: et ab austro porte tres; et ab occasu
porte tres. Et murus ciuitatis habēs funda-
menta duodecim: et in ipis duodecim noīa
duodecim apostoloꝝ a agni. Et qui loque-
batur mecū habebat mensurā arundineam
aureā: ut metiretur ciuitatē et portas eius et
murū. Et ciuitas in quadro posita est: et lō-
gitudo eius tanta est quāta a latitudo. Et
mensus est ciuitatē de arūdine aurea p sta-
dia. duodecim milia: et longitudo et altitu-
do et latitudo eius equalia sūt. Et mensus ē
murus eius centūquadraginta q̄tuor cubi-
torum: mensura hominis que est angeli. Et
erat structura muri eius ex lapide iaspide:
ipa vero ciuitas aurum mundū: simile vitro
mundo. Et fundamēta muri ciuitatis omni
lapide p̄cioso ornata. Et fundamentū p̄mū
iaspis: scđus saphirus. tercius calcedonius:
q̄rtus smaragdus. quintus sardonix. sextus
sardius: septimus crisolitus. octauus beril-
lus. nonus thopazius: decim⁹ crisopassus.
vndecim⁹ iacinctus. duodecim⁹ ametistus. Et
duodecim porte: duodecī margarite sunt per

singulas. Et single porte erant ex singulis margaritis: et platea ciuitatis aurū mūdū: tanq̄ vitrū pluciduū. Et templū non vidi in ea. Dn̄s enim deus omīpotens templū illius est: et agnus. Et ciuitas non eget sole neq̧ luna: ut luceant in ea. Nam claritas dei illuminabit eam: et lucerna eius est agnus. Et ambulabunt gentes in lumine eius: et reges terre afferent gloriam suam et honorem in illam. Et porte eius non claudentur per noctem. Nox enim nō erit illic. Et afferent gloriam et honorem gentium in illam: nec intrabit in ea aliquid coinquinatū aut abominationem faciens et mendaciū: nisi qui scripti sūt in libro vite agni. XXII

Et ostendit michi fluuiū aque viue splendidum tanq̄ cristallum: procedentem de sede dei et agni. In medio platee eius et ex vtraq̧ parte fluminis lignū vite afferens fructus duodecim: per menses singulos reddens fructum suū: et folia ligni ad sanitatem gentiū. Et omne maledictū non erit amplius: sed sedes dei et agni in illa erunt: et serui eius seruient illi. Et videbūt faciem eius: et nomē eius in frontibus eorum. Et nox vltra nō erit: et nō egebūt lumie lucerne neq̧ lūie solis qm̄ dn̄s deus illūiabit illos: et regnabunt in secula seculorum. Et dixit michi. Hec verba fidelissima sunt et vera. Et dominus deus spirituū prophetarum misit angelum suū: ostendere seruis suis que oportet fieri cito. Et ecce venio velociter. Beatus qui custodit verba prophetie libri huius. Et ego iohānes q̄ audiui et vidi hec. Et postq̄ audissem et vidissem cecidi ut adorarē ante pedes angeli qui michi hec ostendebat. Et dixit michi. Vide ne feceris. Conseruus enim tuus sum et fratrum tuorum prophetarū: et eorum qui seruant verba prophetie libri huius. Deum adora. Et dixit michi. Ne signaueris verba prophetie libri huius. Tempus enim prope est. Qui nocet noceat adhuc: et qui in sordibus est sordescat adhuc. Et qui iustus est iustificetur adhuc: et sanctus sanctificetur adhuc. Ecce venio cito: et merces mea mecum est: reddere vnicuiq̧ secundum opera sua. Ego sum alpha et o: primus et nouissimus: principium et finis. Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni: ut sit potestas eorum in ligno vite: et per portas intrent ciuitatem. Foris autē canes et venefici et impudici et homicide et ydolis seruientes: et omnis qui amat et facit mendacium. Ego ihesus misi angelum meum testificari vobis hec in ecclesiis. Ego sū radix et genus dauid: stella splendida et matutina. Et spiritus et sponsa dicunt veni. Et qui audit: dicat veni. Et qui sitit veniat: et q̄ vult accipiat aquā vite gratis. Contestor enim omni audienti verba prophetie libri huius. Si quis apposuerit ad hec: apponet deus super illū plagas scriptas in libro isto: et si quis diminuerit de verbis libri prophetie huius: auferet deus partē eius de libro vite et de ciuitate sancta: et de hiis que scripta sunt in libro isto. Dicit qui testimoniū phibet istorum. Etiam. Venio cito amen. Veni dn̄e ihesu. Gr̄a dn̄i nr̄i ihesu cristi cū omibus vobis amē.

Explicit liber apocalips beati iohānis apli.

Pn̄s hoc opusculuz finitū ac cōpletū. et ad eusebiaz dei industrie in ciuitate Maguntī per Johannē fust ciuē. et Petrū schoiffher de gernszheym clericū diocesis eiusdez est consūmatū. Anno incarnacōis dn̄ice. M.cccc.lxii. In vigilia assumpcōis glo'se virginis marie.

Durieu

A